= Zweite Ausgabe in 6 Lief. à 20 ngr. = fl. 1 ö. W. =

SCHOLIA HORATIANA

QVAE FERVNTVR

ACRONIS ET PORPHYRIONIS

POST

GEORGIVM FABRICIVM

NVNC PRIMVM

EMENDATIORA

EDIDIT

FRANCISCVS PAVLY

PHIL. DR. GYMNASII ACADEMICI PRAGENSIS PROFESSOR

EDITIO ALTERA

FASC. I.

PRAGAE

SVMPTIBVS FORMIS ET CHARTA C. BELLMANNI

A. C[illegible]C CLXI

In Gersdorf's Leipziger Repertorium 1858, Z. 5539, heisst es über diese neue Scholienausgabe:

. . . . 'Es will uns bedünken, als habe der Herausgeber in den Worten der alten Erklärer hie und da zu rasch geändert . . während andere Abweichungen von der handschriftlichen Lesart ganz *wohl begründet*, manche Conjectaren *treffend* sind. Abgesehen von der Wichtigkeit, welche ein sicher gestellter Text der alten Cammentatoren des Horaz überhaupt hat, abgesehen ferner von dem Interesse für die Orthographie (adulescens p. 8, 2. Vergilius, intellegere, neglegere p. 9, 8.) und andere grammatische Dinge, hebt Referent namentlich *den Werth hervor, welchen das Buch für die Kritik anderer Schriftsteller durch die zahlreichen Citate bei Acro und Porphyrio hat*, z. B. die beachtenswerthe Variante spes o *sanctissima* Teucrum bei Acr. zu Od. IV 5, 5 statt fidissima bei Verg. Aen. II 281; die Aehnlichkeit der Varianten bei Verg. Aen. II 261 mit Acr. zu Od. IV 9, 19—20, die Lesart *respicit* in Aen. VII 101 bei Acr. zu Od. IV 5, 15—16 (statt *adspicit*), *fidere* in Aen. V 800 bei Acr. zu III 26, 5 (statt *credere*); fidibusque *sonoris* bei Acr. zu Od. IV 3, 23 statt fidibusque *canoris*, wie die Bücher Aen. VI 120 haben u. s. w. u. s. w. —

In der österr. Gymnasialzeitschrift 1858 S. 813 ff. sagt Professor Linker:

Q. Horatii Flacci carminum non solum recentiore aetate, sed durante etiam tum imperii romani gloria eam sortem fuisse constat, ut maxima scholiarum satis saepe inutilium copia obruerentur. Quid quod hic illic singulae adnotationes putidae magis quam sanae interpretationis reliquiae ab hominibus male lepidis vel ad metrorum rationes ita conformatae sunt, ut ipsis deinde poetae versibus insererentur, cuius fraudis certissimum documentum praebent quae in libri quarti carmine quarto codices nostri Horatium cecinisse vel potius 'quaerere distulisse' (v. 21) fa·iunt de Amazonia securi Vindelicoram dextras obarmante. Sed cum eius modi interpretamenta inter ipsa Horatii verba sedem uancta maiore quam par erat et fide servarentur, ceterorum scholiorum longe inpar condicio fuit, quae qaidem tantum aberat, ut inde ab antiquorum grammaticorum aetate integra propagarentur, ut temporum decursu magis magisque immutata aucta inminuta ad nos pervenirent. Quippe vergente in barbariem aetate commentaria antiquitus tradita a variis deinceps hominibus illis indocta doctis ad aequalium cuiusque commoda ita adcommodata esse et conformata patet, ut plus unius et epitomatoris et interpolatoris operam experirentur. Hinc igitur factum, ut ne una qaidem atque certa eius farraginis forma et compaga servaretur, sed duplex ut ita dicam editio Acronis plerumque et Porphyrionis nominibus inscripta. Iam vero Iacobus Cruquius cum tertii quasi commentatoris' quem male dixit operam ex variis libris contextam addiderit, hoc suo exemplo luculenter edocuit, qua ratione ipsa illa geminaa farrago a prioris aetatis grammaticis Cruqaii similibus consarcinari potuerit. Unde vere iudicavit magnas Bentleius (ad carm. saec. v. 68) esse centones ex variis consutos.'

Eius farraginis cum adeo incerta forma ac ratio fluctuaret, multo etiam iniquior facta condicio est vitio librariorum grammaticis ineptis saepe ineptiorum, ut iure dicere liceat, Horatii interpretum non ad nos nisi pessimas reliquias easdemque pessime habitas pervenisse. Unde non est quod miremur, ab recentioribus etiam satis saepe eas vel multo magis neglectas esse de quibus cum singuli sane hic illic viri sagacissimi de ultoria ratione monuissent, diu tamen nemo adcuratius inqui-

SCHOLIA HORATIANA

QVAE FERVNTVR

ACRONIS ET PORPHYRIONIS

POST

GEORGIVM FABRICIVM

NVNC PRIMVM

EMENDATIORA

EDIDIT

FRANCISCVS PAVLY

PHIL. DR. GYMNASII ACADEMICI PRAGENSIS PROFESSOR.

EDITIO ALTERA.

VOLVMEN PRIVS

SCHOLIA IN QVATTVOR CARMINVM LIBROS ET CARMEN SAECVLARE CONTINENS.

PRAGAE

SVMPTIBVS FORMIS ET CHARTA C. BELLMANNI

A. CIƆIƆCCCLXI

PHILOLOGIS

HVIVS · ANNI · MENSE · SEPTEMBRI ·

VINDOBONAM

CONVENTVRIS

S.

Subsidia critica quibus in adornanda hac scholiastarum noua editione usus sum haece sunt:

I. CODICES:

1) *Codex* mscr. bibliothecae Guelpherbytanae sign. Gud. 85. fol. min. continens Porphyrionis scholia exceptis eis quae pertinent ad Carm. II 12 usque ad Carm. III 8. Signaui: *cod.*

2) *Codex* eiusdem bibl. sign. 81, 38 mscrr. Aug. fol. continens Acronis scholia exceptis eis quae ad Epod. XVII 53—81 eisque quae ad Epistulas pertinent. Signaui: *cod.*

II. EDITIONES:

1) *Editio Patauina* a. M.CCCC.LXXXI continens Porphyrionis scholia. Signaui: *Pat.*

2) *Editio Mediolana* a. M.CCCC.LXXXVI continens Horati opera cum scholiis Acronis et Porphyrionis. Signaui: *Med.*

3) *Editio Fabriciana* a. M.D.LV quae eadem continet Horati opera cum Acronis et Porphyrionis scholiis. Signaui: *Fabr.*

4) *Editionis Cruquianae* (a. M.D.LXXIX) *commentator.* Signaui: *COM. CR.*

Quorum recensum dedi nuper in meis '*Quaestionibus criticis de Acronis et Porphyrionis commentariis Horatianis. Pragae apud Bellmannum 1858*' quarum capita duo priora etiam annalibus gymnasii academici praemissa sunt. Has igitur adeat qui adcuratius de singulis se edoceri uoluerit. Ex omnibus uero scitu quoquo modo digna adparatu critico inserui; in quo quae praeterea occurrunt unde unde petita per se facillime cognoscentur.

Plura uolumini alteri praefabor, cui etiam indices locupletissimi adicientur.

Dabam Pragae
XII. Kal. Sept. a. CIƆIƆCCCLVIII

F. P.

SCHOLIA HORATIANA

SCHOLIA
IN CARMINVM LIB. I.

CARMEN I 1.

1. *Maecenas atauis edite regibus.* Hominum scribit officia et studia [*πραγματικὴ μονόκωλος*]. In commemoratione parentum et laudatio inuenitur, ut Vergilius: [1*]

qui tanti talem genuere parentes

et uituperatio ut: [2*]

Ismarus aut Rhodope aut extremi Gar. *ACR.*

edite regibus. Quoniam dicitur duxisse originem ab etruscis regibus et contempsisse senatoriam dignitatem, mansisse autem semper in equestri ordine *ACR.*

Maecenas atauis edite regibus. Hac ode Maecenatem alloquitur indicans alium alio studio teneri; esse quae appetantur uel lucri cupiditate uel gloriae, se autem putare inter deos se relatum iri, si numero lyricorum poetarum ascriptus fuerit. Maecenatem ait *atauis regibus editum,* quod a nobilibus Etruscorum ortus sit. *POR.*

2 Hominum scribit officia pgmatice monocolos *cod.* *Πραγ. μον.* Hominum scr. off. et studia *Fabr.* atauis edite regibus] In *Fabr.* *Sed lemma deest in cod.* 10 *PORPHYRIONIS IN Qu. HORATII FLACCI OPERIBVS COMMENTVM INCIPIT inscr. Pat. Med.* 11 quae *cod.* eorum qui *Fabr. Med.* eorumq. *Pat.* *Aut* esse quae *scribendum est aut uerba* quae — gloriae *uncis includenda sunt ut suppositicia* 12 *prius* uel *om. Edd.* se putare antem inter deos rel. *cod. Med.* se *alterum addidi* 14 ait *om. Fabr.*, *add. cod. Pat. Med.* a nobilibus Et. *cod.* nobilibus Hetruscorum *Pat. Med.* natalibus regum Hetrusc. *Fabr.*

1* *Aen. I 606* 2* *Verg. Bucol. VIII 44*

2. *o et praesidium.* Quoniam eum a caede liberauit, Bruto a Caesare superato, uel quia per ipsum liberatus est indulgente sibi Augusto. Et multa etiam illi donauit Maecenas amicus Augusti Caesaris *ACR.*

decus. Quia magna laus est placere meliori. *ACR.*

3. *sunt quos curriculo.* Sunt qui delectantur inire curule certamen. Exponit autem uaria hominum ingenia et non unas omnium uoluntates esse, ne sit arrogantiae, quod sibi poeticam uideatur uindicare [doctrinam], cum singulos quosque rerum aliarum diuersus amor habeat *ACR.*

puluerem O. Agonalem habere puluerem in curru suo. Circenses agonici in honorem Jouis olympici sunt inuenti apud Elidem, unde Verg. [1*]:

hic et ad Elei metas *ACR.*

4. *feruidis.* Vertigine ipsa calentibus. *ACR.*

5. *euitata rotis.* Circumducta, ne offendatur *ACR.*

palmaque nobilis. Alios palma nobilis i. e. uictoria terrae dominos facit et diuinis honoribus consecrat utpote uictores ac per hoc neque aurigae neque uiro forti aliud placet *ACR.*

palmaque nobilis terrarum dominos euehit ad deos. Ambiguum utrum nobilis deos an palma nobilis *POR.*

6. *terrarum dom. euehit ad deos.* Ἀμφιβολογικῶς dictum est utrum terrarum dominos eleuet an ad deos qui sunt domini terrarum. — *ad deos.* Ad Capitolium, ac si diceret cum triumpho *ACR.*

7. *turba Quiritium.* Ad uulgi leuitatem refert, quia sunt faciles animi uulgus et facile mouentur *ACR.*

mobilium t. Q. Mobiles Quirites ait referens ad uulgi

5 quia: ,Principibus placuisse uiris non ultima laus est' *sic COM. CR. ex Epist. I 17, 35* 8 omnium *add. ex COM. CR.* esse *ipse add.* 11 et habere *cod.* etiam h. *Med. Fabr.* 14 adhelei *et supra* helidem *cod.* 16 sic circumd. *cod. Fort. ope COM. CR., qui habet:* sic circumdata, caute circuita, ne offenderentur *sic restituendum:* circuita caute ut non offenderetur. 19 forti placet quam st *sic cod. Fort. scrib.* placet quicquam aliud 27 animis et facile mouetur uulgus *Fabr.* animi et f. mouentur uulgus *cod.* 28 *lemma om. cod.*

1* Georg. III 202

leuitatem. Loquitur autem de eo qui fauorem uulgi captans optet, cum ingressus sit theatrum, plausum sibi edi a populo; sic enim excipiebantur in theatrum principes de quibus bene populus sentiebat; hos enim plausus tergeminos honores ait *POR.*

8. *tergeminis.* Finitus numerus pro infinito uel etiam aut questura aut praetura aut consulatu *ACR.*

honoribus. Zeugma ab inferioribus: *numquam dimoueas*; sicut, inquit, illi cui semel agricultura placuit et coepit de agris suis frumentum reponere nullis praemiis persuadeas ut nauta sit: sic nec ipsi cui lyrica professio placuit aliud persuaderi posse scias iuxta illud: tot sententiae quot homines *ACR.*

10. *quidquid de Libycis uerritur.* Species pro genere. *Verritur* autem colligitur trahitur *ACR.*

11. *findere.* Colere fodere *ACR.*

sarculo. Sarculus genus ferramenti rustici quod Graeci *σκαλίδα* uocant *ACR.*

12. *attalicis conditionibus.* Attalus rex Pergamenorum ditissimus fuit cui propter opum magnitudinem populus romanus testamento successit *ACR.*

attal. conditionibus. Id est regiis opibus. Attalus autem rex Pergamenorum fuit cuius hereditate P. R. locupletatus fuerat. Est autem sensus: quicumque consuerit agrum suum colere numquam sollicitetur ad nauigandum etiam si regias opes promittas ut hoc faciat. *POR.*

4 bene *cod. in marg. add.* 5 ait *cod.* appellat *Edd.* 7 praefectura *cod. Med. Fabr.* praetura *COM. CR. Suring. Hist. schol. lat. III p. 72*
8 sub (= *supple*) ab inferioribus *cod.* zeugma ab inf. *Med. et Fabr.* numquam dimoueas *male Fabr. in nouo lemmate posuit* 9 coepit — reponere *cod. et COM. CR.* cepit *om.* reponere *Fabr.* 11 ut nauta fiat *COM. CR. fortasse rectius* 15 autem *om. Fabr. et* uerritur *in nouo lemmate ponit*
18 *τοραιον cod. τονδιον Med. σκάφειον Fabr. τὸ σκαλίδιον COM. CR. Quae genuina sit scriptura dubium est; possit etiam de σκάφος cogitari. σκαφεῖον Suring. l. l. p. 72* 19 Pergamorum *cod. non minus recte* 23 cuius *om. Fabr., add. cod. Pat. Med. Suring. l. l. p. 73* 24 consuerit *cod.* consueuerit *Edd.* 25 sollicitetur *cod.* sollicitatur *Edd.* regias *cod. Med. Pat.* regis *Fabr.* ut nauta fiat *COM. CR. haud male*

13. *cypria.* Abusiue ponitur pro quacumque, siue quia ualidiores illic sunt *ACR.*

cyprea trabe. Pro cypro abundante; cypreis enim clauis naues figuntur *POR.*

14. *Myrtoum.* A Myrtilo auriga siue uictimario Pelopis, quem cum deprehendisset, quod axes suos corruperat in Hippodamiae certamine, in pelagus eum praecipitauit, ex cuius supplicio mare nomen accepit. Seu a Venere propter myrtum non a Myrtilo, nam myrtilium diceretur *ACR.*

pauidus. Proprium epithoton nautarum *ACR.*

15. *luctantem.* Confligentem *ACR.*

icariis. Icarus Daedali filius pennis sole resolutis, quas cera illigatas arte patris sumpserat, in mare corruit et nomen imposuit mari icarium *ACR.*

16. *mercator metuens.* Metuens tempestatem [tunc] laudat otium et agrum; tamen auelli a nauigio postea non potest cum timere desierit. Ordo est: mercator luctantem icariis fluctibus Africum otium et oppidi sui rura laudat, mox reficit quassas rates ut trabe cypria pauidus nauta secet myrtoum mare *ACR.*

mercator metuens otium et oppidi laudat rura sui mox reficit rates quassas. Sensus est: mercator cum tempestatem in mari patitur abhorret nauigare et optat iam rusticam uitam in patria sua colere; mox ubi euaserit periculum eandem uitam repetit. Per quod colligit neminem posse aliud quid agere quam quod consuerit *POR.*

18. *indocilis pauperiem pati:* Pro indoctus uel impatiens pauperiem pati. *ACR.*

3 Cypria trabe] pro cypro (cyprio *Med. Pat.*) ferro abundante *Edd.* cyprea tr. p. cypro abund. cypriis *cod.* Cyprea *et* cypro *autem idem ac* cuprea *et* cupro. *Cfr. Forcell. lex. s. u.* Cuprum 5 auriga auxiliario *fort. recte COM. CR.* 12 sole *add. ex COM. CR.* 13 illigatas *cod. Med.* allig. *Fabr.* 14 icario *Fabr.* icarium *cod. Med.* 22 qum *cod.* 24 et in patria rura sua *Fabr.* in patria sua rura *Med. Pat.* 25 repetit *cod. Pat. Med.* repetet *Fabr.* aliquid *libri.* aliud quid *correxi* 26 qūod qūam (= *quam quod*) *cod.* praeterquam quod *Edd.* consueuerit *Edd.* consuerit *cod.*

19. *est qui nec.* Est qui delectatur conuiuiis apparatis, ut continuare diem uelit *ACR.*

est qui nec ueteris pocula massici. Ordo est: qui nec spernit. Dicit autem alios uita lautiore delectari *POR.*

19. 21. *nec spernit.* Litotes; dicit alios lautiore uita delectari *ACR.*

nec spernit. Vt Vergilius: [1*]

munera nec sperno

litotes *POR.*

19. *massici.* Locus est in Campania ubi optima uina nascuntur *ACR.*

20. *solido.* Integro *ACR.*

demere de die. Scilicet ut non intermittat sed continuet laetitiam totius diei *ACR.*

21. *uiridi.* Amoena et conuiuiis apta *ACR.*

membra stratus. Figura est ut: [2*]

oculos suffussa nitentes

pro: habens membra strata sub uiridi arbore *ACR.*

22. *aquae sacrae.* Omnis enim fons in origine sua sacer et sonitu suo suadet etiam somnos *ACR.*

ad aquae lene caput sacrae. Id est apud fontem; omnes autem [pariter] fontes sacri habentur et ideo caput sacrae aquae *POR.*

23. *multos castra.* Exercitium militare delectat ut: [3*]

iuuat euasisse tot urbes *ACR.*

lituo tubae. Litui acutus et sonus, tubae grauis. Inter lituum et tubam in antiquis scriptis hoc distare iuueni: lituus equitum est et incuruus, tuba uero peditum est et directa *ACR.*

2 *postrema uerba corrupta uidentur; fort. scrib. ope COM. CR.:* diei aliquam partem 5 *Hoc schol. om. cod.* 7 hoc schol. *om. cod. Pal., cum priore coniungit Fabr.* 9 liptote *Med. Fabr. sed cfr. de* litotes *Voss. institutiones or. IIII 10, 8* 13 non intermittat sed *et* totius *om. cod.* 22 pariter *om. cod.* 24 ut: iuuat e. t. urbes *om. cod.* 27 hianti quis *cod., om. Med. Fabr.* apud antiquos scriptores *COM. CR.* scriptis *addidi*

1* *Aen. VII 261 (cum Seruii adnotatione)* 2* *Verg. Aen. I 228* 3* *Verg. Aen. III 282*

25. *detestata.* Execrata propter mortem filiorum, quia in bello pueri et adulescentes animositate incauti sunt, ut Vergil.[1*]

uota metu duplicant matres *ACR.*

sub Ioue. Iouem aerem ponit et nocturnum tempus quo feris plaga tenditur, ac per hoc dicit aliis uenationem placere ita ut non capiantur affectu coniugum dum eligunt uoluptatem uenandi *ACR.*

manet sub Ioue frigido. Ac per hoc sub coelo; dicit autem alios studio uenandi plerumque in siluis pernoctare *POR.*

26. *uenator tenerae c.* Aut delicatae aut nuper in matrimonium copulatae *ACR.*

27. *catulis fidelibus.* Sagacibus uel silentium in inuestigando seruantibus. Verg.[2*]

odora canum uis *ACR.*

catulis cerua fidelibus. Melius generaliter accipimus, quam ut uenationi tantum eos fideles intellegamus, nam et Lucretius:[3*]

fida canum uis;

dixit ergo quod semper dominis fideles sunt *POR.*

28. *teretes.* Non teretes plagas sed de tereti fune factas; [ideo enim ita posuit, quia illi debemus substantiam unde sumimus] *ACR.*

marsus. Sabellus; species pro genere ut Verg.:[4*]

dentesque sabellicus exacuit sus.

Maiores enim forma et ferociores esse dicuntur *ACR.*

2 adulescentes *cod. ubique exhibet* ut Verg.: Vota e. q. s. *om. cod.* 5 plaga *addere uisum est* 7 uoluptates *Med. Fabr.* 9 plerunque *ut* unquam, nunquam *et similia cod. et Edd. fere ubique* 13 in *addidi; item Suring. l. l. p.* 77 14 Verg.: od. c. u. *om. cod.* 16 accipiemus *Med. Fabr.* 20 dicit *Fabr.* dominis fideles sunt *cod. Med. Pat.* fideles dominis sunt canes *Fabr.* 21 de *om. Fabr., add. cod. Med.* 24 speciem pro genere posuit *Fabr.* species pro genere *cod.*

1* *Aen. VIII 556* 2* *Aen. IIII 132* 3* *VI 1221* 4* *Georg. III 255*

29. *praemia.* Poetarum scilicet quia poetae tantum hedera consueuerant coronari. Verg.: [1*]

Pastores hedera crescentem ornate poetam.

Diuinum ergo honorem se dicit per poema adeptum. [Ait ergo alios uenatione se musica delectari] *ACR.*

me doctarum hederae praemia frontium. Praemia doctarum frontium hederas dicit, quia eis poetae coronantur; unde et Vergilius ait: [2*]

atque hanc sine tempora circum
Inter uictrices hederam tibi serpere laur. *POR.*

30. *gelidum nemus.* Materiam ipsam carminis pro laude posuit. Nemus autem Parnasi montis dicatum nymphis *ACR.*

31. *nympharumque leues.* Satyri enim et Bacchae ideo quia se in saltando et ludendo uelociter rotant *ACR.*

nympharumque leues cum satyris chori. Per ea egregiam gloriam dicit se consequi de quibus canit. Fere enim in lyrico carmine materia de nemoribus et fontibus est et siqua sunt his similia aut proxima *POR.*

32. *secernunt populo.* Id est: dant mihi meritum ut a uulgo et a uilibus separer *ACR.*

secernunt populo. Id est: de grege uulgi tollunt ac per hoc sublimem faciunt *POR.*

33. *tibias Euterpe cohibet.* Id est: si poemata mea non moratur nec musae impediunt *ACR.*

1 hedera *om. cod.* hedera tantum *Fabr.* 2 solebant *Med. Fabr.* consueuerant *cod.* 7 dicit *cod. pr. m.* ait *Fabr.* his *Fabr.* coronabantur *Fabr.* 8 Vergilius *cod. fere ubique; item* intellegere, neglegere *similia plurimis locis; contra Acronis codex eandem scribendi rationem nusquam fere sequitur* 12 Parnasi *cod. Med. Fabr.* 14 Satyrus *Fabr.* 16 eas *cod.* 17 se *addidi* canit. Fere enim lyrico carmine (carmini *sec. man.*) *cod.* canit fere iyrici carminis materia *Fabr.* canit: fere lyrico carmini mat. *Med. Pat.* est *om. Med. Fabr.* 21 et a uilibus *om. cod., Med.* 25 poema meum non moratur *Fabr.* poemata mea non moriantur *cod. Fort. scr.* non morantur nec impediunt musae

1* *Bucol VII 25* 2* *Bucol. VIII 12*

Euterpe cohibet. Vt si diceret: si tamen musae non denegant mihi studium cantus sui *POR.*

Euterpe. Euterpe inuenit tibias, in quibus uox est et sonus *ACR.*

Polyhymnia. Vna ex musarum numero; et est epenthesis, ut Verg.:[1*]

A l i t u u m p e c u d u m q u e g e n u s s o p o r a l t u s h a b e b a t.
Polyhymnia est quae multa cantat *ACR.*

34. *lesboum.* Lesbos insula est; ergo a loco dicitur lesboum propter Alcaeum et Sappho, quos in Lesbo insula natos esse constat; aut ab eo lesbio qui primus fuit lyricus scriptor aut a Periandro rege cui primum Mercurius lyram ostendit *ACR.*

lesboum barbiton. Barbiton organi genus est in modum lyrae; lesboum autem dixit referens ad Alcaeum et Sappho lyricos poetas quos in Lesbo insula natos esse manifestum est *POR.*

barbiton. Barbiton lyra maior, organo similis sono. Alii dicunt latiorem partem lyrae *ACR.*

1 ac *Med. Hoc schol. et quae secuntur ad finem usque carminis in Fabr. Porphyrione non leguntur. Nec reticendum uidetur in Med. nostra uerba* sublimem faciunt *(uers. 32) in fine paginae ita posita esse, ut et ipse putarem reliqua deesse, donec in sequenti pagina ualde obscure addita repperi. Atque ueri non dissimile est ipsa Med. Fabricium in errorem esse inductum* 4 *Hoc quoque schol. om. Fabr.* 5 ex Musis *Fabr.* ex m. num. *cod. et Med.* et est epenthesis *addidi ex COM. CR. nam sic demum intellegitur quid sibi uelit exemplum Vergilianum, in quo* alituum *pro* alitum *ex sententia scholiastae adiectione (epenthesi)* u *litterae ortum est, ut* Polyhymnia *pro* Polymnia *adi.* y *littera. Idem de* Polyhymnia *docet Charisius ars gram. IIII 1 (p. 266, 1 Keil.) et locum Horatianum adfert* 7 sopor altus habebat. sic iste *cod.* sic iste *Med.* Polyhymnia cantat *Fabr.;* Polyh. est quae multa cantat *Peerlkampius apud Suring. l. l. p. 78* 9 *lesboum*] a Lesbo insula de Allaeo (*scr.* Alcaeo) dicitur *Fabr.; reliqua addidimus e cod. et Med. quamuis haud omni ex parte sana* 14 genus est in modum *cod.* g. est ad modum *Edd.* 18 *ut nos cod. et Med. nisi quod in codice* simul *est.* Lyram dictam a sono. Dion enim libro septimo: Citharoedi, inquit, lyras septicordes eburneas, quae barbita dicuntur, tendentes, quorum usus obsoleuit aetate mea. Haec ille *Fabr.*

1* *Aen. VIII 27*

35. *lyricis uatibus.* Graecis utique intellegendum; nam nondum erant romani *POR.*

quod si me lyr. uat. ins. s. f. s. u. Allusit. Si, inquit, possum lyra mea cantare fauorem musarum i. e. si me receperis in numero lyricorum poetarum, ad coelum uehar merito gloriae atque uirtutis *ACR.*

CARMEN I 2.

[*Jam satis terris etc.* Metrum sapphicum hendecasyllabum tribus uersibus, quod constat trochaeo, spondeo, dactylo et duobus trochaeis ita:

Jam satis terris niuis atque dirae,

quartus adonius dimeter ex dactylo et spondeo ita:

Terruit urbem *ACR.*]

1. *Jam satis terris.* C. Caesaris mortem significat quo in senatu occiso plurimae tempestates niues et grandines fuerunt, quo tempore et inundatione Tiberis dicitur Roma laborasse quod propter Caesarem in honorem Augusti Caesaris ultoris eius uult factum uideri. Nam de ipso et Vergilius: [1*]

Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnim
Flebant

et alibi: [2*]

Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam

Haec enim omnia i. e. fulmina, grandinem diluuii metum intellegi uult uindictam Caesaris fuisse *ACR.*

Jam satis terris niuis atque dirae grandinis misit pater. Pro: in terras misit. Post occisum C. Caesarem quem

3 sublimi fer. sid. uert.] si me receperis in lyricos poetas, tunc merito gloriae adaequabo astra *Fabr. ut nos cod. et Med.* 4 *fort.* captare(?) 11 quartus *Med.* uersus *Fabr. Quae sic singulis primi libri carminibus praemittuntur de metris ut suppositicia ubique uncis includenda curaui* 13 Gaii *cod.* 26 pro; in terras misit *om. Edd.*

1* *Bucol. V 20* 2* *Georg. I 466*

Cassius et Brutus aliique coniurati interfecerunt multa portenta sunt uisa; Tiberis enim ita creuit ut prodigii loco haberetur. Haec autem omnia uult uideri in ultionem occisi principis facta et poenam eorum, qui bella ciuilia agere non desinebant. [Quam inundationem Tiberis ad periculum ruinarum alio duxit solum] *POR.*

dirae. A furiis tractum est quae dirae dicuntur ut: [1*]
Et dirae ultrices et: [2*]
dirarum uerbera nosco *ACR.*

2. 3. *rubente dextera.* Omnes manubiae albae et nigrae Palladis esse dicuntur, Jouis rubrae et sanguineae *ACR.*

sacras iac. arces. Sacras arces templa deorum uel imperatorum uel etiam [sacras arces] Capitolium dicit *ACR.*

5. *terruit gentes.* Timere fecit gentes. *ACR.*

5. 6. *ne rediret saeculum Pyrrhae.* Pyrrhae uxoris Deucalionis sub quibus fuit diluuium *ACR.*

saeculum Pyrrhae. Pyrrha questa est noua monstra mundo accidisse interitu generis humani *POR.*

noua monstra. Noua monstra dicit fuisse propter hoc quod sequitur: genus piscium haesit summa ulmo et cetera *ACR.*

7. *omne cum Proteus.* Proteus beluarum marinarum pastor. Hunc dicit marina armenta in montibus diluuio pauisse: de quo Verg.: [3*]
immania cuius
Armenta et turpes pascit sub gurgite phocas *ACR.*

9. *haesit ulmo.* Naturae contraria in diluuio contigisse

1 interfecerant *Fabr.* interfecerunt *cod. Pat. Med.* 3 uideri facta *Fabr.* facta *om. Med.* 6 *postrema uerba aut non genuina sunt aut certe miserrime corrupta* 11 Palladis *addidi ex COM. CR. De re ex parte conf. Seru. ad Verg. Aen. I 46* rubra et sanguinea *cod. Med. Fabr.* rubrae et sanguineae *COM. CR.* 12 sacras i. a. *sic cod. atque idem fort. Fabr. in cod. suo repperit et interpretatus est* id est ad; *nam sic habet:* Id est ad sacras etc. id est templa *Fabr.* 18 accidisse mundo *Fabr.* interito *cod.* 20 et cetera *om. Fabr.* 22 belluarum *libri* 26 focas *cod.* 27 naturae *om. libri, add. COM. CR.*

1* *Verg. Aen. III 610* 2* *Verg. Aen. XII 876* 3* *Georg. IIII 394 sq.*

dicit, ut in arboribus haererent pisces et siluestres damae in aquis natarent; quas Verg. masculino genere posuit: [1*]

Cum canibus timidi uenient ad pocula damae.

Diluuio facto cum tantum Parnasus emineret Deucalion et Pyrrha quomodo repararetur genus humanum Apollinem consuluerunt; qui cum respondisset ut post tergum iacularentur ossa matris, cognouerunt terram esse matrem dictam; unde iaculata mox Pyrrha lapides puellae et Deucalione mares nati sunt *ACR.*

piscium et summa genus haesit ulmo. Leuiter in re tam atroci et piscium et palumborum meminit nisi quod hi excessus Lyricis concessi sunt *POR.*

11. *et superiecto pauidae nat. aeq. damae.* Superiecto aequore i. e. super terras iacto illa scilicet diluuii inundatione *POR.*

pauidae. Vt et: timidae u. a. p. d. *POR.*

13. *flauum Tiberim.* Aut turbidum aut colore limi flauum ut: [2*]

Vorticibus rapidis et multa flauus harena *ACR.*

flauum Tiberim. Sic et Vergilius: Vorticibus e..q. s. *POR.*

retortis. Aut propter turbines dixit retortis aut propterea quod in campos exibat non solito alueo in maria; constat autem uiolentia maris repulsum Tiberim inundasse *ACR.*

14. *etrusco.* Id est: tyrrheno quo influit Tiberis *ACR.*

littore etrusco uiolenter undis. Constat uiolentia maris repulsum Tiberim redundare solitum et effundi super ripas suas; quod hic nunc monstrose factum dicit. Littus autem

1 siluestresque *Med. Fabr.* 5 repararetur *cod. Med.* repararent *Fabr.* 6 dum *libri* post tergum *add. ex COM. CR.* 7 tunc cogn. *Med. Fabr.* tunc. *om. cod.* 8 iaculata *cod.* iaculante *Med. Fabr.* 15 *cfr. adnot. ad uers. 13* 18 uerticibus *cod. Med.* harena *cod. et Edd.* 19 sic etiam Virgilius *Med. Fabr.* *in cod. hic adduntur haece:* Et timidae ueniunt ad pocula damae *quae supra ad uersum 11 reposui addito lemmate* 25 Hetrusco *Fabr.* 27 solitum effundi *cod.* et solitum effundi *Fabr.* per ripas *Pat. Med.*

1* *Bucol. VIII 28* 2* *Verg. Aen. VII 31*

etruscum tyrrheni i. e. tusci maris. Repulsum Tiberim in littus accipit in quod Tiberis exit *POR.*

15. *monumenta.* Regiam dixit. Locus est enim, in quo Numa Pompilius habitauit ad Vestae templum habens regiam. Cicero de eodem loco: [1*]

N u p e r m e a d r e g i a m p a e n e c o n f e c i t *ACR.*

ire deiectum monumenta regis. Monumenta non tantum sepulcrum dicitur sed omnia quidquid memoria testatur. Regiam ergo Numae Pompilii significat *POR.*

regis. Numae scilicet Pompilii, qui seditionem abstulit et religionis cultum adhibuit *ACR.*

16. *templaque Vestae.* Quia dicebatur Tiberis per rostra ante habuisse meatum quae templo Vestae iunguntur *ACR.*

17. *Iliae.* Matri Romuli uxori suae *ACR.*

Iliae dum se nimium querenti iactat ultorem uagus. I l i a auctore Ennio[2*] i n a m n e m T i b e r i m i u s s u A m u l i i r e g i s A l b a n o r u m p r a e c i p i t a t a e s t; antea [enim] Anieni matrimonio iuncta est, atque hic loquitur quasi Tiberi potius nupserit. Querenti autem Iliae caedem Caesaris intellegendum *POR.*

querenti. Querelas apud se deponenti de morte Caesaris hominis suae originis *ACR.*

18. *uagus.* Non recto meatu fluens, qui extra alueum erraret *ACR.*

1 tusci *cod. Med.* Hetrusci *Fabr.* 2 *hoc schol. et quod sequitur Porphyrionis in libris male sedem mutarunt; utrumque in sedem suam reduximus* 3 enim *cod.* ergo *Fabr.* 4 uestem habens regia *libri.* ad Vestae templum h. r. *scripsimus seruti COM. CR. cfr. Oudendorp. ad Sueton. p. 293 b. (Suring. l. l. p. 113) qui scrib.* ad Vestae habens reg. *om.* templum. *De re cfr. praeter alia Seru. ad Vergil. Aen. VIII 363. Plutarch. Num. 14. Bekkeri Enchiridion antiq. rom. I p. 223 sqq.* 7 Monumentum *Edd.* 8 omne quicquid memoriam *Fabr.* 9 regis *cod. Pat. Med.* signat *Edd.* 10 scilicet *add. ex cod.* 11 regionis *Med. Fabr.* religionis *cod. Cfr. Cic. Rep. II 14. V 2* 17 enim *male additum esse Ritter ad Hor. Carm. I 2 17 recte monet; fort. scr.* amni 18 iuncta est *cod.* iuncta fuit *COM. CR.* iuncta *Edd.* 21 apud se *om. cod., item uerba* hominis suae originis 23 uagus N. r. m. fl *om. cod.*

1* *p. Mil. 14, 37* 2* *Annal. frag. 55 apud Vahl.*

et sinistra. Aut infesta aut ibi qua magis prona est ciuitas quam inundare cupiebat *ACR.*

19. *Joue non probante.* Non permittente *ACR.*

Joue non probante. Quod terreri Juppiter populum iusserit non perire *POR.*

20. *uxorius amnis.* Diuersae de Ilia poetarum opiniones sunt; nam Ilia mater Romuli fuit quem ex Marte suscepit, quae mortua sepulta ad ripam Anienis fluuii dicitur, qui in Tiberim cadit et quia abundans aquis Anio cineres Iliae in Tiberim deduxit, dicta est Ilia Tiberi nupsisse. Ideo dixit *uxorius amnis* qui se ad eius querelam iactaret ultorem. Alii dicunt quod ipsa Ilia Anieni nupserit; nam poetae multi hoc sentiunt. Sed Horatius ut Tiberi det causas irascendi Tiberis magis dixit uxorem. Uxorius enim dicitur uxori deditus, ut Vergilius:[1*]

p u l c h r a m q u e u x o r i u s u r b e m
E x t r u i s. *ACR.*

21. *audiet ciues acuisse ferrum.* Ἀσυνδέτως transiit. Sic intellegendum: Itaque audiet rara iuuentus maiores suos acuisse ferrum *POR.*

23. *audiet pugnas.* Pugnas ex morte Caesaris in posteros deditas dicit per bella ciuilia; nam Augustus percussores eius usque in Aegyptum persecutus est *ACR.*

parentum. Non pugnas parentum sed uitio parentum *POR.*

24. *rara iuuentus.* Quia per bella ciuilia sub Caesare et

1 parte *et paullo post* redundare *cod.* 4 Jupiter *cod.* 16 *De re conf. Seru. ad Verg. Aen. I 273 et VI 778, de ultimis scholii uerbis ad IIII 266, ubi Seruium nostrum schol. ante oculos habuisse non est ueri dissimile; haec enim eius uerba sunt:* ‚uxorius nimirum uxori deditus vel seruiens ut Horatius: uxorius amnis' 17 extruit *cod.* 18 transit *Fabr.* 19 audiet *om. Fabr.*, add. *cod. Med.* 21 audiet cuius *male in lem. Fabr.* 22 deditas *cod. Med.* redditas *Fabr. item* per b. ciu. 23 usque ad *Med. Fabr.* 24 *lemma addidi ut ordo in libris turbatus restitueretur; sic enim ibi se singula male excipiunt:* (u. 25) quem uoc. diu. etc. diuum populus. Non pugnas par. sed uitio par.; *sequitur:* (u. 24) rara iuuentus etc. *denique:* minus audientem pugnas *erasa* s *littera cod.* pugna *Pat.* pugnas *Med. Fabr.* 25 bellis ciuilibus *Fabr.* bella ciuilia *cod. Med.* per *addidi*

1* *Aen. IIII 266*

Pompeio deinde sub Augusto et Cassio atque Bruto Romani se ipsi confecerunt *POR.*

25. *quem uocet diuum.* Auersos dicit superos pro tali scelere uota humani generis spreuisse *ACR.*

quem uocet diuum populus ruentis imperi. Iterum *ἀσυνδέτως* transiit, et fere morem hunc habet sine coniunctionibus transeundi; ceterum subaudienda hic est coniunctio *ergo;* sic enim fit plerumque: ergo quem uocet diuum populus *POR.*

26. *fatigent.* Instanter et impense rogent, ut: [1*]

d i u o s q u e i n u o t a f a t i g e n t *ACR.*

27. *minus audientem.* Hymnos et preces non audientem pro supplicantium impietate *ACR.*

min. aud. carmina Vestam. Offensam scilicet scelere eorum qui Caesarem occiderunt *POR.*

29. *cui dabit partes sc. exp.* Id est: cui deorum dabit Juppiter potestatem delendi malum quod patrauit pars Romanorum? Non enim omnes consenserunt in nece Caesaris *ACR.*

30. *Juppiter.* Iouis mite numen est nec aliquid per se laedens. Lucanus: [2*]

n a m m i t i s i n a l t o
J u p p i t e r. *ACR.*

31. *nube cand.* Melius candenti nube quam candentis humeros *ACR.*

amictus. Candidis nubibus uelatus, ut qui uideri possit; non amicti enim dei nequeunt conspici *ACR.*

30. 31. *tandem uen. prec. nube candentis humeros amictus.*

3 aduersos *cod. Med.* 6 *ἀσυνδέτως* transiit *cod. et quidem ἀσυνδέτως recens manus addidit ut ubique Graeca in cod. obuia. ἀσυνδέτως* transit *Edd.* 13 supplicautum *cod. Med.* 18 in mortem *Fabr.* in morte *Med.* iu nece *cod.* 26 et qui uideri possis *cod.* et qui uideri potest *Med.* ut qui uideri nou potest *Fabr.* 27 nou amicti *COM. CR.* amicti *cod. Med. Fabr.* 28 candenti *Med. Fabr.* candeutis *cod.*

1* *Valerius Flaccus IIII 69* 2* *Phars. I 660 ed. Weber*

Conuersus est ad Apollinem qui actiaco bello Antonium oppressit. [Vergilius: 1*

haec cernens arcum intendebat Apollo] *POR.*

32. *augur Apollo.* Propter Augustum qui se Apollinis filium uolebat uideri aut propter troianum genus de Veneris stirpe, ut est: 2*

Hunc tu olim caelo spoliis Orientis onustum
Accipies *ACR.*

33. *Erycina ridens.* Erycina Venus ab Eryce in quo maxime colitur dicta. Vergilius: 3*

erycino in uertice sedes
Fundatur Veneri Idaliae.

Sed Veneris numen non usque adeo mite esse solet; nam irata Solis filias persecuta est *ACR.*

siue tu mauis Eryc. rid. quam Iocus circumuolat et Cupido. Potest et ridens Iocus et Erycina ridens accipi. Et est homericum Erycina ridens secundum illud **φιλομειδὴς Ἀφροδίτη** *POR.*

35. ***siue neglectum genus.*** Siue quia Caesarem occidi passus est siue quia postea in ultionem eius bellum ciuile fieri permisit *ACR.*

siue neglectum genus et nepotes. Ad Martem hoc pertinet quem inuidiose arguit genus suum i. e. Romanos neglexisse quod passus sit eos bello ciuili uastari *POR.*

35. ***et nepotes.*** Romanos dixit propter Romulum *ACR.*

36. ***respicis auctor.*** Mars auctor per Iliam et Romulum. Vergilius: 4*

uiden ut geminae stant uertice cristae
Et pater ipse suo superum iam signat honore. *ACR.*

37. *ludo.* Ludum Martis dixit bella ciuilia, cuius ludus in proeliis est *ACR.*

1 conuersus *Edd.* est *add. e cod.* 2 Vergilius *e. q. s. om. cod. Pat. Med.* 4 propter *add. ex COM. CR.* 7 horientis honustum *cod.* 9 ab Eryce *cod. et Med.* a monte Eryce *Fabr.* 15 Ericyna *utroque loco cod.* 17 Id est *libri* 18 φιλομηδὴς Ἀφροδίτης *cod.* φιλομηδης Ἀφροδιτη *Med.* 28 uiden ut g. st. *om. cod. et Med.* u. tristem *cod.*

1* *Aen. VIII 704* 2* *Verg. Aen. I 289* 3* *Aen. V 759* 4* *Aen. VI 780*

heu nimis longo satiate ludo. Ludo pro bello. Hic enim uidetur ludus esse Martis *POR.*

38. *quem iuuat clamor galeaeq. leues.* Martem enim et bellicus clamor et splendentia tela delectant ut: [1*]

iuuat ire et dorica castra
Desertosque uidere locos.

39. *et mauri.* Maurum abusiue posuit pro quocumque hoste *ACR.*

acer et mauri peditis cruentum uultus in hostem. Mauri pro cuiuslibet accipe bellicosae gentis. Speciem enim pro genere posuit *POR.*

41. *siue mutata iuuenem figura.* Mercurium dicit siue quia in diuersas potestates transfigurari consueuit siue quia uult eum Augusto per Troianos parentem uideri. Vergilius: [2*]

At Maiam — auditis si quicquam credimus — Atlas
idem Atlas generat.

Et *uenias precamur* a superioribus ubique subaudis *ACR.*

siue mutata iuuenem figura. Adulatur Augusto Mercurium cum dicens esse *POR.*

42. *almae.* Ne *almae* filius Cupido putaretur ideo dixit filius Maiae ut Mercurium ostenderet. Vergilius: [3*]

haec ait et Maia genitum demittit ab alto *ACR.*

45. *serus in caelum.* Ac si diceret: diu uiuas Romanis et tarde diuus fias *ACR.*

serus in caelum redeas. Suauiter optat Augusto ut diu uiuat *POR.*

47. *iniquum.* Iratum, indignantem peccatis nostris et propter hoc nos fugientem *ACR.*

neue te nostris uitiis iniquum ocior aura. Bene haec dicuntur quia ad Mercurium uidetur loqui qui uolucer deus est. Simul eleganter et illud oblique optat, ut post excessum Augustus diuus factus recipiatur in caelum. *POR.*

1 seu nimis *cod.* ludo pro bello *cod.* ludo pro bello posuit *Med.* pro bello posuit *Fabr.* 2 lusus *cod.* 9 Vltus *cod. et Fabr.* 10 accipit *Fabr.* accipe *cod. et Med.* gentis uiro *Fabr.* 16 Idem A. g. *om. cod. et Med.* 19 esse dicens *Med. Fabr.* 25 caelum *cod. ubique.* 28 fugientem nos *Fabr.* 31 est *om. Med. Fabr.*

1* *Verg. Aen. II 27* 2* *Aen. VIII 140* 3* *Aen. I 299*

nostris uitiis. Id utrum ad bella ciuilia referens ait an latius [ex hoc] intellegitur? *POR.*

48. *ocior aura tollat.* Pro ocius tollat; σχῆμα ὑπαλλαγή *POR.*

51. *Medos.* Parthos a quibus Crassus occisus est, quo pereunte ortum est bellum ciuile. Lucanus de eodem: [1*]

umbraque erraret Crassus inulta *ACR.*

CARMEN I 3.

[Metrum primo uersu glyconicum constans ex spondeo et duobus dactylis ita:

Sic te diua potens Cypri

secundo asclepiadeum *ACR.*]

Sic te diua potens Cypri. Ad nauem loquitur qua Vergilius Athenas petierat, adorans eam ut eum incolumem perferat *ACR.*

1. *Sic te diua potens Cypri.* Principium deprecationis ut nauis beneficis sideribus commendetur; salutare enim Veneris sidus est. *Sic* autem aduerbium adiurantis est *ACR.*

2. *fratres Helenae.* Castor et Pollux *ACR.*

lucida sidera. Ἐπεξήγησις est *ACR.*

sic fratres Helenae lucida sidera. Σχῆμα ἐπεξήγησις quia fratres Helenae lucida sidera sunt. Constat autem hodieque inter nautas Castoris et Pollucis stellas plerumque nauibus infestas esse, ut Vergilius: [2*]

effugimus Ithacae scopulos laertia regna *POR.*

3. *uentorumque regat pater.* Aut Aeolum aut iuxta phy-

1 id est *cod.* 2 ex hoc *uncis inclusi et interrogationis signum in fine posui* 14 proferat *Med.* 16 nauem b. s. comitetur *Fabr.* nauis b. s. commendetur *cod. Med.* 17 autem *om. cod.* 19 est *om. Fabr., add. cod. Med.* 20 ἐφεξήγησις *cod. Pat. Med.* 21 hodie *Edd.* hodieque *cod.* 23 ut Vergilius: effugimus *etc. om. Pat. Med. Fabr.* 25 Aeolus *cod.*

1* *Lucan. I 11 ed. Weber* 2* *Aen. III 272*

sicos qui uentos ex motu Oceani nasci uolunt Neptunum dicit ut Vergilius: [1*]

quique pater Neptune paras *ACR.*

4. *praeter Japyga. Japyx* uentus utilis est de Apulia flans Athenas petentibus; graece ἀργέστης dicitur *ACR.*

praeter Japyga. Japyx a uentosa regione unde flat dicitur; Japygia autem est quae nunc Apulia appellatur. Dicit ergo optime hoc uento ex Italia Athenas nauigari et idcirco optat ne alius flet quam ipse nauiganti Vergilio *POR.*

5. *creditum.* Commendatum, ut Verg.: [2*]

anni spem credere terrae. *ACR.*

5. 6. *quae tibi creditum debes Vergilium.* Ambiguum utrum *debes finibus atticis* an *finibus atticis reddas* accipiendum sit *POR.*

6. *atticis.* Atheniensibus *ACR.*

8. *et serues animae dimidium meae.* Amicum partem animae posuit, ideo *dimidium* posuit. Athenas nauiganti Vergilio nauigii prosperitatem precatur et execratur etiam timore periculi eum qui primus cupiditate lucri ad temeritatem nauigandi descendit *ACR.*

et serues animae dimidium meae. Suauiter hoc dictum secundum illam amicitiae definitionem qua philosophi utuntur: *φιλία ἐστὶ μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασιν POR.*

9. *illi robur et aes triplex.* Ac si diceret duritia sine sensu periculi. *Triplex* uerbum ab usurariis tractum posuit, quorum auaritia et spe lucri uel commercii inuentum nauigium sit *ACR.*

4 *fort. ex COM. CR. sic transponenda sunt uerba:* uentus de Ap. fl. utilis est   est *om. Med. Fabr.*   5 argestes *Med. Fabr., in cod. uacuum spatium relictum est, quod fieri solet ubi graecum uocabulum scribendum erat; igitur ἀργέστης scripsi*   6 *lemma addidi; om. cod. Med.* Japyx *Fabr.* Japix *cod. Med.*   7 Japygia autem est *om. Edd.*   8 iccirco *cod.*   9 iam ipsi *Fabr.* quam ipse *cod. Med.*   10 *pro* ut Verg.: anni etc. *uacuum spatium cod.*   12 Virgilium *pr. m. cod., sed eadem ut uidetur mutauit in* Vergilium *cfr. ad I 1, 29*   21 philosophi *cod.* plurimum *Edd.*   22 *φιλία ἐστὶ add. ex COM. CR.; in cod. haec in marg. ascripta sunt: μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασιν κειμένη*   24 aes triplex] uerbum etc. *Fabr. ut sint duo scholia; ut nos cod. Med.*   25 spe *libri.* et spe *COM. CR. Suring. l. l. p. 127*

1* *Aen. V 14*   2* *Georg. I 224*

illi robur et aes triplex circa pectus erat. Execratur eum qui primus ausus sit nauigare dicitque eum durissimo corde ac pectore fuisse qui tanta pericula non timuerit; habet autem hic quiddam homericum: [1*] *χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη* i. e. ferreum pectus *POR.*

11. *commisit.* Credidit ut Terentius: [2*]

oucm lupo commisisti *ACR.*

14. *tristes hyadus.* Tempestuosas et nebulosas ut: [3*]

pluuio contristat frigore caelum *ACR.*

nec rabiem noti. *Notum* supra omnes uentos extulit quia cardinalis est, ideo arbiter Hadriae quia praecipue solet pasci aestibus i. e. nutriri fluctibus *ACR.*

nec rabiem noti quo non arbiter Hadriae maior. Arbitrum pro rectore posuit. Significat autem in hadriatico sinu neminem magis noto uento saeuire per quod uidetur ibi dominationem exercere uel ad extollendos fluctus cum saeuit uel ad placandos cum flare desinit *POR.*

15. *Hadriae.* Maris hadriatici pro quouis mari *ACR.*

16. *tollere.* Commouere. Vergilius: [4*]

Et mulcere dedit fluctus et tollere uento *ACR.*

ponere. mitigare *ACR.*

17. *quem mortis timuit gradum.* Genus mortis. Tres gradus mortis definiuntur fato, casu, genitura; fato ut: [5*]

stat sua cuique dies;

casu ut: [6*]

merita nec morte peribat
Sed misera ante diem

4 *χάλκεον δέ μοι στῆθος Fabr. καλχεον δε μοι στιθος Med. χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἔην cod. Pat. Scribendum: ἐνείη. Cfr. Hom. Il. β 490*
11 Adriae *libri ubique.* quia *addidi ex cod. Franekerano apud Suring. III p. 127.* 12 fulminibus *Med.* fluminibus *cod. Fabr.* fluctibus *ex cod. Franek.*
13 *adriae *sic una litterula erasa cod. sed paulo post* adriatico *ut Edd.*
15 uento *addidi ex cod. Med. et Pat. item paulo post* ibi *ex cod.* 20 uentos *Fabr. et COM. CR., om. locum Vergil. cod. et Med.* 26 *hanc uersus partem om. cod. Med.*

1* *Hom. Il. β 490* 2* *Ter. Eunuch. V 1, 16 (832) ed. Fleckeis.* 3* *Verg. Georg. III 279* 4* *Aen. I 64* 5* *Verg. Aen. X 467* 6* *Verg. Aen. IIII 696*

genitura ut: [1*]

S t e r n i t u r i n f e l i x a l i e n o u u l n e r e.

Unde Stoici casu dicunt, Epicurei fato, Pythagorici genitura hominem mori *ACR.*

quem mortis timuit gradum qui siccis oculis monstra natantia. Quem mortem inquit abhorrere potest qui monstra maris et asperrima saxa sine lacrimis uidere potuit? *POR.*

18. ***qui siccis.*** Praeter lacrimas. Lucanus: [2*]

q u i s i c c o l u m i n e c a m p o s
V i d e r i t A e m a t h i o s. *ACR.*

19. ***mare turgidum.*** Tumens fluctibus suis *ACR.*

20. ***infames scopulos.*** Aut famosos multorum poetarum carmine aut propter asperitatem littoris naufragiis nauium *ACR.*

infamis scopulos. Infamis ait propter atrocitatem naufragiorum quae ibi multi patiuntur *POR.*

Acroceraunia. Sunt montes Epiri ideo sic dicti graeco uocabulo quod sua altitudine frequenter fulminentur. De his Vergilius: [3*]

P r o u e h i m u r p e l a g o u i c i n a C e r a u n i a i u x t a *ACR.*

Acroceraunia. Cerauuia montes sunt Epiri *POR.*

21. ***nequicquam deus abscidit.*** Ac si diceret numquid sine ratione separatum est mare a terris cum illud elementum periculis hoc uoluptatibus plenum sit? *Abscidit* autem separauit *ACR.*

nequiquam deus abscidit prudens Oceano dissociabili terras. Prospexerat, inquit, natura hominibus ut terrae quibus sine periculo uteremur a mari discernerentur. Sed hoc frustra, cum iam audeat humana temeritas etiam mari se committere *POR.*

7 lachrimis *libri ubique fere* 11 turbidum *cod. et Fabr.* turgidum *Med. et sic legisse Acronem uel interpretatio ipsa docet* 12 infames autem famosos aut multorum *sic male cod.* 15 infamis *cod. Med. Pat.* infames *Fabr. (alterum* infamis *addidi)* 17 sic *addidi* 18 sui *libri* 21 *lemma addidi* caeraunia *cod. cfr. Seru. Verg. Aen. III 506* 22 nec quicquam *Fabr.* 26 nequiquam *cod.* ne quidquam *Med. Pat.* nec quicquam *Fabr.* 28 uteremur *cod.* utimur *Edd.*

1* *Verg. Aen. X 780* 2* *Lucan. VIIII 1044* 3* *Aen. III 506*

22. *prudens.* Prouidens *ACR.*

24. *non tangenda rates transiliunt uada.* Periculosa nauigiis. Non debēro uada accusari cum nauis ipsa nec fieri nec usui esse debuerit, hoc est, non tangi; nam et Vergilius: [1*]

Illiditque uadis atque aggere cingit harenae.

Ideo enim uada dicta sunt quod breuitate sua uadari i. e. ambulari possint *ACR.*

25. *audax omnia perpeti.* Id est: temere omnia patiens lucri cupiditate *ACR.*

Japeti genus. Pro patronymico *Iapetides.* Prometheum dicit filium Japeti; qui cum ignem superis furatus esset, numinum indignatione febres hominibus datae sunt calore quem desiderarunt *ACR.*

audax Japeti genus. Prometheum significat de quo nota fabula est, ignem cum furtim a caelo hominibus attulisse et inuexisse terris multas calamitates *POR.*

29. *post ignem aetheria domo subductum.* Hesiodus [2*] ait, cum ignis e caelo furto Promethei subductus esset, Pandoram immissam terris poenae causa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse omnium pestium genera, quibus homines laborarent; secundum eam opinionem haec dicuntur. *POR.*

30. *subductum.* Subreptum furatum *ACR.*

31. *terris incubuit.* Institit ut nec in suo elemento quieti uiuerent qui aliena temptassent *ACR.*

cohors. Ac si diceret: multa genera morborum ad uindictam temeritatis terris immissa sunt *ACR.*

3 periculosa nauigiis non deberent uada *cod. Fabr.* non tang.] non tangenda periculosa nauigiis. non deberent *Med. unde fort. post lemma pergendum sic erat:* Non tang. peric. *e. q. s.* debere *autem scripsi ex COM. CR. et Franekerano apud Suring. l. l. 129* 5 atque aggere c. harenae *add. ex cod. et Med.* 8 merito *libri.* temere *correxi.* temeraria *COM. CR.* 10 patronymicum est. Prometheum *Med. Fabr.* periphrasis patronymici Iapetides *COM. CR. recte fortasse* Japeti gen. *usque ad* filium *om. cod. aberratione oculorum* 11 dum *cod. Med.* 12 calor *cod.* uelut calor *Med. Fabr.* 14 signat *Edd.* significat *cod.* 15 fabula. id est *Edd.* 25 temptassent *cod. qui in hac uoce eandem semper orthographiam sequitur*

1* *Aen. I 112* 2* *Hesiod. E 90 – 105*

32. *semotique prius tarda necessitas.* Tarde uenientis. *Tardam* enim dicit per necessitatem febrium acceleratam mortem quae tardior hominibus fuerat constituta *ACR.*

33. *corripuit gradum.* Accelerauit periculum inuento nouo exitio ut: [1*]

Corripuere uiam interea qua semita monstrat *ACR.*

34. *uacuum.* Apertum quod experiendi hominibus non causa fuerat. Vergilius: [2*]

Iam uacuo laetam caelo speculatus et alis
Plaudentem *ACR.*

35. *pennis non homini datis.* Vergilius: [3*]

Praepetibus pennis ausus se credere caelo
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos *ACR.*

37. *nil mortalibus arduum est.* Nil difficile est *ACR.*

38. *caelum ipsum.* Quod solum sibi exceperant numina, quasi et ipsum posset humana uis attingere nisi fulmina coercerent *ACR.*

petimus. Optamus exposcimus ut Vergilius: [4*]

Tartareum ille manu custodem in uincla pet. *ACR.*

39. *neque per nostrum patimur sc. irac. Iou. p. fulm.* Id est, non patimur illum quiescere; nam quidam gigantes conati sunt ipsum caelum ad solum deducere. Vergilius: [5*]

Et coniuratos caelum rescindere fratres *ACR.*

---

1 semotique per tarde uenieatis *cod.* 2 tarda enim dicit per necessitatem f. acceleratam mortem *cod.* tarda .u. dicit pp. uecessitatem f. acceleratē m. *Med.* tardam necessitatem dic. propter feritatem febrium accelerantem m. *Fabr.* 6 qua semita monstrat *add. ex cod. et Med.* 9 et alis plaudentem *add. ex cod.* 11 *lemma om. Med. et Fabr. quae relicua cum scholio quod praecedit coniungunt uerbis:* et alibi 13 hunc uersum *om. Med. Fabr.* 14 nil *post lemma cod. et Med.* nihil *Fabr.* 16 possent humani ausus *Fabr.* possit humana uis *cod. Med.* 18 ut Verg. e. q. s. *om. cod.* 20 Irac. Iou. p. fulm. *in lemmate add. cod. et Med.* 21 illum *cod. Med.* Iouem *Fabr.* 22 ipsum caelum conati sunt *Fabr.*

1* *Verg. Aen. I 418.* 2* *Aen. V 515* 3* *Aen. VI 15* 4* *Aen. VI 395* 5* *Georg. I 280*

CARMEN I 4.

[Metrum quod phaleecium dicitur siue archilochium quia frequenter eo usus est Archilochus. Constat prior uersus ex parte heroici quae dicitur bucolice quia necesse est ut quartus pes sit dactylus, et tribus trochaeis terminatur ita: Soluitur acris hiems grata uice ueris et Fauoni. Sequens uersus trimeter iambicus catalecticus est cui una syllaba deest, ita: Trahuntque siccas machinae carinas; quod si dixeris *carinulas* erit integer trimeter. Et aliter: primus uersus constat ex quatuor pedibus heroicis et tribus trochaeis. Secundus archilochius dicitur et constat ex penthemimere iambica et tribus trochaeis ita: trahuntque siccas machinae carinas. *ACR.*]

Soluitur acris hiems grata uice ueris et Fauoni. Haec ode ad L. Sestium consularem scripta est qua describens uerni temporis gratiam cohortatur ad laetiorem indulgentioremque uitam, admonens mortem aequaliter omnibus imminere *POR.*

1. *Soluitur.* Mollescit *ACR.*

acris hiems. Acris nomen est neutrale a masculino genere ab eo quod est *acer*, unde etiam in masculino genere in *is* dêsinit, ideo commune et omne nomen fecit ut *acris hiems, acris sinapi (?) ACR.*

grata uice ueris et Fauoni. Fauonium uentum qui *Ζέφυρος*

4 pes *addidi* 6 catalectus *Fabr. Ceterum in cod. est sic:* dimeter iambicus cum una superflua syllaba 14 ad P. Sestium *cod.* ad P. Sextium *Edd.* scripta est *cod.* scribitur *Med. Fabr.* scriptura *Pat.* quasi describens *Med.* in qua quasi *Fabr.; ut nos cod. et Pat.* 19 *totum scholion intactum reliqui quamuis de rerum ueritate dubitans; COM. CR. sic habet: acris* nomen commune est et in neutro genere habet *acre: acris* hiems *acre* sinapi; aliquando autem in masc. habet *acer* ut: *acer* equus. *Haec magis conueniunt eis quae docet Priscian. I p. 152 Hertz (p. 647 P. p. 178 Kr.) et Seru. Verg. Aen. V 380, VI 685*

graece appellatur ueris tempore incipere flare Vergilius testis est qui sic ait: [1*]

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur et Zephyro putris se glaeba resol. *POR.*

2. *trahuntque siccas.* Dicit de nauibus aut pro reparatione aut pro hieme subductis, competenti tempore nauigationis in maria reuocatis *ACR.*

3. *arator.* Mutari etiam usum uitae dicit mutatione temporis. Vergilius: [2*]

Ante focum si frigus erit si messis in u. *ACR.*

4. *canis.* candentibus *ACR.*

5. *iam cytherea choros ducit.* Clementia temporis dicit etiam ad ludum animos inuitari, ita ut in noctem saltationibus uacent uoluptatem satiantes [nude et Venerem posuit] *ACR.*

imminente. Appropinquante *ACR.*

6. *iunctaeque Nymphis Gratiae decentes.* Per *Nymphas* mulieres intellegi uoluit per *Gratias* uirgines; ista enim tanquam Epicureus exponit suadens uoluptuose uiuendum pro fragilitate uitae nec praetermittendam Venere arridente laetitiam *ACR.*

7. *alterno terram quatiunt pede.* Pro sono cantilenae ad rythmum pede ferientes *ACR.*

8. *grauis.* Pro operis labore *ACR.*

9. *nitidum caput.* Vnguentis delibutum *ACR.*

impedire. Coronare *ACR.*

10. *terrae quem ferunt solutae.* *Solutas* terras dixit liberas hoc est excultas, nam Vergilius cum de agricultura loquitur ait: [3*]

Exercetque frequens tellurem atque imperat a.

4 glaeba *cod.* gleba *Med. Fabr.* 5 trahuntque scilicet de naualibus *cod. unde restitui:* tr. sic. dicit d. nauibus. trahuntq. siccas. de naualibus *Med. Fabr.* 6 subductas reuocare *cod.* subductas .. reuocant *Med.* subductas compet. t. ad nauigationem i. m. reuouant *Fabr. Cfr. COM. CR.* 13 in *om. Fabr.* saltantibus *cod.* 14 uoluptate faciente *libri;* postrema uerba uncis inclusa *om. cod. Med.* 18 pouit *Fabr.* 19 ardente *Fabr.* 22 pede ferientis *cod.* pede feriunt *Fabr.* pedem ferienti *Med.* 23 graues *Fabr.* grauis *cod. Med.* 27 dum .. loqueretur *cod. Med.*cum .. loqueretur *Fabr.*

1* *Verg. Georg. I 43* 2* *Bucol. V 70* 3* *Georg. I 99*

idem: [1*]

iniussa uirescunt
Gramina

Potest et soluta terra aperta iam aere intellegi; nam pro temporibus et patescit et clauditur. Vergilius: [2*]

Vere tument terrae

et de hieme: [3*]

Rura gelu tunc claudit hiems. *ACR.*

terrae solutae. Vtrum liberae et cultui non inseruientes ut prata significare uideatur an temperie aëris solutae quae paulo ante frigore hiemis strictae erant? Sic et uergilianum illud se habet: [4*]

Et Zephyro putris se glaeba resoluit *POR.*

11. *nunc et in umbrosis.* Quasi expleto anno et nouo redeunte reddenda sunt uota dis agrestibus. Vergilius: [5*]

Tum pingues agni et tum mollissima uina *ACR.*

nunc et in umbrosis Fauno debet immolare lucis. Sic et Vergilius ueris tempus aptum rusticis ad sacrificandum dicit quia: tum somni dulces et tum mollissima uina [6*] *POR.*

12. *seu poscat agna.* Attende feminino genere *agnam* maluisse dicere quam *agnum* secundum illud uergilianum: [7*]

et caesa iungebant foedera porca.

Nescio quomodo enim quaedam elocutiones per femininum genus gratiores fiunt. *POR.*

10 an *cod. in marg.* tempore *cod.* aeris *cod. Med. Pat.* ueris *Fabr.* 11 Sic et uergilianum e. q. s. *om. Fabr. et hic statim adiungit scholion quod sequitur omisso tamen lemmate ita ut per aberrationem oculorum excidisse haec uideantur. Seiunximus ex cod. Med. Pat.* 15 Vergilius e. q. s. *om. cod. Med.* 16 tunc ... tunc *Fabr.* 19 tunc ... tunc *libri; ceterum haec ex duobus Verg. uersibus sumpta sunt hisce:*

Tum pingues agni et tum mollissima uina
Tum somni dulces densaeque in montibus umbrae

21 *fort. scr.* agnam eum maluisse 24 nescio quid enim *cod. Pat.* nescio enim quomodo *Fabr.* nescio qd enim *Med.*

1* *Georg. I 55* 2* *Georg. II 324* 3* *Georg. II 317* 4* *Georg. I. 44* 5* *Georg. I 341* 6* *Georg. I 341. 342* 7* *Aen. VIII 641*

13. 14. *pallida mors.* *Pallida* epitheton mortis quod pallidos faciat *ACR.*

regumque turres. Pro altioribus domibus [regum turres] posuit ut *tabernas* pro humilioribus *ACR.*

pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas. Per tabernas uulgares domos significat per turres altiores *ACR.*

15. *uitae summa.* Supputatio. Pro breuium annorum numero posuit ut Vergilius:[1*]

Sed fugit interea fugit irreparabile tempus *ACR.*

16. *fabulaeque manes.* *Manes* di boni dicebantur, unde et mane tractum putatur, aut [certe somnus potius quam] inferi qui sunt fabulosi, unde Vergilius:[2*]

Perque domos ditis uacuas et inania regna. *ACR.*

18. *nec regna uini sortiere talis.* Non accipies per sortem regna uini *ACR.*

nec regna u. s. t. Hoc ad magisteria conuiuarum pertinet quae talorum iactibus sortiri solitos et Plautus significat in Captiuis, item in Asinaria *POR.*

19. *tenerum.* Delicatum. *ACR.*

Lycidam. Puerum a te stupratum *ACR.*

quo calet. Quem impatienter amat *ACR.*

10. *tepebunt.* Ardebunt uel amabunt *ACR.*

CARMEN I 5.

[Metrum duobus versibus asclepiadeum, tertius pherecratius, qui constat spondeo dactylo et spondeo, ita: Grato, Pyrrha sub, antro. Quartus glyconicus qui constat spon-

1 *alterum* pallida *addidi* quod pallidos faciat *cod.* quae pallidos facit *Med. Fabr.* 3 *uerba uncis inclusa om. cod. Med.* 5 per] et *cod.* 6 signat *Edd.* significat *cod.* 8 ut Verg. e. q. s. *om. cod.* 10 fabulaeque et mânes *libri.* 11 somnus potius quam *om. cod.* *Totum schol. miserrime corruptum aliis restituendum relinquo; id tantum egi ut legi posset.* 16 magisterium *pr. m. cod.* conniuarum *cod. rectius quam* conuiuiorum 17 ictibus *cod. Pat.* solitos quod et Pl. *Fabr.* 22 uel *om. Fabr.*

1* *Georg. III 284* 2* *Aen. VI 269*

deo et duobus dactylis, ita: cui flauam religas comam. *ACR.*]

Quis multa gracilis te puer in rosa perfusus liquidis urget odoribus. Pyrrham meretricem alloquitur cuius calliditatem ignorans ait se quoque in amorem eius implicitum susceptis uotis tandem euasisse *POR.*

1. *Quis multa.* Percontatur Pyrrham cum qua olim consueuerat, quo amatore nunc fruatur iuuene et munditias eius uel blanditias laudat sed quadam adhuc amantis inuidia cum se dicat ueluti cum dolore eius illecebras, quibus capiat ignauorum adulescentium animos, tamquam naufragium euasisse [per damna] *ACR.*

gracilis. Delicatus tenuis, unde et: [1*]

Vmbrae ibant tenues *ACR.*

gracilis. Gracilem pro tenero posuit. Teneri enim adhuc et graciles solent esse et puellae et adulescentes *POR.*

2. *perfusus liquidis urget odoribus.* Pro fluxu seminali i. e. coitu et libidine *ACR.*

3. *grato Pyrrha sub antro.* Quod et loci gratia et unguentorum iuuetur; nam in antris prostare consueuerunt, unde et fornices dicti. *ACR.*

4. *cui flauam religas comam.* Cui comeris *ACR.*

5. *simplex munditiis.* [Simplex incomposita.] *Simplicem munditiis* dicit animo factiosam *ACR.*

heu quotiens fidem mutatosque deos flebit. Per allegoriam haec dicuntur quibus significat tempestatum modo mutabiles esse meretricis huius blanditias *POR.*

6. *mutatosque deos.* Sibi iratos dum permiserunt illum in foueam cadere meretriciam *ACR.*

7 percunctatur *Med. Fabr.* 10 cum] qua *cod.* 11 adulescentium *ubique cod. pro* adolescentium 15 *lemma deest in cod.; poterat igitur hoc schol. etiam addi proxime antecedenti* enim *cod.* autem *Edd.* 16 et graciles *correxi.* et *om. libri* 17 *rectius COM. CR. interpretatur:* delibutus unguentis pretiosis. 22 *totum schol. om. cod.* 23 Simpl. incomp. *om. cod. Med.* 25 quoties *cod.* quotiens *Edd.* flebat *Pat.* 26 signat *Edd.* mutabiles *cod.* mobiles *Med. Pat.* 28 cum *Fabr.*

1* *Georg. IIII 472*

flebit. Vt mutatam felicitatem suam dum queritur ipsa ingratitudine nudet amatorem. Hoc autem iuxta opinionem hominum dixit, qui iratis aut non propitiis deis lucra siue dispendia applicant ut Lucanus: [1*]

O faciles dare summa deos eademque tueri
Difficiles. *ACR.*

et aspera. Bene allegoricos *aspera aequora* et *auram fallacem* meretricem uocauit, hoc est, inconstantem; nam dum blandiendo insipientem trahit captum crudeliter nudat inconstantiae maris similis est. Vnde Vergilius: [2*]

mene huic confidere monstro
Et caeli totiens deceptus fraude sereni;

Idem de perfidia mulierum: [3*]

Eia age rumpe moras uarium et mutabile semper
Femina. *ACR.*

[7. *nigris uentis.* Id est contrariis *ACR.*]

8. *insolens.* Inconsuetus et inexpertus amorem meretricum *ACR.*

9. *auream.* Pulchram aut certe diuitem siue simplicem significat *ACR.*

10. *uacuam.* Sibi uacantem, sine dolo contemptis aliis suo amori deseruientem *ACR.*

11. *aurae.* Mutabilis feminae *ACR.*

12. 13. *miseri.* Mira uarietas; dicendo enim eos miseros quibus fulgebat intemptata quasi beatum se profitetur qui iam ab ea euasit sicut in sequentibus dicit *ACR.*

miseri quibus intemptata. Miseros eos ait quibus ignota

2 nudat *cod.* 3 non *addidi* deis *cod.* 11 concredere *Fabr.* confidere *cod.* 12 Aenean toties (totiens *cod.*) *Fabr. commixtis duobus uersibus, quorum alter est:*

Aenean credam e. q. s. (V 850).

in cod. et Med. deest 16 *hoc schol. om. cod. Med. COM. CR.* 17 inconsuetus *cod.* non cons. *Med.* consuetus *Fabr.* amorem *cod. Med.* amorum *Fabr. dein fort. melius scr.* meretricium 24 uarietate *libri.* 25 intemptata *cod. Med.* intent. *Fabr.* 27 intentata *cod. Fabr. Med.* intemptata *Pat.* ăit eos *cod. (in quo his signis „ „ indicatur transponenda esse uerba cfr. p. 6, 26)*

1* *Lucan. I 510* 2* *Aen. V 849* 3* *Aen. IIII 569*

et inexperta sit huius meretricis fraudulentia; se autem more eorum qui euaserunt maris pericula uota soluisse quo amore huius liberatus sit. Videmus autem hodieque pingere in tabulis quosdam casus suos quos in mari passi sint atque in fanis marinorum deorum ponere. Sunt etiam qui uestem quoque ibi suspendunt deis eam consecrantes *POR.*

13. *me tabula.* Ac si diceret: adhuc non probata ignoranti nites et places *ACR.*

me tabula sacer uotiua paries indicat humida. Ordo est: me sacer paries; per tabulam uotiuam indicat maris potenti deo uestimenta suspendisse *POR.*

sacer paries. Allegoria a naufragis qui euadentes pictas cladibus suis tabulas praeferunt et cum quibus euaserint uestibus eas in Neptuni templo suspendunt, ut Iuuenalis: [1*]

naufragus assem
Dum rogat et picta se tempestate tuetur

et Vergilius: [2*]

seruati ex undis ubi figere dona solebant.

Hic autem per allegoriam ostendit post nuditatem suam a meretricis eius se amore liberatum *ACR.*

14. *uuida.* Madida. *Madidus* autem extrinsecus *uuidus* intrinsecus *ACR.*

16. *deo.* Neptuno. *ACR.*

3 hodieque (hodie quoque *Med. Pat.)* p. in tab. quosdam casus suos *cod. Med. Pat.* quosd. hodie quoque p. i. t. c. s. *Fabr.* 9 indicat humida *add. cod., item quae secuntur:* Ordo est: me sacer paries. 12 metaphora *libri* 14 ad Neptuni templum *Fabr.* Nept. templum *Med.* Neptuni templo *cod.* 15 naufragus assero nim rogat *cod. eadem om. Med. Fabr. Cfr. etiam schol. ad Iuuen. locum apud O. Iahnium* 19 hic autem *cod.* hoc autem *Med.* hoc *Fabr.* 20 eius *add. ex cod.* 21 uda *in lemmate cod.* humidus autem extr. udus intr. *sic cod. minus bene. Cfr. Doederl. Syn. II 13* 23 Neptuno melius *cod. Med. In uoce melius latere uidetur:* uuida. melius quam humida *ut habet COM. CR.*

1* *Iuuen. XIIII 301* 2* *Aen. XII 768*

CARMEN I 6.

[Metrum tribus uersibus asclepiadeum quartus glyconicus *ACR.*]

1. *Scriberis.* Dicit Agrippae: nauales seu terrestres uictoriae tuae scribentur a Vario perfecto oratore. Ceterum ingenium suum metrorum ludo deditum impar esse laudes bellicas canere *ACR.*

Scriberis Vario fortis et hostium uictor maeonii carminis. Agrippam alloquitur cuius rebus gestis negat se lyrico carmine satis facere posse ideoque potius a Vario eas scribi debere. Fuit autem L. Varius et ipse carminis et tragoediarum et elegiarum auctor Vergilii contubernalis *POR.*

2. *maeonii.* Homerici, qui de Maeonia fuit, id est: tali carmine scriberis a Vario quali usus est Homerus *ACR.*

maeonii carminis alite. Vt si diceret homericis auspiciis ac per hoc homerica sublimitate. Notum est autem inter opiniones quae de natalibus Homeri feruntur etiam hanc esse quasi Maeonis filius fuerit *POR.*

alite: Auspicio siue bono omine *ACR.*

3. *ferox.* Fortis *ACR.*

3. 4. *quam rem cumque ferox nauibus aut equis miles te duce gesserit.* Figurata elocutio; nam cum dixisset *scriberis,* intulit *quam rem cumque miles gesserit te duce.* Simplex autem haec elocutio erat: Scribentur res quascumque miles gesserit te duce *POR.*

4 Vario *an* Varro *in cod. sit dubium est* 5 Cet. ing. suum imp. metr. *cod. Med.* laud. bell. impar canere *Fabr.* 9 potius *om. Pat.* ea *libri.* eas *corr.* 10 L. $\overset{r}{\text{Varius}}$ *cod.* L. Rarius *Fabr.* 11 eclogarum *Fabr* elogorum *Med.* elegiorum *cod.* elegiarum *corr. poteram etiam cum Pat.* elegorum; *item* et trag. *ex cod. dedi.* et *om. Edd. De Vario autem cfr. Estré prosopogr. Hor. p. 449 sqq. Welcker Trag. III 1429 sqq. alia* 14 ut si *cod. Med. Pat.* ac si *Fabr.* 15 est *addidi ex cod.* 19 *hoc schol. om. cod.* 23 haec *add. ex cod.*

5. *nos Agrippa* Vocatiuus casus est. Ordo talis est: quamcumque rem ferox miles gesserit te duce nauibus aut equis nos tenues nec conamur dicere nec conamur dicere grauem stomachum Pelidae cedere nescii, id est, inuicti, ferocis ut:[1*]

rumpuntur nescia uinci
Pectora;

nec conamur dicere cursus duplicis Vlixei per mare nec conamur dicere saeuam domum Pelopis dum pudor et musa potens lyrae uetat detercre laudes egregii Caesaris et tuas culpa ingenii. *ACR.*

6. *Pelidae stomachum.* Synecdochicos a parte totum; *stomachum* autem pro ingenti ira posuit *ACR.*

[*culpa ingeni.* Id est tarditate sensus *ACR.*]

7. *duplicis Vlixei. Duplicis* [aut propter errores] dictum aut quia fertur dolosus aut *cursus duplices* propter annos uiginti. Nam dum alii duces capta Troia post decem annos reuersi sunt, Vlixes solus post uiginti annos reuersus in patriam dicitur *ACR.*

nec cursus duplicis per mare Vlixei. Amphibolum. Nam et *duplicis Vlixei* potest accipi, quod significat callidi, potest et *duplicis cursus* per accusatiuum pluralem accipi, id est, itus ac reditus *POR.*

8. *Pelopis domum.* Atreum et Thyesten, a quibus dis epulae humanae carnis appositae sunt; unde et Thyesten tragoediam Varius scripsit quem et Vergilius laudat:[2*]

Nam neque adhuc Vario uideor nec dicere Cinna
Digna. *ACR.*

nec saeuam Pelopis domum. Notae historiae sunt de Tantali genere ex quo Pelops ortus, deinde Atreus et Thy-

3 dicere *alterum add. ex cod.* 5 rumpantur *cod. Med.* 7 Vlixei *cod.* Vlyssei *Med. Fabr. item infra ad uers.* 7. 12 stomachum *e. q. s. om. cod. Med.* 13 *hoc schol. ne suo loco quidem positum recte omittunt cod. et Med.* 14 nec c. d. *sic in lemmate cod.* duplices *cod. Verba inclusa genuina esse non possunt; pro* certe *scripsi* cursus; *sed ne sic quidem omnia bene se habere scio; fort. audacius sic restituendum:* Duplicis ἀμφιβόλως dictum aut Vlixis quia f. dol. aut curs. dupl. propter errores annorum uiginti. 17 ad patriam reuersus *cod.* reuersus ad patriam *Med.* 19 Vlyxei *cod. Pal. et paulo post* Vlyxi *cod.* Vlyssei *Fabr. Med.*

1* *Verg. Aen. XII 527* 2* *Bucol. VIIII 35*

estes, deinde Orestes, de quorum sceleribus tragoedias compositas uidemus quarum stilus non nisi sublimitate ornatur; cui se negat hic poeta sufficere *POR.*

9. *conamur.* Extenuat uires suas ac si diceret nos tenues non audemus grandia *ACR.*

10. *imbellis.* Quod nesciat res bellicas et altas describere uel tristes *ACR.*

12 *culpa deterere ingeni.* Belle *culpa ingenii;* humanum uitium autem non aliud quam humilitatem uult intellegi. *Deterere* autem minuere significat ex consequenti, quia quae deteruntur minuuntur *POR.*

13. *adamantina.* Lorica. Allusit propter duritiam; nam bellum in quibusdam insuperabile est *ACR.*

quis Martem tunica tectum adamantina. Id est, quae perrumpi non possit; adamas enim lapis durissimus. Figurate autem negat se posse res bellicas scribere, uerum Varium potius qui sit homerico spiritu *POR.*

15. *nigrum.* Instantia certaminis, uirum fortem et pugnando squalentem. Hic fortiter pugnauit in bello troiano *ACR.*

16. *Tyliden.* Diomedem *ACR.*

17. *nos conuiuia.* Id est: tantum ex uoluptate scribimus. Ordo est: nos uacui cantamus conuiuia *ACR.*

proelia uirginum. Iuuenibus resistentium *ACR.*

nos proelia uirginum sectis in iuuenes unguibus. Non in iuuenes sectis unguibus sed acrium uirginum in iuuenes quamuis unguibus sectis *POR.*

18. *in iuuenes.* In os iuuenum *ACR.*

2 nidemus *cod.* scimus *Fabr. om. Med. Pat.* ornatur *cod. Pat.* fertur *Fabr.* —tur *Med.* (non nisi *uerba non crediderim genuina esse, fort.* sermonis *uel* insigni *uel simile quid in eis latet*) 4 nos tenues *om. cod.* 7 describere uel tristes *cod. Med.* uel tristes descr. *Fabr.* 8 humnm *cod.* 9 intellegi *cod.* 10 cominuere (co *litteris deletis*) significat *cod.* minuere signat *Fabr. Pat.* et ex *libri.* et *eieci* 11 minuuntur *cod.* com. *Fabr. Pat.* 15 po**ssit *cod.* adamans *cod.* 18 ulrum fortem *om. Fabr., add. cod. Med.* 19 hic *cod. Med.* Meriones *Fabr.* 24 in iuuenes *in lemmate addidi; hoc scholion om. Edd. recepi ex cod. sed* in *alt. loc. add.* 27 sectis in iuuenes. In os iuuenum ad repugn. acutis ung. et praep. *cod. et Med. melius fortasse.*

sectis unguibus. Ad repugnandum acutis et praeparatis *ACR.*

19. *uacui.* Amore uacui, id est, non amantes et securi *ACR.*

cantamus uacui. Utrum cum uacui sumus an ideo haec cantamus quia uacui sumus, id est, a negotiis liberi? quod magis uidetur sensisse eum cum subiciat *non praeter solitum leues,* id est, ex consuetudine leues *POR.*

siue quid urimur. Id est [seu forte] amamus; qui enim amat uritur; Vergilius: [1*]

Vritur infelix Dido

idem: [2*]

Ardet amans Dido traxitque per ossa furorem

Ostendit se omni tempore seu amantem seu non amantem id studii habere. Ordo est: seu non praeter solitum leues quid urimur; non enim praeter solitum leuis est [qui uritur] cum omni tempore sit inconstans *ACR.*

leues. Nihil constantiae habentes; quae est consuetudo amatoribus *ACR.*

CARMEN I 7.

[Metrum heroicum. Primus uersus hexameter est sequens uero tetrameter est qui et faliscus appellatur eo quod ex quattuor pedibus ultimis constat uersus heroici]. Munatium Plancum alloquitur consularem uirum Tibure oriundum, in cuius gratiam dicit, cum diuersis poetis studium sit diuersas insulas oppidaque certorum numinum gratia celebrare carminibus sibi Tibur esse laudandum cuius uoluptate capiatur et

3 uacui. Amore i. e. n. a. sed securi *Fabr.* et securi *cod. Med.* 8 quod *Fabr. Med.* seu forte *om. cod. Med.* 11 idem *et alterum locum Verg. om. Fabr.* idem: Ardet amans Dido *om. Med.* 13 seu forte amantes ostendit *cod. et Med.* 15 quid urimur *Med. Fabr.* quid uritur *cod.* uerba inclusa *om. cod. Med.* 21 Numantium *Med.* 22 tiburtem oriundo *cod. fort. pro* tiburtem origine 25 tiburtem esse laudandam *cod. in* tiburtem *fort. latet* tiburtem urbem

1* *Aen. IIII 68* 2* *Aen. IIII 101*

amoenitate; sed et Albuneae nymphae eiusdemque nemoris, uicini agri Tiburtis, de quo Vergilius: [1*]

lucosque sub alta
Consulit Albunea.

Tibur autem Tiburtus condidit a quo nomen ciuitati est; hic fuit filius Catilli filii Amphiarai ut: [2*]

Catillusque acerque Coras.

Sed hac ode Plancum hortatur ut curas uoluptatibus relaxet exemplo Teucri telamonii *ACR.*

Laudabunt alii claram Rhodon. Hac ode Munatium Plancum consularem alloquitur qua indicat se praecipue tiburtina regione delectari omnibusque eam sua sententia praeponendam affirmat. *POR.*

1. *claram Rhodon aut Mitylenen.* Maritimae Graeciae ciuitates sunt *ACR.*

claram Rhodon. Propterea *claram* quod soli sit opposita dicit, de qua et Lucilius sic ait: [3*]

Carpathium Rhodus in pelagus se inclinat a. *POR.*

2. *bimarisue Corinthi moenia.* Quia et Ionio et Aegaeo mari alluitur *ACR.*

bimarisue. Bimarem Corinthum appellat quod Isthmo opposita cenchreo et lecheo sinu alluitur *POR.*

3. *uel Baccho Thebas.* Ordo est: uel Thebas insignes Baccho uel Delphos insignes Apolline; sicut enim apud Thebas Dionysius sic Delphis Apollo colitur, a quibus et honorem patriae sortiuntur *ACR.*

1 et *add. cod.* eiusdemque *cod.* eiusdem *Fabr.* 2 agri Tiburtis *correxi.* ac Tiburis *libri; cfr. Seru. Verg. Aen. VII 83 qui:* sciendum sane, *inquit*, unum nomen esse fontis et siluae 5 Tiburnus *cod.* 7 Coras *cod.* Corax *Med. Fabr.* 10 munacinm *cod.* numantium *Med.* numatiuum *Pat.* 11 tiburtia *Pat.* 16 propterea quod clara *sic cod.* 18 Rhodus carpathium i. p. se incl. ap. *cod. item om.* se *Med. Pat.* captium Rh. i. p. incl. ap. *Fabr.* 21 lemma *addidi.* bimarem Cor.] bimarem appellat e. q. s. *Fabr. lemma om. cod. Med.* 22 cenchreo alecheo sinu alluitur *cod.* Ionio et Aegaeo sinu abluitur *Edd. De* cenchreo et lecheo *uide Forcell. lex. s. u. et Plin. IIII 4, 5* 24 sicut enim *cod.* sic enim *Med.* ut enim *Fabr.* 25 honorem et *cod.* honorem *Med.*

1* *Aen. VII 83* 2* *Verg. Aen. VII 672* 3* *Lucil. frag. ed. Gerlach p. 89:* 'Rhodus Carpathium i. p. s. i. a.'

4. *thessala Tempe.* Amoenitates Thessaliae. *Tempe* enim tribus casibus declinatur nominatiuo, accusatiuo et uocatiuo *ACR.*

5. *sunt quibus unum opus est.* Ac si diceret: quibus unum studium est laudibus dicendis operam dare, certis se et exinde gloriam quaerere laudando tantum Athenas, quas uocauit urbem Mineruae uelut proprium ciuitatis numen *ACR.*

6. *carmine perpetuo.* Aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis *ACR.*

7. *undique decerptam.* Ex omnibus collectam. Ordo est: praeponere fronti oliuam undique decerptam *ACR.*

9. *aptum dicit equis Argos.* Aptum equis Argos genere neutro obsolete dicit *ACR.*

aptum dicit equis. Homericum est. Sic enim de hoc ille:[1*]
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον *POR.*

ditesque Mycenas. Hoc est sicut Athenas in Mineruae honorem ita Argos et Mycenas laudari in honorem Iunonis *ACR.*

10. *nec tam patiens.* Quia in Agoneis (?) uerberibus immobiles caedebantur *ACR.*

Lacedaemon. Post matricidium Orestes cum fureret adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit sic: eum posse sanari si Dianae scythicae de Taurica simulacrum auferret. Profectus itaque est. Ibi soror eius sacerdos quae aduenas immolabat agnouit fratrem et pepercit illi interrogauitque cur uenisset; ille indicauit. Abstulerunt inde simulacrum, simul soror secuta est, delati sunt ad Italiam et collocauerunt in nemore Aricino simulacrum et consecrauerunt nemus. Post haec Italis immite numen uisum est et asperum miseruntque ad orientem simulacrum quod Lacedaemonii susceperunt, et

2 declinantur ñto ũto acto *cod.* 3 quibus *addidi* 4 certos et exinde *cod. Med.* certos se inde *Fabr.* 11 *scr. uidetur* proprii c. numinis 12 absol. *libri.* obsolete *correxi* 13 aptum dicit equis] Homerus appellat *Ἄργος ἱππόβοτον Fabr.* apt. dicit equis] homericum. Sic enim de hoc ille: *Ἄργος ἐς ἱπποβωτον Med.* aptum dicit equis. Homericum est. Sic enim de hoc ille. Me noc tam patiens Lacednemon. Hoc . . . propterea procet. *ἱπποβατον δεὶ μαστιωοιν (μεοιωοον Pat.)* uidetur dicere *(sic!) cod. et Pat. Ergo infra 38, 6 post:* me noc tam patiens Laced. *lacunam in Porph. signaui, quae eadem in Med. est* 23 et *om. cod.* 28 simulacra *cod.*

1* *Iliad. γ 75. 258 ο 30. Odyss. ο 239. 274*

ne aut crudelitatem aut sacrilegium faucrent statuerunt hi ut iuuenis aras ascenderet et superimponeret manus et tam diu loris caederetur ab alio iuuene quam diu sanguis de uibicibus in aram manaret et satis faceret numini. Inde ergo *patiens Lacedaemon.* *ACR.*

me nec tam patiens Lacedaemon. Hoc..... propterea.... *POR.*

nec tam Larissae. *Larissa* ciuitas Thessaliae a qua et Achilles larissaeus dictus est. Vergilius: [1*]

Quos neque Tydides nec larissaeus Achilles *ACR.*

percussit. Nimia delectatione animum feriit *ACR.*

12. *quam domus Albuneae.* Domus Albuneae delectabile nemus est consecratum Albuneae nymphae a qua et nomen accepit *ACR.*

quam domus Albuneae. Albuneam deam in regione Tiburtina fontis fuisse praesidem et Vergilius testis est qui in septimo sic ait: [2*]

lucosque sub alta
Consulit Albunea nemorum quae maxime sacro
Fonte manat *ACR.*

13. *et praeceps Anio.* Aut per deuexa cadens aut rapidus *ACR.*

Tiburni lucus. Silua iuxta ciuitatem eiusdem nominis *ACR.*

Tiburni lucus. *Tiburnus* conditor Tiburis est cuius fratres Catillus et Coras quorum Vergilius meminit: [1*]

Catillusque acerque Coras argiua iuuentus *POR.*

14. *mobilibus.* Discurrentibus *ACR.*

uda mobilibus pomaria riuis. Inrigua intellegi uult *POR.*

1 hi] hoc *cod. fort. rectius* 5 patiens *add. ex cod.* 6 *lemma etiam in Med. et Pat. est; de lacuna statuenda supra ad uers. 9 diximus* 12 *alterum* Domus Albuneae *addidi ex codice* 16 fuisse *addidi* 17 et Verg. t. e. q. sic̈ ait iñ septimo *cod.* Virg. t. q. in septimo ait *Med. Fabr.* 19 nemorumque maxima *omissis reliquis cod.* 23 tiburni *cod.* tiburtii *Med.* tiburti *Fabr.* 24 Tiburni l. Tiburnus *cod.* Tiburti l. Tiburtus *Med. Fabr. Pat.* 25 Cathillus *sed in loco Vergil. pr. m.* catillus *cod.* 26 Corax *Pat.* 28 mobilibusque *pr. m. cod.* in rigua *Pat.* irrig. *cod. Fabr. Med.*

1* *Aen. II 197* 2* *Aen. VII 83* 3* *Aen. VII 672*

15. *detergit nubila caelo.* Purum aërem facit; quem Graeci λευκόνοτον appellant, id est, serenum. Ordo est: ut saepe albus notus detergit nubila obscuro caelo *ACR.*

albus ut obscuro deterget nubila caelo saepe notus. Hanc oden quidam putant aliam esse sed eadem est. Nam et hic ad Plancum loquitur cuius in honorem et in superiore parte Tibur laudauit. Plancus enim inde fuit oriundus. *Album* autem *notum* dixit ut Graeci λευκὸν νότον quod serenum faciat *POR.*

19. *Plance.* Vocatiuus proprii nominis *ACR.*

molli mero. Aut leui aut suaui; nam uino in obliuionem ueniunt curae et tristia fugantur. Vergilius:[1*]

Adsit laetitiae Bacchus dator *ACR.*

seu te fulgentia. Ac si diceret: seu signis militaribus seu bellis miscearis. *Fulgentia* autem splendida, coruscantia *ACR.*

20. *seu densa tenebit.* Seu sis domi [seu militiae] *ACR.*

Salamina. Ciuitas Telamonis; hic filiis suis Teucro et Aiaci ad troianum bellum proficiscentibus legem posuit ut alter sine altero non rediret. Aiace itaque se perimente quod per dolum Vlixis in iudicio armorum uictus esset cum ipse corpus Achillis liberasset: Teucer memor imperii paterni patrem et patriam fugiens responso Apollinis cum sociis alibi condidit ciuitatem. Hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum et uino tristitiam mitigasse *ACR.*

22. *uda Lyaeo.* Madida uino *ACR.*

2 leuconotum *Med., cod. spatium uacuum exhibet* ut *add. ex cod.* 3 obscuro *cod. Med.* obscura *Fabr.* 4 detergit *Med. Pat. Fabr.* deterg& *cod. qui et ipse hoc lemmate nouum carmen incipit* 6 Plancum alloquitur *Edd.* (in cuius) honore et in sup. *Pat.* honore et in superiore *cod.* honore et super *Med.* honorem et sup. *Fabr.* 7 inde *cod.* Tibure *Fabr.* Tiburi *Med. Pat.* 8 λευκον νοτον *cod. Med. Pat.* λευκονοτον *Fabr.* 12 tristia *cod.* tristitiae *Med. Fabr.* Vergilius e. q. s. *om. cod. et Med.* 15 *pro altero* seu *fort. scrib.* id est fulgentia autem spl. corusc. *om. cod. Med.* 17 seu sis militiae seu domi *cod. Med.* seu sis domi seu militiae *Fabr.* 21 in *om. libri.* uictus sit *libri.* 22. 23 paterni pater et patriam *cod.* paterni et patriam *Fabr., ut nos Med.*

1* *Aen. I 734*

tamen uda Lyaeo tempora. Ὑπαλλαγή. Ipsum enim udum Lyaeum intellegi oportet, id est, uinum *POR.*

populea fertur. Bene non qualibet sed *populea* corona propter fortitudinem animi; nam haec arbos in tutela Herculis est *POR.*

25. 26. *o socii.* Ordo est: O socii et comites, ibimus quocumque feret nos fortuna melior parente; illa dabit patriam hic negauit *ACR.*

27. *auspice.* Fautore uel suasore. Apollinem dicit cuius responsa uel promissa sequebatur *ACR.*

28. *certus.* Non fallax, ueridicus *ACR.*

29. *ambiguam Salamina.* Duplicem, uel quod una in Cypro altera in thracia regione esse dicitur, uel quod una pulsus est alteram condidit. Vergilius similiter ambiguam duplicem posuit: [1*]

Agnouit prolem ambiguam geminosque p. *ACR.*

ambiguam Salamina. Nunc duplicem intellegamus, quoniam alteram Teucer in insula Cypro condidit patria a Telamone patre eiectus *POR.*

noua. Incognita peregrina *ACR.*

30. *peioraque passi.* Vergilius: [2*]

O passi grauiora *ACR.*

o fortes peioraque passi. Vt Vergilius:

O passi grauiora dabit deus *POR.*

31. 32. *nunc uino pellite curas cras ingens iterabimus aequor.* Quidam stulte ab itinere *iterabimus* uerbum fictum putant, sed nequaquam sic accipiendum cum simplicior elo-

2 udum Lyaeum i. o. l. e. uinum *cod.* udum Lyaeum i. o. i. e. uino *Med.* udum Lyaeo i. o. l. e. uino *Fabr.* 3 ferunt *cod.* quaml. s. populeam coronam *Med. Fabr.* qualibet s. populea corona *cod.* 4 arbos *cod. Med. Pat.* arbor *Fabr.* 5 est *addidi ex codice* 6 o comites *libri* 7 illa d. p. h. negauit *om. cod. Med.* (melior fort. par.] illa dedit patriam hic negauit *Fabr. ut sit nouum scholion*) 13 Thracia *cod. Med.* Thraciae *Fabr.* 18 quam alteram *Pat.* 20 noua. scilicet inc. peregr. *Med. Fabr.* noua. peregr. *cod.* 24 dabit deus *om. Fabr.* 26 *alterum* iterabimus *addidi*

1* *Aen. III 180* 2* *Aen. I 199*

cutio magis rationem habeat. Teucer enim mari uenerat, quia patria eiectus est errans *POR.*

32. *ingens iterabimus.* Vt iterent nauigationem socios hortatur *POR.*

iterabimus. Id est: iterum nauigabimus *ACR.*

CARMEN I 8.

[Metrum choriambicum quod constat ex choriambo et bacchio ita: L y d i a d i c, p e r o m n e s; secundus ex epitrito secundo et duobus choriambis et bacchio ita: t e d e o s o r o S y b a r i m, c u r p r o p e r e s, a m a n d o *ACR.*]

Lydia dic per omnes. In Lydiam dicit uulgaris formae mulierem et sibi aliquando dilectae, cur ita Sybarim diligat iuuenem ut eum ab omnibus officiis amore sui desistere fecerit intermissa etiam exercitatione campestri; qui sic apud eam lateat ut apud uirgines Laomedeas Achillem ferunt. Quod per *ζηλοτυπίαν* in riualem dicit. Ordo est: Lydia dic oro, hoc est, interrogo per omnes deos, cur properas amando perdere? *ACR.*

Lydia dic per omnes te deos oro. Haec Lydia amica uidetur fuisse Sybaris nomine adulescentis, cui imputat quod amore sui implicitum residem fecerit exercitationum campestrium *POR.*

2. 3. *amando perdere. Κατ' ἀντίφρασιν* declamat; *amando perdere,* amore perdere; unde est: u t u i d i u t p e r i i[1*] *ACR.*

apricum. Amoenum uoluptuosum *ACR.*

1 enim *addidi ex cod.* 2 quia a patria *Med. Fabr.* qui a patria *cod. fort.* qui a patre errans ingens iter. ut e. q. s. *libri ut ad unum idemque schol. pertinere uideantur* 8 te] hoc *cod.* 11 diligit *cod. Med.* 13 et sic *libri* 14 Laomedas A. fertur *cod.* Laomedis Achillem ferunt *Med.* 15 zelotypian *Fabr.* histeronproteron *cod. Med.* *ζηλοτυπότερος COM. CR.* 18 adol. nom. Sybaris *Fabr. ut nos cod. Med. Pat.* 20 residem *cod. Med.* ressidem *Pat.* desidem *Fabr.* 22 declarat *Fabr. om. uerb.* amando perdere; *ut nos cod. Med.* (non per *ἀντίφρασιν* sed uere; unde etc. *COM. CR.*)

1* *Verg. Bucol VIII 41*

4. *patiens pulueris.* Dum possit iam ferre militares labores *ACR.*

cur apricum oderit campum patiens. Cur oderit campum qui alioqui patiens pulueris atque solis sit aut fuerit *POR.*

6. 7. *temperat ora frenis.* Id est equos frenis domat. *Lupata* freni. Verg. [1*]

d u r i s p a r e r e l u p a t i s *ACR.*

gallica nec lupatis temperet ora frenis. Gallica ora pro gallicorum equorum ora; *lupata* autem frena sunt aspera de quibus et Vergilius sic ait:

e t d u r i s p a r e r e l u p a t i s *POR.*

8. *flauum.* Inundatione turbidum dixit, unde Vergilius: [3*]

e t m u l t a f l a u u s h a r e n a *ACR.*

Tiberim tangere. Natare, quod adulescentibus inter summa erat uirium exercitationis studia. Lucanus: [2*]

N e c f r a n g i t n a n d o u i o l e n t i u o r t i c i s a m n e m

[ad insigne hoc uirtutis rettulit] *ACR.*

cur timet flauum Tiberim tangere. Qui in campo martio exercebantur etiam natabant post exercitium quia et hoc uidetur necessarium militiae esse *POR.*

8. 9. *cur oliuum sanguine uiperino cautius uitat.* Dicit: cur non exercet palaestram, quam tractantes oleo ungebantur; magis uitat oleum quam sanguinem uiperinum, id est, uenenosum *ACR.*

10. 11. *lucida brachia.* Assiduo usu et pondere armorum *ACR.*

3 patiens p. atq. solis] sit aut fuerit *Fabr. et Med. nisi quod in hac lemma est:* cur. a. o. c. p. p. atque solis. *ut nos exhibet cod. sed post* cur. *addit* non *punctis tamen suppositis.* patiens cur. oderit campum *om. Pat.* 5 *totum hoc schol. om. cod. Med.* 7 temper& *cod. Pat.* temperat *Fabr.* 9 gallicorum ora equorum *Fabr. Med.* 12 flauum. Turbidum *om. rell. cod. Med.* 14 quondam adulescentibus *cod. fort. scr.* quod quondam 15 uirium *Suringar. hist. crit. schol. lat. III p. 108.* uirtutum *libri. Ceterum* Lucanus etc. *om. cod. Med. Certe uerba quae uncis inclusi pro additamento habeo* 19 *pro* etiam *Pat.* et 21 *hoc schol. om. cod.*

1* *Georg. III 208* 2* *Aen. VII 31* 3* *Lucan. VIII 374*

disco. [Discus genus ludi est certi ponderis; dicit discum] quo iuuenes in agone contendebant fortiorem iudicantes qui ultra designati spatii finem iecisset; ita et missilibus certabatur. Ordo est: Neque iam nobilis gestat liuida brachia armis saepe expedito disco trans finem saepe iaculo [trans finem] *ACR.*

saepe disco saepe trans finem iaculo nobilis expedito. Ex his bis accipiendum *trans finem nobilis expedito* ut sit: saepe disco trans finem expedito nobilis saepe iaculo; dicit autem eum gloriose et discum et iaculum misisse *POR.*

13. 14. *quid latet ut marinae filium dicunt Thetidis.* Σύλληψις, quia ex eo quod est *latet* latuisse accipiendum est *POR.*

14. *filium dicunt.* Latuisse subaudis. Achillem dicit a Thetide absconditum metu belli troiani *ACR.*

16. *in caedem et lycias p. cat.* Lycii populi fuerunt Troianis ferentes auxilium unde est: [1*]

Unam quae Lycios fidumque uehebat O. *ACR.*

proriperet. Raptim uel incaute traheret *ACR.*

lycias proriperet catervas. Manifeste hic *lycias* pro troianis posuit *POR.*

2 disc. gl. est qd. posiuaclum dicebant certi ponderis discum quo etc. *cod.* posinactum dicebant certi ponderis discum quo *COM CR.*; *similia habet Barth. Aduers. XXXV 2 cfr. Suringar l. l. p. 108; inde* Possinaclum *Faber in Thesauro et du Cange in Glossar. med. aeui; uerba Fabr. et Med. ne ipsa quidem sana sunt; optimum uisum est uncis ea includere; alii fort. restituere conabuntur* fortior iudicandus *cod.* fortior est indicandus *Med. Fabr.* 3 ita et *cod.* ita ut *Med.* cum *Fabr.* 5 saepe expedito iaculo trans finem i. e. ultra terminum *Fabr.* saepe iaculo tr. fin. *cod. Med.* 7 expedito] nobilis ac excipiendum tr. fin. disco exp. nob. saepe iaculo; *Fabr. et Med. haud melius.* expedito nobilis. Ex his accip. *cod.* Ex his bis accip. *correxi, poteram etiam* est bis accip. 12 *συνλημψες cod.* quod est latet *cod.* quod latet *Fabr. Med.* quid latet *Pat.* 19 iret *libri.* traheret *COM. CR.*

1* *Verg. Aen. I 113*

CARMEN I 9.

[Metrum duobus uersibus alcaicum quod constat ex penthemimere iambica et caesura et duobus dactylis ita: Vides ut alta stet niue candidum; tertius dimeter iambicus hypercatalectus i. e. ex duobus diiambis uel ex quattuor iambis et syllaba ita: siluae laborantes geluque Quartus pindaricus ex duobus dactylis et duobus trochaeis ita: flumina constiterint acuto. Inter pherecratium et pindaricum hoc interest: pherecratium constat ex spondeo, dactylo et spondeo, pindaricum ex duobus dactylis et duobus trochaeis *ACR.*

1. *uides ut alta stet niue candidum Soracte.* Thaliarchum ad laetiorem uitam hortatur ut lusibus adulescentiae, quamdiu aetas permittit, utatur. Notandum autem quod neutro genere *Soracte* dixerit cum uulgo Sorax dicatur. Est autem hic mons in Phaliscis. *Stet* autem *plenum sit* significat ut Ennius: [1*]

stant puluere campi

et Vergilius: [2*]

iam puluere caelum
Stare uides.

et in Bucolicis: [3*]

Stant et iuniperi et castaneae hirsutae *POR.*

1. *stet.* Id est cooperiatur ut: [4*]

stant lumina flamma

et: iam puluere caelum Stare uident *ACR.*

niue candidum. Candens niuibus *ACR.*

2. *Soracte.* Mons Apuliae in quo Apollo colebatur ut: [5*]

Summe deum sancti custos Soractis Apollo *ACR.*

5 caesura ita *Fabr.* similia ita *Med.* syllaba ita *cod.* 12 adulescentiae *cod.* 14 dicatur *cod.* dicitur *Edd.* 15 faliscis *cod.* stet *male pro lemmate posuit Fabr.* significat *cod.* signat *Med. Pat.* signa *(operarum errore pro* signat*) Fabr.* 23 flammae *cod. Med.*

1* *Annal. fragm. 592 et I. Vahlen.* 2* *Aen. XII 407* 3* *VII 53*
4* *Verg. Aen. VI 300* 5* *Verg. Aen. XI 785*

onus. Pondus niuium *ACR.*

3. *siluae laborantes.* Ponderis magnitudine *ACR.*

4. *flumina constiterint acuto.* Nimietate frigoris etiam flumina concreta a cursu suo stetisse dicit *ACR.*

flumina constiterint acuto. Vtrum ad sensum frigoris pertinet quod uelut uitrum pungat an quod frigus uelut uitrum acutum sit? *POR.*

5. *super foco.* Vt: [1*]

Multa super Priamo rogitans super Hectore multa

et alibi: [2*]

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt *ACR.*

super foco. Super focum uidetur dicere debuisse. Sed frequens est in hac figura Horatius ut: [3*]

Destrictus ensis cui super impia
Ceruice pendet *POR.*

large. Abundanter copiose pro foci magnitudine *ACR.*

benignius. Remissius solito *ACR.*

7. *deprome.* Hauri propina *ACR.*

quadrimum. Id est, quattuor annis inueteratum *ACR.*

8. *o Thaliarche.* Nomen eius ad quem loquitur *ACR.*

diota. Vinarium uas, [id est magarum] duas habens ansas *ACR.*

diota. Diotam amphoram dicit quod ansae eius uelut aures sint; ergo graeca appellatione hoc dicitur. *POR.*

9. *permitte diuis.* Omnes sollicitudines ordinationi numinum debere committi dicit *ACR.*

qui simul. Simul dixit in momento omnia tranquillantes *ACR.*

10. *strauere.* Placidum fecere. Vergilius: [4*]

1 *hoc schol. om. cod. Med.* 6 pungat *cod.* pungit *Edd.* 8 super de foco ut *cod.* 9 super H. multa *add. cod. Med.* 11 sedibus optatis *add. cod.* sedit *Med.* 13 est *add. cod.* 14 destrictos *cod.* cui impia super *sic cod.* 21 dyota *libri* magarum *cod. om. uerbis* duas h. a. *sed nec* magarum *nec* magganum *(apud COM. CR.) nec* migari *apud schol. Barthii (Cfr. Suringar l. l. III 108) habeo quo expediam; ne Diefenbachii quidem Glossarium aliquid eiusmodi praebet* 23 diota. diotum *cod. non per y scr.*

1* *Verg. Aen. I 750* 2* *Verg. Aen. VI 203* 3* *Carm. III 1, 17* 4* *Aen. VIII 89*

Sterneret aequor aquis remo ut luctamen a. *ACR.*

aequore feruido. Concitato mari propter uentos proeliantes *ACR.*

12. *n. u. a. agitantur.* Nec commouentur sedato flatu uentorum *ACR.*

14. *quem fors dierum.* Euentus dierum lucrare et memor mortis citae nec laetitiam nec amores omitte. Ordo est: quemcumque dierum dabit fors appone lucro et fuge quaerere quid sit cras futurum. *Fuge quaerere* in uituperationem mathesis dictum quae . . . . . . magis cruciat expectatione et inquisitione futurorum *ACR.*

quem fors dierum cumque dabit lucro appone. Ordo est: quemcumque dierum fors dabit lucro appone; per quae dicit unumquemque diem uitae nostrae nos de lucro computare debere eo quod mors quotidie possit accidere *POR.*

lucro appone. Patienter fer et habe pro lucro quemcumque dierum siue bonum siue malum fors dabit *ACR.*

nec dulcis amores sperne puer. Pro: dum puer es noli spernere *POR.*

16. *neque tu choreas.* Choreae a choro dictae quod iunctis manibus saltetur *ACR.*

17. *uirenti.* Tibi scilicet iuueni et adhuc uiridis aetatis homini *ACR.*

donec uirenti canities abest morosa. Id est, senectus difficilis; nam *morosi* dicuntur multorum morum inter se contrariorum *POR.*

morosa canities. Quod morosum tarda deliberatione faciat *ACR.*

18. *campus et areae.* Planus ad ludum locus, et *repetantur* ab inferioribus subaudis *ACR.*

6 fors *cod. utroque loco.* sors *Fabr. Med.* 10 *lacunam quam signaui Suringar. III 109 ex COM. CR. sic supplet:* quae quanto plus de futuris cogitamus tanto magis *fortasse recte.* quod magis cruciatur *cod.* quod magis cruciat *Med.* 11 inquisitione *correxi (sic et COM. CR.)* quaesitione *cod. Med.* 12 fors *utroque loco cod.* sors *Med. Fabr.* (cuique *pro* cumque *Pat. in lemmate*) 13 per quam *libri.* per quae *correxi (fort. accuratius* per quae indicat) 18 dulcis *cod. Pat.* 25 *fort. scr.* dicuntur uiri 27 mororum] totum *cod.*

19. *leuesque.* Voluptuosi *ACR.*

susurri. Confabulationes. Ordo est: nunc et gratus risus proditor puellae latentis ab intimo angulo repetatur a te *ACR.*

20. *composita.* Pro: constituta *POR.*

21. 22. *latentis.* Vergilius: 1*

Et fugit ad salices et se cupit ante uideri *ACR.*

proditor. Manifestator, ut Vergilius: 2*

tectusque recusat
Prodere uoce sua quemquam aut o. morti *ACR.*

gratus puellae. Puellam dicit sibi gratam quae saepe meretricio ritu manibus labitur amatoris; hanc autem dicit repetendam *ACR.*

nunc et latentis proditor intimo gratus puellae risus ab angulo. Grate dictum; sic enim puellae solent uerecundiam sexus cum libidine miscentes abscondere se sequentibus amatoribus et rursus ut inueniantur risu se prodere; tale est illud Vergilii: 3*

Et fugit ad salices et se cupit ante uideri *POR.*

23. *pignusque direptum lacertis.* *Pignus* est aut armilla de brachio aut annulus de digito datus causa ueniendi ad constitutum locum et subdole. Nam fingunt se retinere quod uelint sibi adimi ut habeant iustam causam ueniendi *ACR.*

direptum. Abstractum *ACR.*

24. *male pertinaci.* Male in tenendo perseuerante *ACR.*

male pertinaci. Belle *male pertinaci* quia fingunt se retinere eum uelint sibi adimi ut iustas habeant causas propter quas ueniant *POR.*

---

3 abs. te *Med. Fabr.* a te *cod.* 7 ut Verg. *cod.* Virg. *Fabr. Med.* 11 labitur *cod. Med.* ludit *Fabr.* 12 repetendam *cod.* impet. *Fabr. Med.* 14 grate dicunt *Fabr. Pat.* gratus dicit *Med.* grate dictum *cod.* 15 se *om. cod. Med.* 16 est *add. ex cod.* 23 *hoc schol. om. cod. Med.* 26 cum uelint *cod.* quod nolunt *Fabr.* uelut *Med. Pat.* propter *cod.* per *Med* ob *Fabr.*

1* *Bucol. III 65* 2* *Aen. II 126* 3* *Bucol. III 65*

CARMEN I 10.

[Metrum sapphicum hendecasyllabum *ACR.*]

1. ***Mercuri facunde nepos Atlantis.*** Mercurium laudat ab arte, ut idem ad Iulium Florum: [1*]

seu ciuica iura
Respondere paras et condis amabile carmen
Prima feres hederae uictricis praemia

et a genere ut Vergilius: [2*]

qui tanti talem genuere parentes *ACR.*

Mercuri facunde nepos Atlantis. Hymnus in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta. *Facundum* autem Mercurium dixit quia orationis inuentor est, nepotem Atlantis quia Maiae filius est; Maia autem una ex Atlantidibus *POR.*

2. *qui feros cultus.* Qui incompositos mores hominum tua eloquentia ab ipso exordio domuisti *ACR.*

3. *uoce.* Eloquio oratione *ACR.*

uoce formasti. Notum est Mercurium inuentorem existimari sermonis palaestrae lyrae et furtorum *POR.*

catus. Doctus *ACR.*

dec. more palaestrae. Exercitatione eloquentiae siue quia ab ipso dicitur inuentum exercitium huius certaminis. Hinc Vergilius: [3*]

Et crines flauos membra ac decora iuuentae *ACR.*

magni Iouis et deorum nuntium. Σχῆμα λέξεως. Hoc et Vergilius: [4*]

6 feres hercle uictricis praemia palmae *sic (!) cod. sat memorabilis scriptura* . f. hederae u. p. palmae *Med.* f. h. u. p. quod si *Horatii codices quod sciam omnes* 11. 12 est *utroque loco add. cod.* 15 eloquio, ratione *cod. Med.* composita eloquii ratione *Fabr.* 18 *hoc schol. om. cod. Med.* 19 exercitatione *om. cod. Initium schol. sine dubio corruptum est; fort. sic adiuuandum:* seu propter exercitationem eloquentiae *(Cic. Orat. 1, 21. 2, 5)* siue *e. q. s.* 23 *σχημολεξις rec. man. in marg. cod. σχημαλεξις Med. Pat.* hoc et *cod. Med. Pat.* ut et *Fabr.*

1* *Epistul. I 3, 23 sqq.* 2* *Aen. I 606* 3* *Aen. IIII 559* 4* *Aen. VIII 103*

Amphitryoniadae magno diuisque ferebant *POR.*

6. *nuntium.* Interpretem. Sic Verg. de eodem: [1*]

Nunc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso
Testor utrumque caput celeres mandata per aures
Detulit *ACR.*

lyrae parentem. Ipse enim dicitur lyrae inuentor ut Apollo caducei *ACR.*

7. *callidum.* Ingeniosum doctum *ACR.*

8. *iocoso furto.* Dulci, ut: [2*]

Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.

Iocosum autem furtum uocauit artem praestigiatorum, quam ipse inuenit. Praestigiator uero dicitur ab eo quod praestringit aciem oculorum; et mire moderatur dicendo *iocoso* ac si diceret: non illo quod ad auaritiam et fraudem spectat *ACR.*

iocoso furto. Bene *iocoso,* non enim illo quod ad auaritiae fraudem spectat. Deinde docet quid sit *iocoso furto POR.*

9. *te boues olim.* Sensus iste est: Abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis, et cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddidisses uolenti telum proferre pharetram praestigiatura ademisti. Ordo est: nisi reddidisses olim boues amotas per dolum Apollo uiduus pharetra dum terret puerum minaci uoce risit te *ACR.*

te boues olim nisi reddidisses p. d. amotas. Dum te puerum Apollo olim minaci uoce terret nisi boues reddidisses per dolum amotas, pharetra uiduus risit. Fabula haec autem ab Alcaeo facta et iterum Mercurius idcirco traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inuentor est, animos audientium fallit *POR.*

1 ferebant *libri.* ferebat *apud Verg.* ferebam *COM. CR.* 3 ab ipso *cod. Med.* ab alto *Fabr.; quae secuntur addidi ex Med., cui consentit cod. nisi quod* mandata *omisit* 15 ille qui dat auar. *cod. Med. Pat.* 16 furto aliter. Boues olim etc. *sic Edd. Sed melius cod.* aliter *omisso nouum schol. exhibet ut supra posuimus* 17 tu boues olim *cod.* 20 amotos *cod.*
23 *in Med. et Fabr. hoc schol. cum praecedenti sic cohaeret:* furto aliter. Boues olim nisi redd. am. per dolum te puerum Apollo, dum minaci uoce terret, pharetra uiduus risit. Fabula *etc.* 25 haec *add. ex cod. Med.* hac *Pat.* 26 iccirco *cod.* idcirco *Edd.* 27 audientium *cod.* ad audiendum *Med. Fabr.* audiendum *Pat.*

1* *Aen. IIII 356 sqq.* 2* *Verg. Georg. IIII 346*

11. 12. *uiduus pharetra risit Apollo.* Belle uiduus pharetra pro uiduatus pharetra, id est, priuatus *POR.*

13. *quin et Atridas.* Ordo est: quin et diues Priamus relicto Ilio te duce fefellit superbos Atridas [et Thessalos ignes et castra iniqua Troiae] *ACR.*

14. *diues Priamus.* Priamus duce Mercurio iuit ad Achillem relicto Ilio et petiuit corpus Hectoris filii sui; hinc Vergilius: [1*]

Exanimumque auro corpus uendebat A. *ACR.*

Ilio diues Priamus relicto. Diues Priamus opportuno ἐπιθέτῳ nunc dicitur quia tantum scilicet auri habuerit, quod filii corpus exemit. Mercurio autem duce ad Achillem uenit, quia custodibus somnum misit uel quod aurum sub tutela sit Mercurii *POR.*

thessalosque ignes. Cum ad Achillem uenit propter Hectoris corpus redimendum *POR.*

iniqua Troiae. Pro eo quod est inimica [Troiae] *POR.*

17. *tu pias laetis animas reponis.* Vergilius: [2*]

Tum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentis, alias sub tartara tristia mittit.

Virgam autem dicit caduceum quod primo Apollo habuit et donauit Mercurio lyra sibi tradita. Huius autem uirgae haec ratio est: Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum unde uirga bellantes diuidit, id est, bellum; nam bellantes interpretum oratione sedantur, unde secundum Liuium [3*] legati pacis *caduceatores* dicuntur (et inde Graece Ἑρμῆς dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμενείας) sicut contra per *feciales* bella sumebantur *ACR.*

1 faretra *cod. etiam supra* 5 *uerba uncis inclusa om. cod. et Med.* 10. 11 opportune *Edd.* opportune *ἐπίθετον cod.* quod t. *Med. Fabr.* quia t. *cod. Pat.* quod filii corpus redemit *Med. Pat.* quo redimeret filii corpus *Fabr. ut nos cod.* 12 duce dicitur ad Ach. uenisse *Med. Fabr.* duce dicitur ad Ach. uenit *cod.* dicitur *ex dittograph. natum puto* 15 Achillen *cod. hic et supra* 17 Troiae *in lemmate om. Fabr. in fine addit. ut nos cod. Med. Pat.* Troiae *in fine omisso* 20 pallentis *cod.* tristia tartara *cod.* 27 a potes hermenias *cod. Med. Ceterum conferas Seru. Verg. Aen. VIII*

1* *Aen. I 484* 2* *Aen. IIII 241 sq.* 3* *XXVI 17. XXXII 32. XL 46 et alibi*

17. 18. *laetis sedibus.* Elysiis campis contra leuem turbam scilicet *POR.*

leuem. Vanam peccatricem *ACR.*

18. 19. *aurea uirga.* Id est caduceo *POR.*

CARMEN I 11.

[Metrum choriambicum hendecasyllabum quod constat ex spondeo, tribus choriambis et pyrrichio siue iambo, ita: Tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi. Siue aliter: Metrum est phalecium quod scanditur ita: Tu ne quaesicris. catalecton, scire nefas. catalecton, quem mihi quem catalecton, tibi *ACR.*]

Tu ne quaesieris. Leuconoen alloquitur quae sollicita de uita sua mathematicos consulebat. Suadet autem [ut] omissa cura futurorum unumquemque diem de lucro computans laeta [uitam] exigat *POR.*

1. [*nefas.* malum *ACR.*]

2. *Leuconoe.* Vocatiuus est *ACR.*

3. *babylonios temptaris numeros.* Babylonii ... ut qui conantur comprehendere finem uitae suae numeris *ACR.*

babylonios numeros. Mathematicam intellege. Babylonii enim astrologiam inuenisse traduntur per quam genesis colligitur *POR.*

138 et in primis IIII 242 ubi de huius uirgae ratione copiosius exponitur ita quidem ut plura ad uerbum cum hoc Acronis schol. concordent. 1 laet. sed. Elysiis campis *Med. Pat. inter Porph. scholia habet, Fabricius inter Acronis. In Acronis cod. deest, in Porphyr. autem sic:* laetis sedibus. Elys. camp. contra leuem umbram turbam scilicet. *Fort. lacuna statuenda est* 12 *uerba inclusa* ut *et* uitam *om. cod. Med. Pat.* 15 *hoc schol. et quod sequitur om. cod. Med. merito ut uidetur* 17 *ante* ut qui *excidisse aliquid uidetur siue* Chaldaeorum *siue* Mathematicorum; *COM. CR. addit* Mathematicos. *De re conferas Cic. diu. II 46* 19 mathematicos intellige *Edd.* mathematicam intellege *cod.*

3. *ut melius pati.* Subintellege *possis ACR.*

ut melius quidquid erit pati. Hinc uidetur alter sensus incipere, ut sic claudatur: ut possis melius pati quidquid erit. Ergo subaudiendum hic uerbum extrinsecus quod est *possis POR.*

4. *seu plures hiemes.* *Συνεκδοχικῶς* a parte totum. Hiems enim pro anno intellegitur et est sensus: licet cognoueris quae res commoueat mare necesse est ut bibendo reseces curam *ACR.*

quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare tyrrhenum. Suauiter dictum quia inlisi fluctus in saxa debiles redduntur, hoc est, uires amittunt *POR.*

[5. *debilitat.* Commouet *ACR.*]

6. *sapias.* Deest *si ACR.*

liques. Consumas, potando proferas *ACR.*

sapias uina liques. *Sapias* pro *si sapias* ueterum consuetudine dictum *POR.*

spatio breui. Propter breue spatium *ACR.*

6. 7. *et spatio breui spem longam reseces.* Grate. Id est: cum spatium uitae breue sit noli in longum spes tuas porrigere *POR.*

8. *carpe diem.* Fruere praesenti die nihil credens postero *ACR.*

quam minimum. Paene nihil significat *ACR.*

carpe diem quam minimum credula postero. *Μεταφορικῶς.* Primo quoque, inquit, die fruere. Translatio autem a pomis sumpta est quae scilicet ideo carpimus ut fruamur *POR.*

---

1 *hoc schol. om. cod. et Med. Et fortasse nihil aliud est nisi mutilatum Porph. scholion* 2 quicquid *utroque loco libri* hinc *cod.* nunc *Med. Fabr. Ceterum adnot. huic schol. praecedere in cod. id quod sequitur:* Et spatio breui e. q. s. *Item in Med. Pat.* 6 tempus *libri.* hiems *correxi ex cuius altera forma* hiemps *facile factum est* tempus 10 inlisi *cod. Hoc schol. cum seq.:* Sapias *in libr. sedem mutauit* 12 *hoc schol. om. cod. Med. Et sane ex eo quod praecedit originem traxisse uidetur* 14 proferes *libri*
15 liques uina *cod. Med., om. Fabr. Eandem interpretationem habet Priscianus p. 623 P. II 144 Kr. fortasse hoc schol. respiciens* 17 breui s. pp. breue spatium *sic cod. Med. Ex illa* s *littera Fabricius male* scilicet *fecit*
18 Grate. Id est *add. ex cod. et Med.* 24 metaforicos *cod.* metaphorice *Fabr. Med.*

CARMEN I 12.

[Metrum sapphicum hendecasyllabum]. In hac ode uelut propositio est cuiusdam incerti carminis. Nam dubitat quid primum uel quid potissimum dicat utrum deorum caelestium laudes an romanorum et fortium ducum; omnes tamen laudat cum se fingit ancipitem per oratoriam παράληψιν. Verum maiori intentione in Augusti laudes contendit quem secundum a Ioue uult esse in terris *ACR.*

1. *Quem uirum aut heroa lyra uel acri tibia sumis celebrare Clio.* Hoc a Pindaro sumpsit. Continet autem haec ode laudes deorum ac principum Romanorum *POR.*

quem uirum. De uiuis *ACR.*

aut heroa. De mortuis iam semideis [et est graecus accusatiuus]. Ordo est: Clio, quem uirum aut quem heroa sumis celebrare tibia aut acri lyra, id est, graue sonanti *ACR.*

3. *quem deum cuius rec. ioc.* Ordo est: Quem deum sumis celebrare, cuius iocosa imago recinet nomen aut in umbrosis oris Heliconis aut super Pindo aut in gelido Haemo unde siluae temere sunt insecutae uocalem Orphea morantem rapidos lapsus fluminum materna arte et celeres uentos et blandum ducere auritas quercus canoris fidibus. *Iocosa* autem *imago* bene dixit quae uoces nostras imitari uideatur *ACR.*

4—6. *iocosa nomen imago.* Echo, quia uelut ludens respondet. *Imago* autem dicitur quasi imitago. Helicon autem mons est Boeotiae musis sacer, Pindus Thessaliae. Lucanus: [1*]

5 paralimpsim *cod.* paralipsim *Med.* 8 heroam *cod.* 9 hoc *cod.* haec *Edd.* 11 de uiuis iam semideis *Med.* 12 iam semideis *om. cod. Med. item uerba inclusa* 17 retinet *cod.* recinit *Med. Fabr.* 19 secutae *libri* 21 autem *om. Fabr. et* iocosa imago *in nouo lemmate ponit;* autem *add. cod. Med.* imago. Id est echo *Fabr.* id est echo *om. cod. Med.* 23 echo *correxi. (habet et COM. CR.)* et hoc *libri* 24 autem *add. ex cod. item paulo post* est 25 Pindus Thess. *om. Pat.*

1* *Lucan. VII 482:* 'Pindus agit fremitus'

Pindus agens gemitus *POR.*

5. *Heliconis oris.* In Parnaso monte musis consecrato *ACR.*

5. *aut super Pindo.* Monte Thraciae ubi quondam Orpheus cecinerat *ACR.*

gelidoue in Haemo. Monte Thessaliae *ACR.*

7. *unde uocalem.* Vocales omnes dicuntur summae uocis *ACR.*

unde uocalem temere insecutae Orphea siluae. Quid est *temere*, utrum inordinate et passim atque confuse an uero sine cunctatione et facile? *POR.*

9. *arte materna.* Musica scilicet; nam filius Calliopes dicitur *ACR.*

arte materna. Id est, musica; Orpheus enim Calliopae musae filius *POR.*

11. *blandum et auritas fidibus canoris ducere quercus. Blandum ducere* sua figura dixit ut: [1*]

callidum quidquid placuit iocoso
condere furto *POR.*

auritas. Sensum audiendi habentes *ACR.*

auritas quercus. Audenter dictum, relatum tamen ad id quod cantu mulcerentur *POR.*

ducere. Ad se ducere, oblectare *ACR.*

13. *quid prius dicam.* Illum scilicet qui temperat res hominum ac deorum. *Solitis* autem quas ego soleo dicere laudes uel quas omnes *ACR.*

quid prius dicam solitis parentum laudibus. Solitis laudibus, utrum mihi solitis an uulgo? *POR.*

2 *hoc schol. et quae secuntur duo om. cod. et Med. Cfr. Seru. Verg. Aen. X 163* 9 te moerere *Pat.* 10 couctatione *Pat.* 19 *idem schol. citat quamquam non nominato auctore Acrone Seru. Verg. Georg. I 308* 20 tamen *cod.* autem *Edd.* 21 mulcetur *Fabr.* mulcentur *Med.* mulceretur *cod.* mulceut *Raph.* 23 *De nostra interpunctione in lemmate cfr. COM. CR. qui haec habet:* quid prius? interrogatio; *deinde* dicam solitis. supple, cum. responsio. *Iuuat hic relegare lectorem ad I. Bernaysii litterulas ad Fr. Ritschelium in Mus. Rhen. nouo XI, 4 p. 628. similem loci interpretationem proponentis* 24 solitis autem *correxi.* aut *omisso* solitis *uerbo libri* 26 *hoc schol. cum eo quod sequitur ad uers. 17 male locum mutauit in libris*

1* *Carm. I 10, 17*

16. *temperat.* Distinguit uel diuidit uel regit *ACR.*

horis. Partibus quibus uelut temperatur annus: per uer aestatem auctumnum et hiemem; traxit enim *temperat* a lyra. *ACR.*

17. *unde.* Ex illo qui cuncta temperat uel a quo, ut Vergilius: [2*]

V n d e g e n u s d u c i s

et: [3*]

g e n u s u n d e L a t i n u m *ACR.*

unde nil maius generatur ipso. *Vnde* aut ad Iouem aut ad mundum refertur; *unde* autem ita positum ut:

g e n u s u n d e L a t i n u m

pro: ex quo *POR.*

nec uiget quicquam simile. Quasi diceret: Iouem super omnia sine comparatione *ACR.*

aut secundum. Secundum aruspicum dicta uel disputationes qui Iouem primam secundam et tertiam partem caeli solum uolunt in fulminibus tenere *ACR.*

19. *proximos illi tamen occupauit.* Proximam Iouis honori Mineruam dicit, hoc est, uirtutem et sapientiam deo uicinam; unde nulla quaestio est cur supra dixerit nil Ioui simile aut secundum, et in sequenti Mineruam posuerit *ACR.*

19. *proeliis audax.* Nimia enim uini potatio litem generat et audaciam *ACR.*

neque te silebo. Transitio rhetorica *ACR.*

neque te silebo Liber. Attende quod promittat se dicturum de his non tamen dicat *POR.*

2 a *pro* partibus *cod.* uernum *cod.* 10 nihil *cod.* autem ad I. *Fabr.* aut ad I. *cod. Med.* 11 autem *cod. in marg. add.* 13 a quo *Fabr.* ex quo *cod. Med.* 14 diceret *cod.* dicat *Fabr.* d. *Med.* 16 disputationem *cod.* 23 potatio uini *Fabr.* u. p. *cod. Med.* 25 transitio rhetorica *ex COM. CR. scribere malui, quam librorum scripturam* (quasi in superioribus *Fabr.* a superioribus *cod. Med.*) *ineptam retinere; poteris tamen et lacunam statuere sic fortasse supplendam:* transit ῥητορικῶς a superioribus. 26 promittat *et* dicat *scr. ex cod.* promittit *et* dicit *Fabr. Med.* promittit *et* dicat *Pal.*

1* *Aen. V 801* 2* *Aen. I 6*

22. *inimica uirgo beluis.* Dianam studiosam uenandi dicit *ACR.*

23. *nec te metuende certa Phoebe sagitta.* Apollinem dicit sagitta metuendum propter Amphionem qui cum filiis peremptus est. Nam Apollini et Dianae certae et inuitabiles ad feriendum sunt sagittae, utpote numini, sicut est: [1*]

nec dextrae erranti deus abfuit *ACR.*

25. *Alciden.* Herculem *ACR.*

puerosque Ledae. Castorem et Pollucem Ledae filios. Domitorem equorum Castorem dixit ut est: [2*]

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus

Pollucem uero pugnis non bellis ualentem ab eo quod pugil fuerit; ergo *pugnos* dixit ut Terentius: [3*]

pugnos in uentrem ingere *ACR.*

puerosque Ledae. Graeca consuetudine pueros pro filiis; Castorem et Pollucem significat *POR.*

26. *hunc equis.* Id est equestri proelio *ACR.*

illum pugnis. Cestuum pugna uel pedestri proelio *ACR.*

27. *alba.* Serena; signum geminorum enim frequentius dum oritur tempestates facit; sed hic prosperam posuit *ACR.*

alba nautis stella. Nunc candida et benigna, ut e contrario illud dicitur: [4*]

nigro cum lacte uenenum *POR.*

1 belluis *libri; ceterum hoc schol. cum eo quod praecedit in cod. et Med. sedem mutauit.* 4 propter Amph. *om. cod.* propter Nioben, quae c. f. perempta est *COM. CR. quocum congruit eiusdem Acronis schol. ad Carm. IIII 6, 1* 6 ad ferendum *cod. Fabr.* ad feriendum *Med.* numinis *libri; sed s littera in fine per dittographiam male ex seq. uoce* sicut *orta est; rectius etiam* numinum 8 *hoc schol. om. cod. Med.* 10 amatorem *libri.* domitorem *correxi; cfr. Seru. Verg. Aen. III 89. Idem schol. habet Auctarium COM. CR. (ed. 1611). in quo quae insunt 'pleraque in mscr. probae et sincerae uetustatis sub nomine Porphyr. legebantur' Cfr. ad Carm. I 22, 10* 14 ut Terentius e. q. s. *om. cod.* 18 *hoc schol. om. cod. Med.* 20 geminorum i. e. nam *libri.* gem. enim *corr.* 21 *fort. scrib. est* dum una oritur *Cfr. Sen. Q. N. I 1 et Plin. II 37, 37* 24 nigro c. l. uenenum *libri. Cfr. Verg. Aen. IIII 514, ubi est:* nigri cum lacte ueneni

1* *Verg. Aen. VII 498* 2* *Verg. Georg. III 89* 3* *Phorm. V 8, 95 (988) et Fleck.* 4* *Verg. Aen. IIII 514*

29. *defluit saxis agitatus humor.* Laus stellae a tempore; nam uerno tempore nascitur quo et niues resoluuntur. Vergilius: [1*]

V e r e n o u o g e l i d u s c a n i s c u m m o n t i b u s h u m o r
L i q u i t u r *ACR.*

defluit saxis agitatus humor. Saxis, litoris scilicet, quae inundantur scilicet fluctibus se in ea inlidentibus *POR.*

29. *agitatus.* Resolutus *ACR.*

30. *concidunt uenti.* Cessant, ut est: [2*]

e t h i b e r n i s p a r c e b a n t f l a t i b u s E u r i *ACR.*

fugiuntque nubes. Fugantur. Vergilius: [3*]

c o l l e c t a s q u e f u g a t n u b e s *ACR.*

31. *uoluere.* Dei uel pueri Ledae *ACR.*

et minax quod sic uoluere ponto. Q u o d uoluere pro q u o m uoluere *POR.*

32. *recumbit.* Sternitur quae uento tumuerat *ACR.*

recumbit. Pro eo quod quieta est et silet dictum est *ACR.*

33. *Romulum post hos.* Ordo est: Dubito an prius memorem post hos Romulum an quietum regnum Pompilii an superbos fasces Tarquinii an nobile letum Catonis. Ad haec autem romanos duces et nobiles praetereundo commemorat ut Augustum cunctis praeferat. Nam Romulus urbis Romae conditor est, Numa Pompilius a Curibus sabinis ad regnum euocatus est sacrorum inuentor. Tarquinius quoque ex uirtute magnus; sed hic Priscum posuit non Superbum, nam *fasces superbos,* h. e., nobiles dixit. Cato dum mortuo Pompeio apud Vticam obsideretur amore libertatis manu sua se peremit, unde et Vticensis uocatus est. Regulus autem cum

1 *Idem schol. habet Auctarium COM. CR.; hic igitur Acronianum non Porphyr.; cfr. ad uers. 25* 7 iuundantur *cod.* fundat. *Edd.* inlidentibus *cod.* ill. *Edd.* 9 cessant *scripsi ex COM. CR.* fugantur *libri; in seq. demum schol.* fugantur *recte se habet* 11 Verg. *e. q. s. om. cod. Med.* 14 poutum *cod.* 15 pro cum uoluere *omissis* quod uoluere *uerbis Fabr.* quod si uoluere pro cum u. *Med.* q. sic u. pro conuoluere *cod. Cfr. nostram Horati editionem* 16 quod *libri.* quae (*sc.* unda) *rectius COM. CR.* 17 recumbit autem pro etc. *cod.* rec. p. e q. quieta fit dictum *Fabr. Med.* 21 haec *scripsi cum COM. CR.* hoc *libri* 26 h. e. *om. cod.*

1* *Georg. I 43* 2* *Verg. Georg. III 339* 3* *Aen. I 143*

Afros uicisset ab eisdem cum paucis captus est; quem cum Carthaginienses Romam pro commutatione captiuorum misissent, adquiescentes Romanos suo consilio reuocauit. Hunc Poeni dum sacramenti memor reuertisset sectis palpebris uigiliis necauerunt. Paulus et Terentius Varro coss. aduersum Hannibalem missi sunt. Hi apud Cannas Apuliae uicum cum grandi exercitus romani clade superati sunt. Paulus postquam tantam uiti o collegae suorum uidit stragem se perimendum hostibus dedit. Fabricius quoque magnis praemiis a rege Pyrrho temptatus, dum nimis pauper censu esset, corrumpi non potuit; de quo Lucanus: [1*]

Quo te Fabricius regi non uendidit auro.

Curius paupertate clarus de agro ad consulatum euocatus est atque numquam totondit caesariem propter iniuriam praeturae. Camillus de exilio reuersus uictores Gallos urbe pepulit et ad internecionem cecidit uictorque sua sponte in exilium rediit *ACR.*

34. *Pompili regnum.* Magna enim pax fuit eius temporibus *ACR.*

[*fasces.* Honores *ACR.*]

an superbos Tarquini fasces dubito. Ineptum est, si quia *superbos* fasces dixit, Tarquini superbi intellegamus. Tarquinius enim Superbus dignus non est, cui laudes inter deos et hos quos nominat principes dicantur. *Superbos* ergo magnificos intellegamus, ut Traquini Prisci fasces dicat non Tarquini Superbi *POR.*

35. *an Catonis nobile letum.* Eius qui se Vticae interemit *POR.*

2 adquiesc. *cod.* (petitioni hostium *quod addit COM. CR. non opus est*) 5 cum *addidi; facile post* uicum *excidere potuit* 9 temptatus *cod.* non tentatus 12 uendidit *cod. Med. Fabr.* regno quo uendidit *COM. CR., neutrum recte sed in* regno *quod libri habent latet* regi non 14 atque *correxi.* et qui *libri* 20 *hoc schol. om. cod. et Med.* 21 dubium est siquidem s. f. d. an (an *om. Med.*) T. s. int. *Fabr. Med.* dubito. Ineptum est, si quia s. f. d. T. S. intellegamus *cod. perbene.* (intellegamus *cod. utroq. loco*) 24 et hos quos princ. nominabat *Fabr. Med.* 26 Tarquinii (*duobus prioribus locis* Tarquini) *hoc loco add. ex cod.*

1* *Lucan. III 160*

37. *Regulum.* Referam, inquit, insigni camena Regulum *ACR.*

Scauros. Nobiles Romanos qui et censores et consules fuerunt *ACR.*

38. *prodigum.* Contemptorem uitae *ACR.*

animaeque magnae pr. P. Aemilium Paulum dicit qui proelio uictus ab Hannibale apud Cannas Apuliae uicum maluit perire quam exemplo collegae Varronis fugere; ergo, *prodigum* contemptorem uitae intellegendum: *Prodigi* enim dicuntur proprie qui bona sua a se disperdunt, quasi porro ea ab se agentes *POR.*

39. *gratus.* Aut delectabilis aut libens aut gratiam meritis debens *ACR.*

40. *Fabricium.* Luscinum scilicet *POR.*

41. *hunc.* Ordo est: Hunc et Curium incomptis capillis et Camillum utilem bello tulit saeua paupertas et auitus fundus cum apto lare, id est, conueniens fundus et domus eius tenuitati *ACR.*

incomptis. Impexis *ACR.*

42. *utilem bello.* Vt Lucanus: [1*]

fecunda uirorum
Paupertas *ACR.*

43. *saeua.* Magna, ut: [2*]

Saeuus ubi Acacidae telo iacet Hector *ACR.*

7 uicum uitio collegae Varronis maluit perire quam ex eo fugere *Fabr. Med. quanto melius cod. cuius scripturam reposuimus, cui consentit Auctarium COM. CR. nisi quod sic incipit:* Contemptorem uitae Ae. P. dicit *et deinde* ergo — intell. *om.* 9 uitae *(quod om. Fabr. Med.)* intellegendum *cod.* 14 Luscinium *cod.* Licinium *Med. Ascribere iuuat duo schol. Auctarii COM. CR.:* Hic Fabricius adprime pauper, a uirtute et fide nobilis fuit. Hic Pyrrhum regem Epirotarum bello superauit. Nec uoluit mille pondera accipere ut e proelio abcederet. Quin etiam medico Pyrrhi poscenti praemium ut ueneno eum extingueret non consensit. — *Deinde ad uers. 42:* et Camillum. Hic Gallos Senones uastatae urbis spolia referentes apud Allium fluuium ex maxima parte interemit et capta signa Romanorum cum triumpho reduxit. 18 eius *om. cod. Med.* 23 ut *add. cod.*

1* *Lucan. I 165* 2* *Verg. Aen. I 99*

43. 44. *apto cum lare fundus.* Apto lare et conueniente gratus fundus intellegendus *POR.*

55. *crescit occulto uelut arbor aeuo.* Incrementa [enim] arborum nisi postea quam increuerint non uidentur *ACR.*

46. *fama Marcelli.* *Marcellum* Octauiae dicit filium sororis Augusti, qui puer mortuus est; de quo Vergilius:[3*]

si qua fata aspera rumpas
Tu Marcellus eris;

aut illum Marcellum commemorat, qui primus Hannibalem apud Nolanam ciuitatem in fugam compulit et ab eo postea occisus est *ACR.*

fama Marcelli. Dicit Claudium Marcellum Octauiae Augusti sororis filium, cuius interitum Vergilius in VI. libro deflet; *occultum* autem *aeuum* occulte procedens *POR.*

47. *Iulium sidus.* Vt Vergilius:[4*]

Ecce dionaei processit Caesaris astrum *ACR.*

iulium sidus. Cai Caesaris stellam dicit *POR.*

uelut inter ignes. Pulchra comparatio *ACR.*

49. *gentis humanae pater atque princeps.* Apostrophe ad Iouem. Est autem periphrasis *ACR.*

gentis hum. pater atque princeps. Quasi occultus sensus; hoc autem dicit: ita regnes ut neminem secundum abs te uelis esse quam Caesarem *POR.*

51. *fatis.* Per fata *ACR.*

tu secundo Caesare regnes. Id est: sit secundus a te, scilicet ut tu in caelo ille in terris regnet *ACR.*

51. *ille seu Parthos Latio imminentes.* Parthi in Latium

1 fundûs *cod.* et apto l. e. conu. *Fabr. Med.* apto lare lare et conu. *cod.* 2 intellegendus *cod.* 3 enim *om. cod. Med.* 4 arboris — creuerit *cod.* arboris — creuerint *Med.* increuerint *COM. CR.* creuerint *libri; postrema littera quam uocis in absorbuisse uidetur* 10 Nolam *Fabr. Med.* Troianam *cod.* Nolanam *recte COM. CR.* eo *cod. Med.* eodem *Fabr.* 12 dicit *om. cod. Med.* 13 Augustae *cod.* (Octauii *Med.*) 14 *ab* occultum *Fabr. male nouum schol. incipit* 15 *hoc schol. om. cod.* 17 Cai *cod.* C. *Fabr. Med.* 22 ita regnes *cod. unice recte.* magis *(sic!) Fabr. Med.* 24 fato *in lemmate Fabr.*

1* *Aen. VI 883* 2* *Bucol. VIIII 47*

nec uenerunt nec temptauerunt uenire sed quia dilatatum est imperium romanum, Latium uocauit quidquid sub ditione latina erat, ut Verg.: [1*]

i n b e l l e m a u e r t i s r o m a n i s a r c i b u s I n d u m

id est, a ditione romana *ACR.*

ille seu Parthos Latio. Grata conceptione loquitur. Nam dum rationem inducit pro incolumitate atque imperio Augusti, mire illi honorem indulget dicens: siue Parthos domuerit siue Seras atque Indos, nihilo minus tibi Olympi regnum et tonitruare atque fulminare permittet *POR.*

54. *egerit.* Subegerit *ACR.*

domitos. Subiugatos *ACR.*

56. *Seras et Indos.* Subaudi a superioribus: regnes secundus a Caesare *ACR.*

57. *aequus.* Iustus. Ordo est: Ille aequus minor te reget laetum orbem, tu quaties Olympum graui curru, tu mittes inimica fulmina parum castis lucis *ACR.*

58. [*quaties.* Honore numinum frueris *ACR.*]

tu graui curru quaties Olympum. Hoc secundum uulgarem opinionem dicitur *POR.*

59. *parum castis.* Pollutis; secundum pontificum et aruspicum documenta, qui dicunt numquam fieri fulmina nisi in lucis pollutione aliqua alienis *ACR.*

---

1 temptauerunt *cod. Med.* 2 3 quia sub dit. latuerat *libri.* quidquid s. d. latina erat *correxi; poteram etiam* lata erat *scr.* ut Verg. e. q. s. *om. cod.* 7 *uide num scribendum sit sic:* Nam dum orationem ad Iouem inducit (*s.* conuertit) pro *e. q. s.; rationem certe non habeo qui expediam* 9 Seras *cod. Med.* Seres *Fabr.* 13 subaudis *cod.* 15 te minor l. r. aeq. orbem] Ordo est: Ille aequus, i. e., iustus minor *Fabr. ut nos cod. (sed om.* iustus *uerbo) et Med.* 16 laetum *cod. Med.* latum *Fabr.* *post* orbem *cod. et Med. nouum schol. incipiunt sic:* tu graui. Ordo est: tu quatiens Ol. gr. curru mittes e. q. s. *Potest hoc quoque uerum esse; etiam COM. CR. duo habet scholia.* 22 dicunt *om. Fabr.* 23 locis *Med.* *uerba* nisi e. q. s. *om. cod.*

1* *Georg. II 172*

CARMEN I 13.

[Ad Lydiam meretricem ἐρωτικῶς dicolos distrophos. Metrum primo uersu glyconicum secundo asclepiadeum *ACR.*]

Cum tu Lydia Telephi ceruicem roseam cerea Telephi laudas brachia. Ad Lydiam amicam haec scribit a qua riualem suum Telephum laudari moleste se ferre testatur *POR.*

2. *ceruicem roseam.* Pulchram, ut Vergilius: 1*

rosea ceruice refulsit *ACR.*

cerea. Aut mollia aut cerae similia *ACR.*

3. *uae.* Interiectio dolentis est *ACR.*

4. *difficili bile.* Hoc epitheton iracundiae est quia implacabilis sit; *bile* autem iracundia ut Iuuenalis: 2*

atque oculis bilem substringit opertis

Plautus in Amphitryone: 3*

atra bili percita est *ACR.*

difficili bile. Non quam difficilem concipio sed dura et cruciabilis. Vnde etiam difficiles homines dicuntur qui duri et inexorabiles sunt *POR.*

iecur. Pro corde ἀφελῶς, id est, simpliciter *POR.*

5. *tunc nec mens mihi nec color certa sede manent.* Voluor uariis cogitationibus et color in diuersa mutatur *ACR.*

6. *humor et in genas furtim labitur.* Secretae lacrimae amoris nimietatem prodentes *ACR.*

humor et in genas furtim labitur arguens quam lentis

1 Ad Lyd. m. ἐρωτ. d. tr. *om. cod.* 3 caerea *cod.* 4 bracchia *cod.* amiculam *cod. item* haec *pro* hoc 5 se *addidi* 6 ut Verg. *e. q. s. om. cod.* 11 ut Iuuenalis *et quae secuntur omnia om. cod.* 12 opertis *Med.* apertis *Fabr.* 15 non quam difficilem *Fabr. Med.* nunquam difficile *cod. Haec uerba ut in integrum restituerem non contigit; certe pro* cruciabili *scrib. uidetur* inexorabili 16 cruciabili unda. Etiam *cod.* 17 sunt *cod. in marg. add.* 18 *hoc schol. cum eo quod praecedit in libris sedem mutauit* 23 humos *cod.*

1* *Aen. I 402* 2* *Sat. VI 433* 3* *II 2, 95 (627) Fleckeis.*

penitus macerer ignibus. Decore dictum *arguens*; humor genarum, hoc est, lacrimae conuincunt interiora pectoris mei amore flagrare. *Lentis* autem ignibus diserte, quasi occulte saeuientibus, quale illud est Vergilianum: [1*]

et tacitum uiuit sub pectore uulnus *POR.*

arguens. Demonstrans, ut illud: [2*]

degeneres animos timor arguit *ACR.*

8. *penitus.* Interius *ACR.*

macerer. Consumar, ut: [3*]

est mollis flamma medullas
Interea *ACR.*

9. *uror seu tibi.* Aspectu crucior quotiens aut uino per rixam aut per libidinem certe amoris alterius in corpore tuo signa conspexero. Ordo est: Vror seu tibi immodicae rixae turparunt candidos humeros mero seu puer furens impressit memorem notam labris dente. *ACR.*

10. *turparunt.* Liuore reddiderunt deformes *ACR.*

immodicae. Immensae *ACR.*

mero. Ebrietate i. e. per ebrietatem *ACR.*

11. *furens.* Impatientia scilicet amoris *ACR.*

memorem notam. Per quam amoris recordatio seruaretur *ACR.*

impressit memorem dente labris notam. Grate *memorem* notam dente impressit quoniam dolor morsum memorem facit eius qui momorderit *POR.*

1 decore dictum. quam humor g. h. e. lacrimarum e. q. s. *sic cod. at Fabr. et Med. duo schol. exhibent sic:* humor et ingenas] decore (magis *add. Fabr.*) dictum quam h. g. h. e. lacrimarum. *Deinde:* lentis macerer ignibus] concremer, conuincar interiora pectoris mei amore flagrare. Lentis autem ignibns diserte e. q. s. *Sed uerius ut mihi uidetur cod. Pro* quam *scripsi* arguens, *pro* lacrimarum, lacrimae; *poteram etiam:* lacrimarum conuincit. 8 *hoc schol. om. cod.* 17 *hoc schol. et quae secuntur duo om. cod.; medium tantum exhibet Med.* 21 per quod *libri.* per qnam *COM. CR.* 23 dentē *in lemmate, deinde* donte * pressit *cod. Fuit* dentem pressit (pressit *etiam Med. Fabr.*) *male factum ex* denteımpressit 24 dolori morsum communem facit *cod.* doloris memoriam communem morsus facit *Fabr. Med.* dolor morsum memorem facit *correxi* 25 qui me mom. *Fabr.*

1* *Aen. IIII 67* 2* *Verg. Aen. IIII* 13 3* *Verg. Aen. IIII 66*

13. *non si me satis audias.* Ordo est: si me satis audias non speres perpetuum laedentem barbare dulcia oscula, [Aliter ordo hic est, non speres si me audias amatoribus dulcedinem esse perpetuam] h. e. non speres perpetuum illum qui dulcia oscula laedit *ACR.*

non si me satis audias speres perpetuum dulcia barbare. Ordo: non speres perpetuum si me satis audias et subaudiendum extrinsecus *amatorem. POR.*

14. *barbare.* Crudeliter *ACR.*

16. *quinta parte sui nectaris imbuit.* Luxuria sui amoris impleuit. Quinque partes Veneris, id est, libidinis esse dicuntur: uisus alloquium tactus osculum concubitus *ACR.*

quae Venus quinta parte sui nectaris imbuit. Eleganter, quia in quinque partes amoris fructus esse partitus dicitur: uisum alloquium tactum osculum concubitum; unde et Terentianum illud: 1*

tamen extrema linea
Amare haut nihil est *POR.*

17. *felices ter et amplius.* Multotiens secundum illud: 2*

o terque quaterque beati *ACR.*

17.—20. *Felices ter et amplius quos inrupta t. c. nec m. diuulsus q. S. c. s. a. d.* Sensus: satis felices existimo eos, quorum inter se amor ita consentit ut non ante ultimum

2 *Verba inclusa om. cod. (et COM. CR.) recte* 4 hoc est *ipse addidi.* non *om. cod. Nouum schol. fecit Fabr. sic:* speres perp.] illum q. d. l. o. 7 ordo est *Fabr.* ordo *cod. Med.* 9 *fort. hoc quoque schol. in cod. omissum cum superiore sic coniungendum erat:* laedit barbare i. e. crudeliter. *Ceterum* dedit crudeliter *COM. CR.* 11 quinque partes *e. q. s. om. cod. Med.* 15 uisu alloquio (eloquio *Fabr. Med.*) *libri.* 17 tamen *libri.* certe *Terentius* 18 aut *cod.* haud *Fabr. Med.* haut *scripsi* nihil *libri.* nil *Terentius. Ceterum cfr. etiam Donatum ad hunc Terentianum locum* 21 diuulsus *cod. sed ultimam* u *litteram in rasura; a pr. m. uidetur fuisse* diuulsos. *Vulgo lemmā est* fel. t. e. ampl., *ut tria scholia ex uno euadant, quorum alterum uerbis* quos irrupta *tertium uerbo* attende, *uel potius* supr. citius solu. amor die] attende *incipit. Vnum schol. restitui ex cod. et Med. nisi quod duo haec enuntiata:* Quos e. q. s. *et* attende e. q. s. *ibi inuerso ordine apparent*

1* *Eunuch. IIII 2, 12 (640) Fleckeis.* 2* *Verg. Aen. I 94*

uitae diem resoluatur. *Quos inrupta tenet copula* allegoricos dicitur; significat autem eos qui ita amoris uinculo inter se constricti sunt ut numquam discerni possint. Attende et elocutionem *citius suprema die* quod significat ante diem supremum *POR.*

18. *quos irrupta tenet copula.* Copula proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus, unde factum est ut et matrimonium copula diceretur *ACR.*

19. *nec malis.* Ordo est: nec amor diuulsus malis querimoniis soluet citius suprema die, id est, quorum amor ante diem mortis iurgiis et litibus non soluitur, debent felices uocari *ACR.*

CARMEN I 14.

[In nauim de Bruto reparante bellum ciuile ad rem publicam tricolos tetrastrophos, in qua post duos uersus coniunctos alia inchoantur metra. Metrum duobus uersibus asclepiadeum, tertius pherecratius, quartus glyconicus, qui tripodia dactylica dicitur *ACR.*]

1. *O nauis.* Per allegoriam ode ista bellum significat ciuile, in qua quidam uolunt quod moneat rem publicam. Certius tamen est quod Sextum Pompeium Pompei filium moneat qui postea quam foedus cum triumuiris fecit bellum ciuile denuo reparare uoluit. Secundum autem bellum ciuile inter Augustum Caesarem et Cassium et Brutum fuit, qui fuerunt Cai Caesaris interfectores, sub quibus Horatius militauit. Metaphoram autem sumpsit a naui, ex cuius armamentis

1 interrupta *cod. Med. unde et hic et in lemmate* inrupta (*non* irr.) *scripsi* allegoricos hoc dic. *cod.* 2 significat *utroque loco cod.* signat *Fabr. Med.* 3 sint *Fabr. Med.* sunt *cod.* *post* attende *addidi* et 7 tractum *libri. In cod. totum schol. deest* 13 In nauim e. *q. s. usque ad* metra *om. cod. Vncis inclusimus ut suppositicia simul cum eis quae ad metrum spectant. Cfr. ad I 2, 1* 18 ode *om. cod. item* quod moneat 20 certum *cod. Med.* 24 militauit *cod.* militauerat *Fabr.*

et milites et diuersas administrationes rei publicae uult intellegi *ACR.*

O nauis referent in mare te noui fluctus. In hac ode ad M. Brutum loquitur qui apud Philippos Macedoniae urbem fusus uidebatur rursus instruere se ad pugnam. Merito autem poeta per allegoriam se metuere pro eo testatur, quoniam sub ipso militauerat. Qui tamen ex proelio philippico fugatus receptus ab Augusto ueniam ab eo meruit *POR.*

2. *fluctus. Fluctus* bellum ciuile uocauit *ACR.*

3. *portum.* Pacem, ut Terentius: [1*]

in portu nauigo *ACR.*

nonne uides ut nudum remigio latus. Manifestae allegoriae per quas significat ex parte iam debilitatum exercitum Bruti et uires partium eius imminutas esse *POR.*

4. *nudum latus.* Nudatum fuga Cassii et amissione exercitus *ACR.*

5. *et malus celeri saucius Africo. Malum saucium* graue bellum intellegi uoluit propter Africum uentum tempestuosum, ut: [2*]

creberque procellis
Africus.

Malus autem arbor est quae tenet uelum et est masculini generis, ut: [3*]

1 reipublicae *addidi ex COM. CR. Ceterum ingenue fateor, me restituere non potuisse hoc schol.; satius duxi intactum relinquere in uniuersum quam nimis dubia proferre; uberius alio loco de hoc schol. disputabimus* 3 Hac ode (*om.* in) *Fabr. Med.* 5 se *om. cod.* 7 fatigatus *cod.* 13 signat *Fabr. Med.* 14 minutatas *cod.* 15 fuga Cassii et *om. cod. et Med. et simpl.:* nudatum ex amiss. exerc. *exhibent.* fuga Pompei et *COM. CR.* 17 malum saucium *addidi ex cod.* 18 per uent. temp. *libri.* propter Africum uent. temp. *COM. CR. recte, nam sic demum exempl. Vergil. quadrat* 22 malum autem summitatem arboris dixit ut: Iubet *etc.* Malus autem arbor est quae tenet uelum et est masc. gen. sed arbor feminini est pomum uero neutri etc. *Fabr. Eadem cod. et Med. nisi quod* Malus autem a. e. q. t. m. et e. m. generis *omittunt et* poma *habent.* Malum autem arborem in naui dixit, cui in summitate uelum annectitur et est masc. gen. etc. *COM. CR. Locus profecto est non nihil turbatus*

1* *Andr. III 1, 20 (480) Fleckeis.* 2* *Verg. Aen. I 85* 3* *Verg. Aen. V 828*

iubet ocius omnes
Attolli malos.

sed *arbor fructifera* feminini est, *poma* uero neutri ut: [1*]

Aurea mala decem misi *ACR.*

6. *gemant.* Fragore scissionis; Vergilius: [2*]

gemuit sub pondere cymba
Subtilis *ACR.*

ac sine funibus. Aut sine administrationibus intellegendum aut sine impensis et pecunia *ACR.*

7. *uix durare carinae possint imperiosius aequor. Durare aequor* mira figura dicitur pro sustinere uim aequoris; *imperiosius* autem translatiue pro saeuius *POR.*

8. *imperiosius aequor.* Id est uiolentum et cuius nimietati obsisti non possit *ACR.*

9. *non tibi sunt integra lintea.* Id est integer cursus sine exercitu uel auxiliis. *Lintea* uero uela dixit ut: [3*]

ni teneant cursus certum est dare lintea r. *ACR.*

10. *non di.* In hoc enim deos uult iratos intellegi quia denuo de bello ciuili cogitetur *ACR.*

iterum pressa uoces malo. Sicut a C. Caesare oppressa malis rogauit *ACR.*

quos iterum pressa uoces malo. Non iterum pressa sed iterum uoces malo pressa *ἀμφιβόλως POR.*

11. *quamuis pontica pinus.* Ac si diceret magnae originis et nobilitatis sed per metaphoram aut rem publicam alloquitur aut Cassium et Pompeium, cuius pater de Mithridate pontico triumphauit *ACR.*

quamuis pontica pinus. Haec ad nobilitatem Bruti referuntur *ACR.*

3 fructifera *addidi ex COM. CR.* 5 Vergilius *e. q. s. om. cod. et Med.* 10 possint imp. aeq. *add. cod.* 11 durare aequor *add. ex cod.* 13 imperiosius autem *cod. et Med.; Fabr.* autem *om. et* imperiosius *in nouo lemmate ponit.* 17 ni (u *supra* n) teneant curs. cert. est *om. Fabr.* 20 a Gaio Caes. *cod.* 22 non iterum p. s. i. u. m. pressa *om. Fabr. Med., in eisdem ἀμφιβολία, in cod.* amphibolos

1* *Verg. Bucol. III 71* 2* *Aen. VI 413* 3* *Aen. III 686*

12. *siluae filia nobilis.* Siluae nobilis an tu nobilis *ἀμφιβολία* per casus *POR.*

14. *nil pictis.* Dicit stemmata et diuitias necessitati ultimae non prodesse *ACR.*

nil pictis timidus nauita puppibus fidit. *Ἀλληγορικῶς* ait nihil prodesse in bello ornamenta nobilitatis *POR.*

tu nisi uentis d. l. c. Id est, caue ne uictus turpitudini ludibrioque subiaceas. Ordo est: tu nisi caue, pro caueas, debes ludibrium uentis, id est, eris exercitium uentorum *ACR.*

17. *nuper sollicitum quae m. t.* Se posuit pro naui siue re publica, quae sollicitudinem ex suis malis induxerit, ne iterum sicut sub Caesare trepidaret *ACR.*

nuper sollicitum q. m. t. n. d. curaque n. leuis. Ecce hic manifeste ostendit se poeta partium Bruti fuisse quarum affectione sese teneri ostendit propter ipsius Bruti miserationem *POR.*

19. *interfusa nitentes u. aeq. Cycladas.* Absolute locutus est ac si diceret: Vites aequora fusa inter nitentes Cycladas, id est, longe apparentes, ut inter iniqua loca et tempestuosa te custodias et sis alienus a belli consiliis. Vergilius de eisdem insulis: [1*]

sparsasque per aequor
Cycladas *ACR.*

inter fusa nitentis uites aequora Cycladas. Hic sensus per se accipiendus et subaudiendum hic *suadeo* ut sit: suadeo uites aequora inter Cycladas nitentes fusa. Sed hoc per allegoriam intellegendum; maria enim angustiora periculosiora sunt; nam inde freta dicuntur quod semper ferueant, id est, inquieta

1 siluae nobilis *post lemma addidi* 2 *ἀμφιβολία cod.* *ἀμφιβολογία* *Fabr. Med.* 7 tu nisi *in lemmate Fabr. Med.* caue *post* id est *addidi.* ne id est nec uictus *sic cod.* 10 solicitus *per* l *unicum uterque codex et Acronis et Porphyrionis plerumque* 24 nitentis *et* Cyclades *cod.* nitentes *et* Cycladas *Fabr. Med.* 25 subaudiendus. Hic suadeo uites *Fabr.* subaudiendus hic suadeo uites *Med. unice rectam scripturam e cod. restitui* 27 tamen *libri. scr.* enim

1* *Aen. III 126*

sint. Per hoc ergo suadet Bruto ne se artioribus periculis committat *POR.*

CARMEN I 15.

1. *Pastor q. tr. p. f. n.* [Ὑποθετικὴ dicolos tetrastrophos; metrum tribus uersibus asclepiadeum, quartus glyconicus.] Sub persona Nerei exponit imminentia Ilio [mala] *ACR.*

Pastor cum traheret per freta. Hac ode Bacchylidem imitatur; nam ut ille Cassandram facit uaticinari futura belli Troiani ita hic Proteum *POR.*

2. *perfidus.* Quia in fidem amici hospitalitatem uiolando commiserat *ACR.*

3. *ingrato otio.* Aut uentis aut Paridi *ACR.*

obruit. Mitigauit compressit *ACR.*

ingrato celeris obruit otio uentos. Ingratum esse otium uentis ait quia feroces sunt et semper saeuire cupiunt *POR.*

4. *caneret.* Diuinaret praediceret ut:[1*]

I p s a c a n a s o r o *ACR.*

5. *aui.* *Aui* pro aue posuit, id est, malo auspicio; ergo non mala fata ducis sed mala aui intellegendum est. *ACR.*

1 artioribus *cod. ut supra* intellegendum. *contra* arctioribus *et* intelligendum *Fabr. Med.* 3 *Cod. haec tantum exhibet:* Metrum — Glyconicus. *Med. sic:* Pastor quom tr. p. fr. n. Sub persona — Ilio hypotetice dic. tetrastr. Metrum — Glyconicus. 5 mala *add. Fabr., om. Med. et COM. CR.* 6 bacchilidem *et paulo post* protheum *cod. Ceterum 'doctius hoc quam uerius dictum esse' a Porphyr. 'fidenter (sic!) contendit' Ritterus ad hoc carmen, sed fragm. Bacchyl. apud Bergk. 29 p. 272 nil probat* 10 commiser$\overset{e}{i}$t *cod. Med.* commiserat *Fabr. et COM. CR. qui* et uiolata *habet* 13 celeris obruit ocio *cod. sed idem paulo post* otium *exhibet* 14 inquit uentis aut quia feroces s. aut quia semper s. c. *Fabr. Eadem Med. sed omisso* inquit *uerbo. unice ueram codicis scripturam reduximus* 15 praediceret *om. cod. Med.* diuinaret *om. COM. CR.* 18 *alterum* aui *addidi*

1* *Verg. Aen. VI 76*

6. [*quam.* Helenam *ACR.* — *repetet.* Requiret *ACR.*] *multo milite.* Multo exercitu *ACR.*

5. 6. *mala ducis aui domum q. m. repetet Gr. mil.* Malo auspicio ducis ad quam repetendam omnis Graecia armabitur *POR.*

7. *coniurata tuas.* Inter coniurare et conspirare hoc interest, quod conspirare interdum bonorum est coniurare malorum. Apud Aulidem enim promontorium ab omnibus Graecis ad excidium Troiae euntibus iuratum est, quod unanimiter dimicarent ut est: [1*]

Non ego cum Danais Troianam excindere g.
Aulide iuraui *ACR.*

rumpere nuptias. Hoc dicitur uel propter amantis Paridis animum cui praedicebat ut doleret si legitimam uxorem perderet, uel ex Veneris promisso quae pro percepto malo eius iudicio nuptias mulieris pulchrae promiserat *ACR.*

9. *heu heu quantus equis.* Significatio cladem affuturam. *Heu* dolentis, ut: [2*]

Heu quantae miseris caedes Laurentibus i. *ACR.*

10. *sudor.* Bellicus labor *ACR.* — [*moues.* Commoues *ACR.*]

11. *iam galeam Pallas.* Bene primum Mineruam irascentem posuit adultero utpote deam castitatis aut certe quia in iudicio superata est, corrupto Paride muneris ipsius promisso. *Aegida* autem scutum Mineruae dixit. Vergilius in Troiae euersione ut eam monstraret inimicam ait: [3*]

Iam summas arces Tritonia respice Pallas
Insedit nimbo effulgens et Gorgone saeua *ACR.*

12. *currusque et rabiem parat.* Pro furore belli posuit rabiem *ACR.*

13. *nequicquam.* Frustra; ordo est: nequicquam pectes

1 *duo schol. uncis inclusa om. cod. et Med. et glossae interlineares esse uidentur* 4 armabatur *Fabr.* armabitur *cod. Med.* 8 enim *add. ex COM. CR.* promuntorium *cod.* 9 quod *cod. Med. COM. CR.* ut *Fabr.* 10 excindere *libri.* excidere *COM. CR.* 15 malo eius iudicio *cod. Med.* eius m. iud. *Fabr.* 20 *schol. uncis inclusum om. cod. Med.* 22 adulterio *cod.*

1* *Verg. Aen. IIII 425* 2* *Verg. Aen. VIII 537* 3* *Aen. II 615.*

caesariem praesidio ferox amoris uel Veneris: unde in exprobrationem Veneris dictum est: [1*]

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter
Aut ego tela dedi fouique cupidine bella *ACR.*

nequiquam Veneris pr. fer. p. caes. grataq. fem. inbelli cithara c. diuides. Cuius sensus hic est: nec pulchritudo tibi nec scientia cithara canendi bello proderunt, haec enim deliciae mulieribus magis aptae sunt. *Diuides* pro dispones *POR.*

15. *imbelli cithara.* Quae nihil bellicum sonet nec aliquid prosit in bello sed per amatorias cantilenas uoluptatem feminis praestet *ACR.*

diuides. Nequicquam a superioribus supple *ACR.*

16. *thalamo graues hastas.* Graues propter disiunctionem copulae; Vergilius: [2*]

Funestaeque iterum recidiua in Pergama t. *ACR.*

17. *et calami spicula Gnosii.* Cretensis; de canna enim sagittae fieri consueuerunt ut: [3*]

perque ilia uenit harundo *ACR.*

18. *celerem sequi Aiacem.* Ad sequendum celerem. Aiacis uirtuti etiam celeritatem dedit ueluti quem fugientium nullus euaderet *ACR.*

19. *serus.* Aut ad eorum dolorem dixit qui eius causa perierunt aut certe quia quantum ad inertiam suam tarde perierit *ACR.*

20. *crines puluere collines.* Hoc est: procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis, ut: [4*]

foedare in puluere crines *ACR.*

21. *non Laertiaden.* Multos uelut exitiales minatur duces,

5 nequiquam (*non* nequicq.) *cod. item paulo post* inbelli *non* imbelli 6 cuius *addidi ex cod., item paulo post* cithara, *utraque uox deest in Fabr. et Med.* 7 proderunt *cod.* proderit *Fabr. Med.* hae c. delitiae *libri.* 8 diuides pr. disp. *in Fabr. et Med. nouum schol. efficit* 12 supple *addidi.* (diuides neq.] a superioribus *sic male Fabr.*) 19 *alterum* celerem *ex cod. addidi qui idem* Aiacis *omittit* 20 uelut *et* fugientem *cod. Med.* 23 qui quant. a. i s. t. perierunt *cod. Fabr., ut nos Med. Sed ne sic quidem altera schol. pars sana est* 26 ut: foed. i. p. cr. *om. cod.*

1* *Verg. Aen. X 92* 2* *Aen. VII 322* 3* *Aen. VII 499* 4* *Aen. XII 99*

Vlixem et Nestorem Nelei filium. Vlixes autem Astyanacta praecipitem muro dedit *ACR.*

23. *te salaminius Teucer.* De Salamine Cypri ciuitate, Telamonis filius, frater Aiacis *ACR.*

24. *Sthenelus.* Filius Capanei. Bene uaticinatur et praesentia uidere scire facit futura. Lucanus:[1*]

Hunc ego fluminea deformis truncus harena
Qui iacet agnosco *ACR.*

sciens pugnae. Doctus ad pugnandum *ACR.*

25. *siue opus est imperitare equis.* Est etiam insignis domitor equorum *ACR.*

26. *non auriga puer.* Diomedis fuit auriga, qui corpus Patrocli cum Aiace et Antilocho liberauit *ACR.*

27. *ecce furit te reperire atrox Tydides.* Et hoc etiam inertiae Paridis assignat, tantam esse moram, quanta cum faceret inueniri. Sine certamine enim uelut imbellem eum esse periturum dicit, unde et cum ceruo ad timoris similitudinem comparat *ACR.*

ecce furit reperire. Pro: furit ac per hoc discurrit ut te reperiat *ACR.*

28. *melior patre.* Fortior quia numina uulnerauit, uel quia hic ad patriam uictor reuersus est, quod patri eius non contigerat. *ACR.*

29. *quem tu ceruus uti.* Ordo est: quem tu mollis fugies sublimi anhelitu ut ceruus immemor graminis uisum lupum in altera parte uallis [fugit] *ACR.*

quem tu ceruus uti uallis in altera uisum parte lupum. Ordo est: quem tu fugies uti ceruus lupum in altera parte uallis uisum. *Mollis* autem inbellis atque eneruis *POR.*

1 pilii *cod.* pylii *Med. fort. scrib.* Nelei Pylii *seu* Pyleum Nelei autem *COM. CR.* enim *libri.* 5 *Verba corrupta:* Bene *e. q. s. quo restituam non habeo; codex* uideri *habet et* scire *om. Magis certe rationi conuenit COM. CR. scholion:* Nereum bene uaticinantem facit Hor. nam futura ponit quasi praesentia 14 *pro* etiam *cod.* est. *Prior pars huius schol. corrupta est; cuius initium fort. sic temptandum:* Et hoc est inertiae Paridis; significat t. e. m., *(de rell. mihi non constat)* 29 *a* mollis *uerbo Fabr. et Med. nouum schol. incipiunt omisso* autem inbellis atque eneruis *recte cod.* imbell. atque

1* *Lucan. I 685*

31. *sublimi fugies m. anh.* Vel ὑπαλλαγή figura est pro sublimi parte corporis, id est, ore edito uel quia ipse anhelitus summa petat potius quam ima *ACR.*

sublimi anhelitu. Per ὑπαλλαγήν dixit pro sublimi parte corporis edita quod est [scilicet] ore *POR.*

32. *non hoc pollicitus tuae.* Vt fugeres scilicet. *Tuae* quam diligis, ut:[1*]

Daphnimque tuum tollemus ad astra *ACR.*

non hoc poll. tuae. Helenae scilicet *POR.*

33. *iracunda diem proferet Ilio.* Non tempus uelut propitia aut amica proferet sed in paucos dies differet uindictam. Ordo est: iracunda classis Achillei proferet diem Ilio et matronis Phrygum *ACR.*

34. *Achillei.* Veteres declinationes ista habent: Achillei et Vlixei *ACR.*

classis Achillei. Achillei et Vlixei ueteres dixerunt ad similitudinem fortassis diei et faciei *POR.*

35. *hiemes.* Συνεκδοχικῶς pro annis posuit ut Vergilius:[2*]
Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis;
nam et aestatem similiter posuit, ut:[3*]
nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris et fluctibus aestas *ACR.*

---

inermis *Fabr. Med. COM. CR. sed* inermis *falsum est* 1 *prius* uel *om. cod. Med.* 4 hanelitus *(sic!)* nebulo summa petat quam ima *cod.*; *fort.* h *in* nebulo latet *ut nebula. Cfr. Forcell. lex. s. u.* 4 anelitu *cod.* γπαλλαγήν *cod.* 5 edito *Fabr. Med.* edita *cod. qui idem* scilicet *om.* 6 ut fugeres s. tuae *(sic!) cod.* ut fugeres, supple tuae *Fabr.* ut fugeres scilicet. Tuae *Med. Fort. sic scr.:* Vt fugeres. Tuae sc. Helenae tuae, quam *sed melius ut supra dedimus* 9 scilicet *addidi ex cod.* 11 proteget *cod. Med.* 15 Vlixei *cod.* ulyxei *Med.* Vlyssei *Fabr. Fort. ex COM. CR. add. est:* ab Achilleus et Vlixeus (Vlysseus) 16 Vlyxei *cod. (rel. ut supra). Eadem prorsus extant in Auctario COM. CR.*

1* *Verg. Bucol. V 51* 2* *Aen. I 266* 3* *Aen. I 756*

CARMEN I 16.

[*O matre pulchra.* Tyndaridi satisfacit. Ode est tricolos tetrastrophos. Metrum duobus uersibus alcaicum quod constat ex spondeo et iambo et caesura uel iambica penthemimere et duobus dactylis ita: O matre pulchra filia pulchrior; tertius dimeter iambicus hypercatalectus ita: pones iambis siue flamma; quartus pindaricus ex duobus dactylis et duobus trochaeis ita: siue mari libet Hadriano.] Hanc oden Horatius in satisfactionem fecit amicae suae quam iratus carmine laeserat, promittens abolenda quae de ea scripserat. Imitatus est Stesichorum poetam siculum, qui uituperationem Helenae scribens caecatus est et postea responso Apollinis laudem eius scripsit et oculorum aspectum recepit. .Cuius rei et in Epodo idem poeta meminit: [1*]

Infamis Helenae Castor offensus uice
Fraterque magni Castoris uicti prece
Adempta uati reddidere lumina *ACR.*

O matre pulchra filia pulchrior. Hac ode παλινῳδίαν repromittit ei in quam probrosum carmen scripserat Tyndaridi cuidam amicae suae, id est, recantaturum ea quae dixerat, dicitque se iracundia motum ea scripsisse. Affirmat autem non magis matris magnae aut Apollinis numine instinctos furere quam eos qui iracundia sint incitati, adeo ut nulla ui hic furor deterreri possit. [Scribit palinodiam i. e. cantum contrarium priori; nam recantat ea quae iratus in amicam scripserat, ut eam sibi reconciliet, atque ita innectinam excusat

8 Horatius *add. ex cod.* fecit *cod.* facit *Fabr. Med.* · 10 est *addidi* 15 uicem *libri.* uice *optimi codices Hor.* 18 Hac ode Tynd. cuidam suae in quam carm. prob. scr. repromittit παλ. i. e. rec. e. q. dix. *hoc ordine Fabr. Vt nos cod. Med.* 19 tyndaridae *cod.* 21 dicit se *pr. m. cod.* que *suprascriptum a sec. m.* 23 sint *cod.* sunt *Fabr. Med.* 24 uerba uncis inclusa *om. cod. Pal. Med.*

1* *Epod. XVII 42*

ut culpam omnem in iracundiam reiciat, nihil autem quod ad artificium pertineat praetermittit. Captat enim beneuolentiam cum illam pulcherrimam appellat, quo nihil gratius mulieri praestari potest, deinde carmina in quibus male dixit pro ipsius arbitrio abolenda promittit.] *POR.*

o matre pulchra f. p. Id est comparatione formosae formosior. Comparatiuus enim et superlatiuus pro positiuo proferuntur, ut Vergilius: [1*]

Q u a r u m q u a e f o r m a p u l c h e r r i m a D e i o p e i a m

et: [2*]

F o r m o s i p e c o r i s c u s t o s f o r m o s i o r i p s e

pro: ipse formosus *ACR.*

pulchra. Antiqui pulchrum lachrimas et sepulchrum aspirabant *POR.*

[*filia pulchrior.* Magnum ergo est mulieri ut pulchra sit sed maximum ut sit pulchra muliere pulchrior *POR.*]

2. *quem criminosis cumque.* Tmesis est pro quemcumque *ACR.*

quem criminosis cumque. Id est quemcumque per tmesin; *criminosis* quae crimina inferant; crimen enim uitium est sed et causam quandoque significat; Vergilius: [3*]

e t c r i m i n e a b u n o
D i s c e o m n e s.

In hoc ergo confitetur delictum quae res ad iracundiam placandam uehementer confert. Sic Dauus ille Terentianus se crucem meritum fatetur. Est tamen quoad id fieri potest post confessionem adhibenda excusatio ut hic, ubi in iram culpam reicit. Scripserat autem iambicis uersibus quoniam pes ille uehementiam affert et genus dicendi contortum et concitatissimum et accommodatum inuectiuis. Sicque illo usus est Archilochus poeta ut Horatius alibi: [4*]

5 suo *Fabr.* eius *COM. CR.* 14 *Hoc schol. et quae insecuntur quattuor Porphyrionis in cod. Med. et Pal. desunt, ita ut proximum sit:* Noricus ensis *uers. nono; horum alterum quidem ualde suspectum habeo de ceteris nunc non liquet*

1* *Aen. I 72* 2* *Bucol. V 44* 3* *Aen. II 65* 4* *Art. poet. 79 sqq.*

Archilochum proprio rabies armauit iambo
Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni
Alternis aptum sermonibus et populares
Vincentem strepitus et natum rebus agendis *POR.*

3. *pones iambis.* Ipsi enim aptiores iniuriis sunt quibus eam uersibus laeserat *ACR.*

siue flamma. Hoc in satisfactionem pro delendo crimine dixit illud secutus Vergilianum: [1*]

Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
Praecipitare iubent subiectisque u. flammis *ACR.*

siue flamma siue mari libet. Simile illi Vergiliano: Aut pelago *e. q. s. POR.*

adriano. Pro adriatico et posuit speciem pro genere more suo *POR.*

5. *non Dindymene.* A monte matrem deum dicit. Amoris se fatetur furore peccasse et probare uult sic iram moderationem non recipere in animis hominum quemadmodum alieni furoris bacchantes *ACR.*

6. *incola pythius.* A Pythone serpente Apollo dicitur *ACR.*

7. *non liber aeque.* Liber [etiam] qui similiter sacerdotes suas uexat furore *ACR.*

acuta. A tinnitu acuta [aut] sonora; Vergilius: [2*]

Pelion tinnitu fugiens impleuit acuto *ACR.*

8. *corybantes.* Ministri matris deorum *ACR.*

9. *quas neque noricus det. ensis.* Ἔμφασις est. In ipsis enim locis et probatum ferrum est et optimi gladii fiunt et

7 satisfactione *Fabr.* 10 iubent *recte cod.* iubet *Fabr. Med.* 15 *fort. sic scr.:* A monte Dindymo matrem Idaeam (*s.* deum Idaeam) dicit *sed opus non est; de re cfr. in primis Verg. Aen. X 252 et ibid. Seru.* 16 *post* iram *ex COM. CR. addendum uidetur* ob amorem 19 dicitur (=dr̄) *addidi.* (serpente *om. cod. Med.*) 21 suos *COM. CR.* 22 aut tinn. *cod.* aut a tinn. *Fabr.* a tinn. *Med.* 23 tinnitu *libri et COM. CR.* hinnitu *apud Vergilium;* tinnitu *autem recte se habet et* Pelion *bisyllabum hic est ut Sil. III 495, ubi nec* Pĕlio *nec* Pindo *ferendum* 24 deum *COM. CR.* domini (*sic etiam uers. 5* matrem domini) *cod.* deorum *Fabr. Med.* 26 *uerba* in ipsis enim locis *num sana sint dubito. Fort. scr.* in ipso enim Norico

1* *Aen. II 36 sq.* 2* *Georg. III 94*

ideo ex prouincia ferrum laudauit. Est autem Noricum pars Illyrici; Vergilius: [1*]

Tum sciat aerias Alpes et norica si quis
Castella in tumulis et Iapides arma Timaui *ACR.*

noricus ensis. Speciem pro genere posuit, non enim in Norico tantum enses fiunt; sed sic dicitur ut: [2*]

leuis innatat alnus
Missa Pado *POR.*

10. *nec mare naufragum.* Naufragia faciens, quasi nauifragum; Vergilius: [3*]

Caulonisque arces et nauifragum Scylac. *ACR.*

nec mare naufragum. Aliter mare naufragum aliter homo naufragus dicitur; mare enim facit naufragium quasi nauifragium, ut: *nauifragum Scylacaeum* quod ibi naues frangantur *POR.*

11. *nec tremendo.* Tremore tonitrus dixit, unde est: [4*]

et mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor; ille flagranti
Aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo
Deicit *ACR.*

12. *ruens.* Impetuose ueniens *ACR.*

13. *fertur Prometheus add. pr. l. c. part.* Fabulae sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est; ait autem Prometheum cum limo homines fingeret iussum ex omnibus animalibus particulas prout erat eorum natura homini appo-

3 tum sciat *et in seq. uers.* et Iap. arma Timaui *add. ex cod.* 6 in
i
om. cod. Med. 7 leues *cod.* 9 quasi nauifragium *Fabr.* q. naufragum *cod.* nauifragum *Med.* 11 Aulonisq. *Fabr.* Caulonis *cod. Med. Cfr. Seru. ad loc. Vergil.* 12 *uerba* aliter m. n. a. h. n. d. m. e. f. n. q. nauifr. *addidi ex cod., in Edd. meis desunt* 14 naufragium Scyl. *libri.* 15 frangantur *cod.* franguntur *Fabr. Pat.* tanguntur *Med. Ceterum nescio an uerius sit:* mare enim facit naufragum quasi nauifragum 16 id est t. t. dixit *Fabr.* i. *(= Inpp. et ad lemma pertinet)* t. t. d. *Med.* i. terrore tonitrui dixit *cod.* 18 geutis *cod.* 20 deiicit *libri* (deiecit *operarum errore Fabr.*) 21 decidens *fort. rectius COM. CR.*

1* *Georg. III 474 sq.* 2* *Georg. II 451 sq.* 3* *Aen. III 553* 4* *Verg. Georg. I 331 sqq.*

nere; unde uim leonis stomacho apposuisse, ideo quia iracundia magis accendamur; timorem a lepore posuit, a uulpe astutiam ceteraque a reliquis. Ordo est: Fertur Prometheus coactus addere principi limo particulam desectam undique et apposuisse nostro stomacho uim insani leonis *ACR.*

et insani leonis uim stomacho apposuisse nostro. Belle de fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. Ait autem Prometheum limo homines fingere iussum et ex omnibus animalibus particulas homini apponere, uim leonis stomacho apposuisse; idcirco iracundia magis nos incendi quam ulla alia animalia *POR.*

undique desectam. Quasi ex multis hominem composuerit *ACR.*

17. *irae Thyesten exitio gr. str.* Ἀπὸ παραδείγματος, hoc est, ab impii exemplo fidem dat facto suo. Atreus autem et Thyestes fratres fuerunt, qui quia in seditione alter alteri nocere non poterat in simulatam gratiam redierunt. Qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit. Atreus uero ei filium epulandum apposuit. Quod scelus et sol fugisse narratur. Hinc Vergil.: [1*]

N e c t a m a u e r s u s e q u o s T y r i a s o l i u n g i t a b u r b e

et Statius: [2*]

E t c a l i g a n t e s a b r u p t o s o l e M y c e n a s *ACR.*

irae Thyesten exitio graui. Iam hoc ἀπὸ παραδείγματος infert probans quam sit ira atrox et exitiosa hominibus *POR.*

18. 19. *ultimae stetere caussae.* Extitere usque ad euersionem *ACR.*

3 *post* astutiam *Fabr. haece habet:* a lupo rapacitatem ab equo uelocitatem a columba libidinem et ex reliquis reliqua ac per hoc intelligitur nihil grauius esse homine. *Pro his cod. et Med. et COM. CR. habet:* ceteraque a reliquis. 8 est *om. Edd., add. cod. (Hoc Porph. schol. melius 'conceptum' quam Acr.)* 10 iccirco *cod. Med. Pat.* idc. *Fabr.* 14 *Cod. et Med. haec tantum habent:* irae Thy. ex. gr. str.] Atreus et Thyestes fratres fuerunt. Thyestes uero fratris uxorem incestauit: ille filios eius patri epulandos apposuit. Quod scelus et sol *e. q. s. Cfr. quae nostro loco simillima enarrat Seru. Verg. Aen. I 568 (et XI 262)* 16 fuerunt *cod. Med.* fuerant *Fabr.* 24 απο παρα διγματος *cod. Med. Pat.* 25 probans *om. edd., add. ex cod.* 26 extiterunt *cod.*

1* *Aen. I 568* 2* *Theb. I 325*

20. 21. *imprimeretque muris hostile aratrum.* Hoc est: haec eadem ira causa fuit delendis urbibus usque adeo ut ubi fuissent muri aratrum deduceretur *POR.*

hostile aratrum. In condendis atque euertendis ciuitatibus haec consuetudo fuit ut aratro uterentur; ut de condenda Vergilius: [1*]

I n t e r e a A e n e a s u r b e m d e s i g n a t a r a t r o

item Cicero de euertenda in Philippicis: [2*] u t u e x i l l u m t o l l e r e t e t a r a t r u m c i r c u m d u c e r e t. *ACR.*

insolens. Tantummodo ira commotus *ACR.*

22. *compesce mentem.* Id est: noli me irascendo imitari quem poenitet *ACR.*

22. 23. *me quoque pectoris temptauit in d. iuuenta feruor.* Me quoque inquit iracundia calore iuuentae magis accensa incitauit in iambos. Iambi autem uersus aptissimi habentur ad maledicendum. Denique et Catullus cum maledicta minaretur sic ait: [3*]

a t n o n e f f u g i e s m e o s i a m b o s *POR.*

24. *celeres iambos.* Epitheton est sicut in Arte poetica de pede iambo: [4*]

P e s c i t u s u n d e e t i a m t r i m e t r i s a c c r e s c e r e i u s s i t
N o m e n I a m b e i s *ACR.*

25. *misit furentem.* Propter iram scilicet *ACR.*

nunc ego mitibus m. q. tr. Id est, blandimentis mutare iracundiam cupio *ACR.*

27. *recantatis.* Id est, meliore carmine deletis. Recantantur autem obprobria cum mutato carmine laudibus corriguntur *ACR.*

3 induceretur *Fabr. Pat.* inducerent *Med.* deduceretur *cod.* 4 in *addidi* 5 uterentur *correxi.* fierent *libri.* signa fierent *COM. CR. fort. recte (Ceterum cfr. Seru. Verg. Aen. IIII 212; Isidorus Orig. IIII 2, 4)* ut de condenda *e. q. s. om. cod.* 9 tolleres *et* circumduceres *apud Cic.* 13 temptauit *cod. Pat.* tentauit *Fabr. Med.* 14 iubente *cod. Pat. pro* iuuentae 15 Iambi *cod.* aptissimi sunt habentur *cod.* 19 Epith. est. Sic in *libri nisi quod* si in *cod. Sed aut* sicut *scr. est, aut* aptum *seu aliquid simile ante* epith. *excidisse statuendum* 24 id est *om. cod.* 27 obprobria *cod. Med.* opp. *Fabr.* multo carmine *cod. Med.*

1* *Aen. V 755* 2* *Phil. II 40* 3* *Catull. (?)* 4* *uers. 252*

[*recantatis.* remutatis *POR.*]

fias recantatis amica. Recantari probra dicuntur cum contraria probris carmina fiunt in eum cui maledixeris *POR.*

28. *animumque reddas.* Hoc est: spem mihi redintegrandi amoris facias *ACR.*

CARMEN I 17.

[*Velox amoenum saepe.* Ad Tyndarida παραινετική, ode dicolos tetrastrophos. Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius dimeter iambicus hypercatalectus, quartus pindaricus.] Et hanc oden recantando ad Tyndarida scribit Horatius, cui ut plene satisfaciat inuitat eam in fundum suum quem in Sabinis habebat. Dicit ergo contempto Lycaeo monte Arcadiae, uenisse ad Lucretilem montem Faunum, quem quidam Inuum uocant. Lucretilis autem mons in Sabinis est: sed hic magis Pana pro Fauno uoluit intellegi; nam et capellas suas eum custodire dicit. Ergo magis ille ordo esse debuit: Lucretili Lycaeum mutat sed est ὑπαλλαγή [nisi ex hoc ipso Lycaeo Lucretilis comparetur, quod utrumque saepius commutet] *ACR.*

Velox amoenum saepe Lucretilem. Et haec ode ad Tyndaridem scribitur cui plene cupiens satisfacere poeta inuitat eam in fundum suum quem in Sabinis habebat *POR.*

1. *Velox amoenum s. L. mutat Lycaeo Faunus.* Ea figura hoc dictum est qua illud apud Vergilium: [1*]

1 *hoc Porph. schol. om. cod. et sine dubio suppositicium est; in Med. et Pat. cum sq. lemmate sic coniungitur:* fias recantatis remutatis amica (amicicia *Pat.*) 2 fias recantatis *om. Fabr.* 3 eam *cod.* eum *Edd.* maledixeris *cod.* maledixerimus *Edd.* 9 Etiam hanc oden *cod.* 13 Incubum *pro* Inuum *cod. Med., de qua uoce cfr. Seru. Verg. Aen. VI 776* 16 sed est ὑπαλ. *cod.* et est ὑπαλ. *Fabr. Med.* 18 commutet *Fabr.* commouet *cod.* commonet *Med.* (*Verba uncis inclusa non genuina crediderim. Ad rem cfr. Prisc. p. 656 P. II p. 192 Kr.*) 19 Et *add. cod., om. Edd.* 20 tyndariden *cod.*

1* *Georg. I 8*

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Sed sensus est aliter: Relicto Lycaeo monte Faunus in Lucretilem uenit; Lucretilis autem mons est in Sabinis *POR.*

3. *defendit aestatem.* Romouet aestus et [frigora] prohibet ut: [1*]

Solstitium pecori defendite *ACR.*

defendit aestatem. Ita dictum est ut: solstitium pecori defendite; significat autem *prohibete POR.*

3. *usque.* Continue *ACR.*

pluuiosque uentos. Pluuiam ferentes, tempestuosos *ACR.*

5. *impune.* Sine damno *ACR.*

arbutos. Arbutum quam uulgo appellant ..... libentius caprae persecuntur ad pascendum ut: [2*]

dant arbuta siluae

et alibi: [3*]

Dulce satis humor depulsis arbutus haedis *ACR.*

6. *deuiae.* Errantes pascentes, ut: [4*]

Rara per ignotos errant animalia montes *ACR.*

7. *olentis.* Grauis enim et hircorum et caprarum odor est; ergo *olentis* foetentis, ut: [5*]

Alia serpillumque herbas contundit olentis

et: [6*]

graue olentia Centaurea *ACR.*

1 Caoniam *Med. Pat.* Chaon. *Fabr.* Caon. *suprascr.* h *litt. cod.* 2 sensus est alter *cod. Med. Pat.* sensus est autem *Fabr.* Sed sensus est aliter *correxi, poteram etiam* sensus est autem aliter *sed facilius* sed *ante* sensum *excidit* 4 frigora *quod libri exhibent sententiam turbat ergo uncis inclusi; apud COM. CR. ad seq. uers. sic recurrit:* pluu. uentos.] frigora 5 ut: Solst. p. d. *om. cod. Med.* 8 signat *Edd.* significat *cod.* 12 arbutos qd uulgo appellant quod caprae persecuutur (*rell. om.*) *cod.* arbutum quem *Fabr.* arbutum quam *Med.* *Post* appellant *lacunam signauimus quae fort. explenda est uoce* unedo, *ut sic totus locus restituendus sit:* arbutum quod (*s.* quam) uulgo appellant unedonem libentius *e. q. s. Cfr. Plin. XVI 31, 55. XXIII 8, 79.* 13 persecuntur *cod. Med.* 18 ignotos *Fabr.* incultos *Med. COM. CR. Totum uers. om. cod.* 19 *prius* et *et paulo post* est *add. ex cod.* 21 alia (allia *Med.*) serpillumque *add. ex cod. et Med. Eidem* oleutis (*non* oleutes) *habent et alterum locum Verg. omittunt*

1* *Bucol. VII 47* 2* *Georg. II 520* 3* *Bucol. III 82* 4* *Bucol. VI 40* 5* *Bucol. II 11* 6* *Georg. IIII 270 (bis cfr. p. 82)*

olentis uxoris mariti. Venuste capras dicit uxores olentis mariti, quia hirci quorum uxores sunt male olent, id est, foetent. *Olentis* ergo non simpliciter accipiendum sed pro grauiter olentis, ut illud est:

Alia serpullumque herbas contundit olentis *POR.*

uxores. Ἀκυρολογία est, ut Vergilius: [1*]

Vir gregis ipse caper deerrauerat

et: [2*]

Quem legere ducem et pecori dixere maritum

7. *nec uirides metuunt colubras.* [Viridis i. e.] subtilis et tenuis; λιτότης est σχῆμα cum minus dicitur plus intellegitur, ac si dicas: non indoctum hominem quem uelis intellegere doctissimum *POR.*

9. *nec martiales.* Martis dicatos tutelae ut Verg.: [3*]

Martius a stabulis rapuit lupus *ACR.*

nec martialis haedilia lupos. Et hic *metuunt* audiendum, quia sic se habet sensus: nec colubras metuunt haedilia nec lupos, quos Martialis ait quod in tutela Martis sint *POR.*

haedilia. Septa haedorum, per continens id quod continetur συνεκδοχικῶς *ACR.*

10. *utcumque.* Quandocumque aut quotienscumque. Ordo est: Tyndari utcumque personuere ualles et leuia saxa cubantis Vsticae dulci fistula nec metuunt uirides colubras nec haedilia martiales lupos *ACR.*

10—12. *utcumque d. Tyndari f. u. e. Vsticae c. leuia p. saxa.* Vtcumque pro quandocumque. Sensus est enim:

3 pro *add. ex cod. et Med.* 5 alia *cod. Med.* allia *Fabr. Pat.* serpillumq. *Edd.* serpillum *sed* i *ab ead. man. mutatum in* y *cod., qui idem habet* olentis *pro* olentes 7 deerrauerat *add. ex cod. et Med.* 9 duxere *cod.* 10 colubras *cod. Pat.* colubros *Fabr.* uiridis i. e. *om. cod. Med. Pat.* suptilis *cod.* 11 λιπτοτη *Pat.* λιπτ. *Med.* σχῆμα λειπτότη *Fabr.* λιτ. est σχ. *cod.* 16 martialis *cod. bis non* martiales edilia *cod.* haedilia *Pat.* hae. *Med.* hoedilia *Fabr. (item paulo post)* metuunt *cod.* metuent *Edd.* 19 hedilia *cod.* haed. *Med.* hoed. *Fabr.* per continentem *cod. et Med.* 21 siue *cod.* aut *Med. Fabr. COM. CR.* 22 personuere *cod.* personuerunt *Edd.* 26 sensus est *Edd.* sensus enim *cod.* sensus est enim *correxi*

1* *Bucol. VII 7* 2* *Georg. III 125* 3* *Aen. VIIII 563*

Quandocumque cantu fistulae Fauni Vsticae montis saxa resonuerunt, metu colubrarum et luporum caprae meae liberantur; Faunus enim eas in honorem meum tuetur *POR.*

11. *Vsticae.* Nomen montis et uallis; idem in Epistulis de situ eiusdem uallis: [1*]

> Continui montes nisi dissocientur opaca
> Valle *ACR.*

Vsticae cubantis. Vstica mons in Sabinis est quem *cubantem* suauiter dixit ad resupinam regionem eius attendens *POR.*

cubantis. Depressae, ut: [2*]

> megarosque sinus Tapsumque iacentem *ACR.*

12. *leuia.* Leuigata plana, ut: [3*]

> Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
> Saxa ciet

et: [4*]

> Tu tamen e leui rimosa cubilia saxo
> Vnge fouens circum *ACR.*

13. 14. *dis pietas mea et musa cordi est.* Id est, carmen meum placet dis. [Hoc uult dicere: quotienscumque in agro fistula personaret tunc agrum suum nec imbribus ablui nec siccitate torreri, se autem numinibus curae esse et honori] *ACR.*

14. *hinc.* Id est de Sabino fundo, nam aduerbium loci est *ACR.*

hinc tibi copia m. a. pl. b. r. honorum. Hinc, e Sabino scilicet. Ordo est autem: hinc tibi ad plenum manabit opu-

4 uel uallis *cod.* 8 est *om. Edd., add. ex cod.* 14 elicit *add. ex cod. et Med.* 17 tuta inde e leui ri. *Med.* tuta inde eleuiri mosa *cod.* tu tamen e leui rim. *Fabr.* 20 Hoc uult dicere *e. q. s. om. cod. Med.* H. uult dicere: quod quotiensc. *e. q. s. Fabr. Illud* quod *ex dittographia ortum est. Ceterum non dubitaui uerba uncis includere ut non genuina* 24 aduerbium *add. ex cod.* 27 sabino scil. *Med. Pat.* Id est Sabiuo scil. *cod.* Hinc, e S. scil. *correxi. Om. omnino Fabr.* autem *om. Fabr. add. cod. Med. Pat.*

1* *I 16, 5* 2* *Aen. III 689* 3* *Georg. I 109 sq.* 4* *Georg. IIII 45 sq.*

lenta copia benigno cornu, uidelicet copioso et diuite; nam cornu uidetur significare Fortunae quod Hercules detractum Acheloo uictor dicitur donasse Fortunae, idque etiam uulgo *cornu copia* dicitur *POR.*

15. *manabit.* Abundabit *ACR.*

16. *ruris honore.* Id est copiis rusticis *POR.*

opulenta cornu. Metaphora a cornu Fortunae quo dicitur diuitias consueuisse largiri *ACR.*

17. *hic in reducta.* Secreta, refrigerata, ut: [1*]

penitusque in ualle reducta *ACR.*

caniculae. Canicula stella est in ore Canis *ACR.*

18. *uitabis aestus.* Nimios calores, ut: [2*]

findit canis aestifer arua *ACR.*

et fide teia. Aut chordis h. e. fidibus lyricis aut ab oppido Arcadiae (?) Anacreontis poetae ut in Epodo: [3*]

Anacreonta teium *ACR.*

et fide teia dices laborantes. Anacreon lyricus poeta teius fuit, id est, ab urbe Teio, quam in Paphlagonia esse Sallustius[4*] indicat cum de situ pontico loquitur. *Fides* autem chordae dicuntur unde et fidicinas comici dicunt citharistrias. Repromittit ergo amicae in agello suo se cum ea lyricum carmen cantaturum *POR.*

19. *dices.* Cantabis per citharam. *ACR.*

in uno. Id est, amore Vlixis *ACR.*

1 uidelicet *cod. in marg. Ceterum* copia. Benigno cornu uid. *Med. Pat.* 4 cornu copia *cod., quamquam* a *in rasura.* cornucopiae *Edd.* 6 honore *cod. Med. Pat.* honorum *Fabr. et Horati codd.* 8 consuesse *Edd.* largiri *COM. CR.* ligari *libri* 10 *eadem uerba non repperi; uid. in inferiore marg.* 14 tegia *bis cod.* lyrica *Med. cod.* 15 Arcadiae *sic libri; hoc nomen intactum reliqui, quamquam aliunde satis constat Teum urbem esse Ioniae. Cfr. etiam Porphyr. schol. quem et ipsum errasse* Teium *(Τήιον) urbem Bithyniae seu Paphlagoniae cum* Teo *urbe Ioniae miscendo Kritzius docet l. l.* 17 tegia *cod. sed paulo post* eius (*pro* teius) *cod.* teia *Edd.* 18 ab urbe teio *cod. Med. Pat.* ab u. teia *Fabr.* 19 Sallustius *cod. Fabr.* Salust. *Med. Pat.* 21 se cum ea l. c. cantaturum *cod.* se in eam l. c. decant. *Edd.* 24 *hoc schol. om. cod.*

1* *Verg. Aen. VIII 609:* 'natumque in ualle reducta' 2* *Georg. II 353* 3* *Epod. XIIII 10* 4* *Sall. fragm. III 44 ed. Kritz.*

19. 20. *laborantis in uno P. u. R.* In uno Vlixe fuit utraque amore laborans. *Vitream Circen* parum decore mihi uidetur dixisse pro candida *POR.*

20. *uitreamque Circen.* Aut pulchram aut procurato lucentem nitore aut mari uicinam *ACR.*

21. *hic innocentis pocula Lesbii.* Antonomasia est. *Innocentis* uini dixit, id est, lenis et minime caput onerantis. *Lesbii* autem uini intellegendum a Lesbo insula. *POR.*

Lesbii. Optimi uini a Lesbo insula, et est species pro genere *ACR.*

22. *nec Semeleius.* Patronymicon est: Thyone autem mater Semeles dicta est matris Liberi patris. Dicit ergo per uinum rixam non futuram inter se. Thyoneus autem filius Liberi fuit qui in Chio insula regnauit, pater Thoantis lemnii regis, cuius filia fuit Hypsiphile, quae coniuratione facta aduersus uiros sola parentem seruauit, quam fabulam Statius [1*] narrauit in suo carmine *ACR.*

nec Semeleius c. m. c. Thyoneus. Thyone Semele a Graecis dicta, unde Liber Thyoneus dicitur. Sensus autem est: nec ebrietate rixae orientur *POR.*

24. *nec m. proteruum s. C.* [Id est, non eris suspecta de eo]. Alterius amatoris uocabulum sub uituperatione me-

1 laborantis *cod. hoc loco.* laborantes *Edd. Ceterum non tacendum in cod. Med. Pat. huic scholio praepositum esse id quod sequitur ad uers 22* nec Semeleius *etc.* 2 fuit utraq. amore laborans *correxi.* s. ut utique amare laborantes *Pat.* s. utraque amore laborantes *Med.* sc. et utiquo amore liberatus (*sed in marg.* laborantes) *cod.* 3 uitream *e. q. s. in nouo schol. ponit Fabr. et post* dixisse *iterum addit* uitream. *ut nos cod. Med. Pat.* 5 uitr. C. aut pulchr. *om. cod.* 7 antonomasia *cod. in marg.* ἄντον. *Fabr.* 7. 8 innocentis uini d. *correxi.* non enim uini dixit *cod.* nam uini dixit *Med. Pat. Relicua sunt ut dedimus in cod. Med. Pat. nisi quod in uno cod. est* honerantis *et* intellegendum. *In Fabr. sic:* Ἀὔτον. Lesbii uini et dix. a L. ins. ut Virg. *(Georg. II 90):* Quamne Methymneo carpit de palmite Lesbos. innocentis autem pro leuis et m. c. oner. 12 matronymicum *cod. COM. CR.* 15 Lemnii *add. ex cod.* 17 patrem *cod.* parentem *Med. Fabr.* 21 hebria in rix. oriuntur *cod.* 22. 23 *uerba inclusa om. cod. Med.* amoris *cod. Med.* amatoris *Fabr.*

1* *Theb. V 240 sqq.*

morauit. Cyrus hic riualis fuit Horatii sed despiciebatur a Tyndaride *ACR.*

nec metues p. s. Cyrum. Videlicet hunc Cyrum amatorem Tyndaridis. Haec ergo cum in Sabinis secum esse coeperit, non eam suspectam futuram ne Cyrus zelo incitatus manus ei inferat *POR.*

25. *dispari.* Tibi in amori non consentienti *ACR.*

dispari. In amore non consentienti scilicet in te *POR.*

26. *incontinentes.* Petulantes uel ad laesionem uel ad damna promptas, quod per amoris furorem quidam habere solent *ACR.*

27. *haerentem coronam.* Pro ornatu muliebri posuit ut Verg.: [1*]

colloque monile
Bacchatum et duplicem gemmis auroque c. *ACR.*

CARMEN I 18.

N. V. s. u. p. s. a. [Ode est monocolos. Metrum choriambicum ex spondeo et tribus choriambis et pyrrichio siue iambo siue et Phalecium.] Scribit ad Quintilium Varum fidum amicum sibi laudans Tiburtinum uinum et suadet, ut quia [uernum] competens tempus sit nullam arborem prius quam uitem ponat *ACR.*

Nullam Vare s. u. pr. s. a. Vinum laudat suadens Varo ut in regione Tiburtina uitem prius quam aliam arborem serat *POR.*

1 Cyrus hic e. q. s. *om. cod. Med., item ac superiora uncis circumdare dubitaui* 3 *priore loco* cyprum, *altero* cyprum *sed* p *ab ead. m. deleto, tertio* Cyrus *cod.* 8 in amore *cod. Med. Pat.* id est amore *Fabr.* 15 baccatum *cod. qui idem post* coronam *addit:* Virgilius in primo eneidos 16 *Post lemma add. Med.* Ad Q. Varum scribit amicum laudaus Tiburtinum uinum *nec tamen paulo post omittit eadem* 18 Quintilium *om. cod. Med.* 20 uernum *om. cod. et COM. CR.* sit *corr.* est *libri.* 22 Nulla mi uare *cod.* 23 ut *et syllabam* ne *uocis* regione *in cod. ead. man. supra lin. scripsit* prius (potius *cod.*) quam arborem *cod. Med. Pat.*

1* *Aen. I 654*

1. *uere nouo.* Vt Vergilius: [1*]

Optima uinetis satio cum uere iubenti
Candida uenit auis longis inuisa colubris *ACR.*

seueris. Posueris *ACR.*

2. *mite solum.* Fundum excultum *ACR.*

et moenia Catili. Et supra ostendimus Catilum et Coram fratres esse Tiburti cuius nomine Tibur condiderunt *POR.*

3. *siccis.* Pro sobriis et ieiunis uel uino abstinentibus sine quo raro laetitia, ut: [2*]

Adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno *ACR.*

4. *neque mordaces al. diff. soll.* Curae quae mentem mordeant et crucient, ut: [3*]

Hic, tibi fabor enim quando haec te cura rem. *ACR.*

5. *increpat.* Accusans commemorat quae sine uino solet *ACR.*

6. *quis non te.* Deest *canet ACR.*

Bacche pater. Bacchus laetitiae pater et auctor est, ut: [4*]

Munera laetitiamque dei *ACR.*

6. *teque decens Venus.* [Decens i. e.] Decora. Bacchus enim et Venus conuiuiis et uoluptatibus sunt aptiores, ut: [5*]

sine Cerere et Libero frigét Venus *ACR.*

7. *ac ne quis modici.* Moderati, parci, moderate uino usi *ACR.*

ac ne q. mod. transiliat m. L. Ne quis, inquit, immoderate bibat exemplo sunt Lapithae et Centauri qui in conuiuio Perithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt *POR.*

1 *hoc schol. om. cod. et Med. Aut suppositicium est aut cum primo schol. sic coniungendum:* suadet nt null. arb. pr. q. uitem ponat quia competens tempus sit uere nono nt Virg. *e. q. s. Nam scholiastam* nere nouo *pro* Vare sacra *in Horatio suo repperisse uix crediderim. Fortasse* uernum *illud indicio est olim ea coniuncta fuisse* 6 Cathilli *cod.* Catilli *Pat.* Catili *Med. Fabr.* Coram *cod.* Coracem *Edd.* 10 et bona Iuno *add. ex cod. et Med.* 13 hic tibi fabor enim *add. indidem* 14 accusat *cod. Med.* accusans *Fabr. rectius* 17 est *add. ex cod. et Med.* 18 dei *cod.* dio *Med. Fabr.* 19 decens i. e. *om. cod. Med.* 20 conuiu. s. apt. et uol. *Fabr. Med.* 22 ac *cod. Med.* at *Fabr. COM. CR.* 24 ac *cod.* at *Edd.* 25 Lapbithae *cod.* Lapitae *Med.* lapiae *Pat.*

1* *Georg. II 319* 2* *Verg. Aen. I 734* 3* *Verg. Aen. I 261* 4* *Verg. Aen. I 636* 5* *Ter. Eunuch. IIII 5, 6 (732) Fleckeis.*

8. *rixa super m.* Nam post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnauerunt, ut Vergil.: 1*

Bacchus et ad culpam causas dedit ille furentes
Centauros leto domuit Rhoetumque Pholumque
Et magno Hylacum Lapithis cratere minantem.

Cuius rixae in bibendo memoriam habendam suadet et monet ne sicut a Sithoniis et ab aliis gentibus usque ad furorem bibatur. Ordo est: Centaurea rixa super mero debellata cum Lapithis monet ne quis transiliat munera modici Liberi et Euhius non leuis in Sithoniis monet; *super mero*, id est, pro mero, ut: 2*

Nec super ipse sua molitur laude laborem *ACR.*

9. *Sithoniis.* Thracibus, ut: 3*

Sithonio Aquiloni

qui per ebrietatem etiam illicitos concubitus audent unde Iuuenalis: 4*

Inguinis et capitis quot sint discrimina nescit *ACR.*

monet Sith. l. l. Euhius. Sithonii Thraces sunt qui per uinolentiam inuitati etiam inlicitos concubitus audent *POR.*

non leuis. *Λιτότης*, ac si diceret grauissimus et iratus *ACR.*

10. *fas atque nefas.* Licitum et illicitum *ACR.*

exiguo fine. *Διοτητικῶς*, id est, nulla differentia *ACR.*

11. *auidi.* In luxuriam scil. proni propter ebrietatem *ACR.*

non ego t. c. Bassareu. Bassareus dictus est Liber pater

2 pugnauere ut *Fabr. Med.* pugnauerunt hinc *cod.* 4 retumq. *cod.* roetumq. *Med.* 7 sicut a sithis *cod.* s. a scythis *Med.* sic. a Sith. fit *Fabr.* 10 Euchius *cod.* cuius *Med.* super mero *ipse hic addidi. quae secuntur cod. Med. et Fabr.* ante debellata *exhibent, atque Fabr. a* debellata *male nouum schol. incipit. Quae nos in fine posuimus integrum schol. est in COM. CR.* 12 laborem *Edd.* coronam *cod.* 15 unde Iuu. *Fabr.* ut: *cod.* unde *Med.* 18 euchia *cod.* Euchius *Med. Pat.* 19 inlicitos *cod.* illic. *Edd.* 20 litotes *cod.* leptote *Med.* lipt. *Fabr.* 23 *ὑποθετικῶς* *Fabr.* lytotetice *cod.* leptotetice *Med.* 24 in luxuriam *cod.* in luxuria *Med.* luxuria *Fabr.*

1* *Georg. II 455 sqq.* 2* *Aen. IIII 233* 3* *Ouid. Her. XI 13.* 4* *Iuu. VI 301*

a genere uestis Baccharum, unde et Bacchae Bassarides dictae. Persius:[1*]

Bassaris, et lyncem Maenas flexura corymbis
Euhyon ingeminat.

Bassaris enim uestis genus est usque ad pedes demissae dicta a Bassara loco Libyae, ubi fit. Tali enim et numina uti uolunt, ut:[2*]

pedes uestis defluxit ad imos
Et uera incessu patuit dea *ACR.*

non ego te candide Bassareu. A genere uestis Liber Bassareus appellatur, unde et ipsae Bacchae Bassarides appellantur *POR.*

12. *inuitum quatiam.* Id est, non plus libam quam oportet; aut certe *inuitum quatiam* ideo dixit, quia in sacrorum renouatione commouebantur simulacra. Vergilius:[3*]

qualis commotis excita sacris
Thyias ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia *ACR.*

12. 13. *nec uariis obsita frondibus s. dium r.* Hoc est, non arcana naturae uel quae celare uis in publicum proferam. Et uult per allegoriam intellegi se per uinum secreta non prodere *ACR.*

nec uar. obs. fr. s. diuum rap. cum ber. Non proferam in publicum mysteria tua, inquit, latentia alioqui ac secreta. Sed per allegoriam hoc uidetur dicere: ea quae fidei meae commissa sunt numquam ego ebrius factus prodam *POR.*

saeua tene. Reprime, id est, sicut berecynto monte reprimitur ebrietas per mysteria matris deum sic et tu reprime. Precatur autem Liberum ut contineat ab eo furoris incitamenta quae ipsa se in insaniam accendunt *ACR.*

3 maenas *e. q. s. om. Med. COM. CR. (In cod. sic est:* Persius Bassarius et uestis enim genus *etc.) Ceterum cfr. schol. Pers. apud Iahnium p. 271* 5 demissa *cod. Med.* 10 bassareum *cod. in lem.* 15 sacra *pro* simulacra *COM. CR.* 17 Thyas *Med. Fabr.* thias *cod.* triaterica *Med.* trierica *cod.* tripterica *Fabr.* 19 nec uariis *Med.* sub dium rapiam *Fabr.* nec uar. o f. s. d. r. *cod.* 21 et uult *cod. Med.* Vult *Fabr.* 23 dium *Fabr.* diuum *cod. Med. Pat.* 24 alioqui *cod. Pat.* alioquin *Fabr. Med.*

1* *Pers. I 101* 2* *Verg. Aen. I 404 sq.* 3* *Aen. IIII 301 sqq.*

saeua tene c. berecyntia c. tymp. Oro te, inquit, contineas a me o Liber furoris incitamenta quae se ipsa (?) ad cupiditatem insaniendi accendunt *POR.*

berecyntio. Phrygio. Berecyntos enim castellum Phrygiae est *ACR.*

14. *tympana.* Ebrietatem; nam tympanorum strepitum pro ebrietate posuit *ACR.*

caecus amor sui. Propter ebrietatem nescius sui. Est autem epitheton amoris perpetuum, ut: [1*]

Vulnus alit uenis et caeco carpitur igni

et: [2*]

caeci stimulos auertere amoris *ACR.*

[*caecus amor.* Cupiditas omnium uitiorum *POR.*]

15. *et tollens uacuum plus nimio gloria u.* Eleganter quia ex ebrietate plerique plus sibi arrogant quam debent. Vacuum ergo uerticem [uel plus sibi arrogando uanum uel uacuum uerticem] id est uacuum cerebrum accipe *POR.*

uacuum. Vino uacuum, uel plus sibi arrogando quam oportet ut idem alibi: [3*]

Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque et addis cornua pauperi
Post te neque iratos trementi
Regum apices neque militum arma *ACR.*

plus nimio. Plus iusto *ACR.*

1 te *add. ex cod., item paulo post* o *ex cod. et Pat.* 2 se ipsa *uerba quid sibi uelint non intellego* (*fort. scr.* per se ipsa) 4 berecynthio *et* Berecynthos *cod. et Med. item supra.* Contra berecyntius *recte cod. Porphyr. Cfr. praeter alia Seru. Verg. Aen. VIIII 82* 6 nam tymp. *etc. usque ad uerbum* nescius *in seq. schol. om. cod. Oculis uidelicet aberrauit qui codicem scripsit per* ebrietatem *bis positum, id quod ei saepissime accidisse tenendum est* 13 *hoc schol. om. cod. Med. Pat. rectissime* 14 et tollens *cod. Med. Pat.* attollens *Fabr.* uacuo (uacuom?) *cod.* 16 Vac. ergo uert. *in Fabr. lem. est, quamquam* ergo *satis docet nouum schol. hinc non incipere. Ceterum cod. Med. Pat. haec tantum habet:* Vac. ergo uert., id est, uanum (uacuum *Med. Pat.*) cerebrum accipe, *atque in cod. non reticebo haec minoribus quam cetera litteris esse scripta ab altera ut uidetur manu. Ego uncis quae in illis desunt includenda curaui* 24 *hoc schol. om. cod. Med., add. Fabr. et COM. CR.*

1* *Verg. Aen. IIII 2* 2* *Georg. III 210* 3* *Carm. III 21, 17—20*

16. *arcanique fides prodiga.* Perfida et quae commissum fundit arcanum *ACR.*

perlucidior. Omnia nudans sicut in uitro omnia uidentur, et *subsequitur* a superioribus ubique subaudis *ACR.*

CARMEN I 19.

Mater saeua cup. [Ode dicolos distrophos erotice ad pueros suos. Metrum primo uersu glyconicum secundo asclepiadeum.] Hac ode renouari sibi amorem Veneris instinctu dicit adiuuante hanc Licentia et Libero. Terentius: [1*]

nam déteriores ómnes sumus licéntia *ACR.*

Mater saeua cup. Hac ode renouari sibi amorem dicit instinctu Veneris ac uini adiuuante etiam Licentiae libertate *POR.*

saeua. Crudelis modo, ut: [2*]

Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculure manus crudelis tu quoque mater

et alibi magna: [3*]

Vi superum saeuae memorem Iunonis ob iram

et: [4*]

maternis saeuus in armis

Dicit autem Venerem, ut: [5*]

8 hunc *Fabr. Med.* hac *cod. in quo haec tantum sunt:* hac odem amorem dicit Veneris instiuctu ad. hac L. et Lib. 9 nam corruptiores sumus omnes l. *cod. Med.* corr. s. o. l. *Fabr.* omnes deteriores fimus lic. *COM. CR.* 10 renouare sibi ait instinctum *Med.* renouare sibi instinctum *Pat.* renouare sibi ait amorem instiuctu *Fabr. ut nos cod.* 13 ut *add. ex cod., item paulo post* magna, *ut simillima euadant haec Seruiana (Aen. I 4):* '.... saeuam dicebant ueteres magnam ut Ennius .... Item Vergilius cum ubique pium inducit Aeneam ait: maternis saeuus in armis, id est, magnus' 18 et stat maternis s. i. armis *libri sed* stat *ex primis litteris* maternis *uocis ortum esse uidetur. Ceterum supra* crudelis tu quoq. mater *addidi quia apud COM. CR. schol. sic incipit:* saeua, crudelis. Virg. Crud. t. q. mater. Sic: Saeuus e. q. s.

1* *Heautontimor. III 1, 74 (483) Fleckeisen.* 2* *Verg. Buc. VIII 47 sq.* 3* *Aen. I 4* 4* *Aen. XII 107* 5* *Aen. I 720*

Matris Acidaliae *ACR.*

2. *Thebanae.* Quae de Thebis, *Θηβαιγενής.* *ACR.*

Semeles. Nomen matris Dionysii *ACR.*

puer. Dionysius qui colitur apud Thebas *ACR.*

3. *et lasciua licentia.* Otium quod semper in lasciuiam resoluitur *ACR.*

4. *finitas a. redd. am.* Iam desertis et alienis ab animo, denuo isdem concitari *ACR.*

5. *Glycerae.* Nomen amatae puellae *ACR.*

6. *splendentis pario m. p.* Parius lapis candidissimus est, unde signa multa fiunt; propterea

niueamque Paron

dixit Vergilius,[1*] et:[2*]

Stabunt et parii lapides spirantia signa

et alibi:[3*]

Argentum pariusue lapis circumdatur auro *ACR.*

7. *urit.* Incendit, ut Vergilius:[4*]

Carpit enim uires paulatim uritque uidendo
Femina nec nemorum p. m. nec herbae *ACR.*

grata proteruitas. Amantibus grata procacitas siue impudentia qua interdum consueuerunt commendari mulieres *ACR.*

urit grata proteruitas. *Ἐρωτικῶς* dixit quia plerumque ipsa superbia ac fastidium mulieris magis eam amatori commendat *POR.*

8. *lubricus.* Ad libidinem procliuis *ACR.*

et uultus n. l. aspici. Mire dictum est, cuius uultus cum aspectus est lubricos in amorem sui facit iuuenes *POR.*

9. *Cyprum deseruit.* Relicta in qua Venus colitur insula me totum occupauit *ACR.*

nec patitur Scythas. Non sinit me cantare de proeliis.

2 *hoc schol. om. cod. Med.* 3 Semele *in lem. cod. Med.* 8 isdem *cod. Med.* iisdem *Fabr.* 14 et *add. ex cod.* 16 circumdatus *Fabr.* 17 ut *add. ex cod. item paulo post* nec nem. p. m. n. h. 28 amatorem *cod.*

1* *Aen. III 126* 2* *Georg. III 34* 3* *Aen. I 593* 4* *Georg. III 215*

Dicit autem se amore Veneris et deliciis occupatum scribere bella non posse *ACR.*

10. *nec patitur Sc. et uersis a. eq. Parthum dicere.* Hic ostendit se deliciis Veneris occupatum non posse res bellicas scribere. [Non permittit, ait, dicere bella uel res alias quae non pertinent ad Venerem: sed illud cogit dicere quod expetit natura.] *POR.*

uersis equis. In fugam retortis, quare fortiores dicuntur Parthi, ut: 1*

Et missam Parthi poscunt in terga sagittam *ACR.*

12. *nec quae nihil attinent.* Id est, quae ad uoluptatem non pertinent nec attinent ad amorem ut: 2*

Quin tu aliquid saltem potius quorum i. usus *ACR.*

nec quae nihil attinent. Iocunde nihil ad se pertinere ait alia nisi quae ad Venerem pertinent *POR.*

13. *hic uiuum mihi cespitem h. V. p. p.* .... aut terra uirens aut cespes ad sacrificium. Bene autem uerbenas cespitem et tus Veneri promittit quae non placatur sanguine. Vergilius: 3*

Tum Venus: haud equidem tali me dignor honore

et item: 4*

centumque Sabaeo
Ture calent arae sertisque recentibus halant.

Verbenas autem dixit herbas sacras ut Vergilius: 5*

Verbenasque adole pingues et mascula tura

1 se scribere *Fabr. Med., om. cod.* 3 *post* dicere *in lemma. cod. add.:* nec quae nihil attinent *sed punctis subpositis* 5 *Verba uncis inclusa recte om. cod. Med. Pat.* 8 *si uerba* quare f. d. P. *non secludenda at certe corrupta uidentur* 10 *haec uerba non repperi; subsimilia sunt haec Lucanea:* et missa Parthi post terga sagitta *I 230* 14 iocunde *cod.* inc. *Edd.* 16 uerbena aut terra *etc. Fabr. Med.* aut terra *etc. cod. Grauior corruptela sine dubio hic statuenda. Vide num sic possit sanari:* Erat *uel* adhibeatur terra uirens aut cespes ad sacrif. *In priore enim schol. parte de* cespite *agitur, de* uerbenis *in altera; quare pro* uerbena *illo lacunam signaui* 18 tus̊ *cod.* thus *Fabr. Med., sic et infra* 23 alant *cod. Med.* halant *Fabr.* 24 *hinc nou. schol. incipit Med. sic:* uerbenas p. p. Herbas sacras *e. q. s. Desunt ea et quae secuntur in cod.*

1* *Lucan. I 230 (?)* 2* *Verg. Buc. II 71* 3* *Aen. I 335* 4* *Aen. I 416* 5* *Buc. VIII 65*

et Terentius: [1*]

ex ara hinc súme uerbenás tibi *ACR.*

16. *mactata ueniet l. hostia.* Id est, facto sacrificio mansuescet, hoc est, lenior Glycera Veneri ueniet quam proteruam dixerat *ACR.*

mactata u. l. h. Veneri scilicet mactata hostia lenior ueniet, de qua bene hoc dictum est, quia proteruam eam esse iam dudum ostenderat *POR.*

CARMEN I 20.

Vile potabis mod. sabinum. [Metrum sapphicum hendecasyllabum.] Maecenatem inuitat ad cenam, cui mediocritatem suam excusat promittens ei uinum sabinum nouitate uile, sed quod in amphoram graecam miserit, ut inde aliquid traheret suauitatis, eo tempore quo ille in theatro a populo laudabatur *ACR.*

Vile p. m. S. Maecenatem ad cenam inuitat promittens se ei uinum sabinum exhibiturum quod in amphoram graecam miserit ut inde scilicet aliquid adduceret suauitatis. *Vile* pro non uetusto uidetur dixisse. Alioqui sabinum uinum si uetustum sit non est uile. *POR.*

1. *uile.* Aut nouum aut certe abundans ideoque minoris pretii, ut Virgilius: [2*]

Si uero uiciamque seres uilemque phaselum

et: [3*]

Vilibus aut onerat pomis

2 sume hinc *Med. Fabr.* hinc sume *COM. CR. et Fleckeis.* 10 cenam *cod. et Acr. et Porphyr. ubiq.* coenam *Med. Fabr.* 16 amforam *cod.* 18 alioqui *cod. Pat.* alioqnin *Med. Fabr.* 20 ideoque *om. cod. Med. quam si ueram scripturam putas scribendum est:* ut (= quippe) nouum *uel* uinum aut n. aut c. a. est min. pr. 22 si uero *add. ex cod. et Med.* fasellum *cod. Med.* faselum *Fabr.*

1* *Andriae IIII 3, 11 (726) Fleckeis.* 2* *Aen. I 227* 3* *Georg. I 274*

aut *uile* uinum propterea quod ipsi uile sit, qui meliora potare consueuerit. Ordo est: Care Maecenas eques potabis uile Sabinum modicis cantharis quod ego ipse leui conditum graeca testa cum datus est tibi plausus in theatro ut ripae paterni fluminis simul et iocosa imago uaticani montis redderet tibi laudes *ACR.*

modicis. Paruis aut modicum modum habentibus *ACR.*

modicis. Videtur *modicum* pro paruo positum quod quidam negant existimantes modicum a modo dici et significationem habere eius quod graece *μέτριον* dicitur *POR.*

2. *cantharis.* Vasis uinariis ansas habentibus ut, Vergilius: [1*]

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa *ACR.*

leui . . . . aperui, protuli, ut: [2*]

Reléui dolia ómnia *ACR.*

conditum leui. Dicit se hoc uinum per semet ipsum inueteratum condidisse; leuisse se ergo gypso utique uult intellegi. Huic contrarium est Terentianum illud:

reléui dolia ómnia, omnes sérias

quod significat aperui et quasi regypsaui *POR.*

datus in theatro cum tibi plausus. Diximus et supra claros et bonae existimationis uiros plausu populi solitos fuisse in theatro excipi malos autem sibilari *POR.*

5. *care Maecenas eques.* Constat Maecenatem in equestri

2 consueuerit *cod.* consueuerat *Edd.* 7 modicum *addidi* 10 metron *cod.* *μέτριον Edd. Ceterum idem hoc schol. habet Auctarium COM. CR.* 11 ut Vergilius e. q. s. *add. ex solo cod.* 14 *ante* aperui *uocem lacunam signaui, quae ope COM. CR. fort. sic explenda est:* leui. Id est signaui, contrarium est releui, id est resignaui; *eodem fere uel ad similia ducit Porphyrionis schol. quod sequitur* 16 se *add. ex cod.* 17 inueterarium *cod.* se ergo *cod.* ergo se *Edd.* 19 releui dolia atque omnes *cod. Med. Pal.* releui dolia omnia, omnes *Fabr. et Terent. apud Fleckeis.* 20 significat *cod.* signat *Edd. Ceterum sciendum, hoc et quod seq. Porphyr. schol. in libris omnibus sedem post* Vaticani montis etc. *uers. 7 habentia me in sedem suam reduxisse* 21 *Cfr. ad Carm. I 1, 7* 23 sibilari *cod. (Cfr. Hor. Serm. I 1 66)* exsibilari *Edd.*

1* *Bucol. VI 17* 2* *Ter. Heautontim III 1, 51 (460) Fleckeis.*

ordine mansisse sua uoluntate, cum ei facultas consulatus pateret *ACR.*

care Maecenas eques. Constat Caium Maecenatem in equestri dignitate sua uoluntate permansisse cum utique facultas lati claui pateret *POR.*

ut paterni fl. Paterni ideo, quia de Tuscia fuit Maecenas unde oritur Tiberis, unde Vergilius: [1*]

Qui tuscum Tiberim et romana palatia seruas;

nam et Porsenae dicitur affinis fuisse *ACR.*

ut paterni fluminis ripae. Tiber ex Etruria uenit, quem paternum Maecenatı dicit, quia inde Maecenas oriundus. *Vaticanum* autem montem non longe a theatro Pompei esse scimus, quem resonuisse simul cum ripis Tiberis plausu populi dicit *POR.*

7. *redderet laudes.* Per echo scilicet *ACR.*

Vaticani. Vaticanus mons est uicinus theatro in quo dicit per echo auditas uoces, ut Vergilius: [2*]

Saxa sonant uocisque offensa resultat i. *ACR.*

9. *Caecubum.* Vinum Campaniae regionis *ACR.*

et prelo. Prelum dicitur unde uuae premi consueuerunt *ACR.*

10. *tu bibes uuam.* Pro uino; μετωνυμία τρόπος dicitur. Huic contrarium Plautus in Trinummo fecit uinum pro uua dicens: [3*]

Istud uínum priusquam cóctum est pendet pútidum *POR.*

1 dum *libri.* cum *correxi* 3 Caium *add. ex cod.* 5 pateretur *Med. Pat.* pateret *cod. Fabr.* 9 porrennae *cod.* 11 paternum Maecenati *cod. Pat.* patrem Maecenati *Med.* patrem Maecenatis *Fabr.* fuit oriundus *Fabr.* fuit *om. cod. Med. Pat. In eis quae secuntur* autem *om. Fabr. et addito lemmate* Vaticani montis *nouum schol. incipit; ut nos cod. Med. Pat.* 12 Pompei *cod.* Pompi *Pat.* Pompeii *Fabr. Med. Praeterea* non longe esse theatro P. *Edd. nisi quod Fabr.* a theatro 13 Tiberis *add. ex cod.* 20 prelum *cod.* praelum *Edd.* consueuerunt *cod.* consuerint *Med.* consueuerint *Fabr.* 22 τροπ. μετων. *Fabr.* μετ. τρ. *cod.* metonymia τρόπος *Med. Pat.* 25 istud (*sed pr. m.* istum) *cod.* illud *Edd.* tum *apud Plautum Ritscheli et Fleckeiseni apud quos praeterea* coctumst *est*

1* *Georg. I 499* 2* *Georg. IIII 50* 3* *II 4, 125 (525) Ritschel.*

mea nec falernae temp. uit. Id est: non fruor uino illarum ciuitatum neque sunt mea pocula similia *ACR.*

mea nec fal. t. uit. neque formiani. Ordo est: mea pocula nec falernae uites temperant nec formiani colles. Per quod significat nec falernum uinum se habere quod ei in cena exhibeat nec formianum [quae illorum temporum fuere nobilissima] *POR.*

fal. uites. Probati uini et optimi, de quo Vergilius: [1*]

et quo te carmine dicam
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis *ACR.*

neque formiani. Formiae ciuitas est unde est hoc deriuatiuum *ACR.*

CARMEN I 21.

Dianam t. d. uirgines. [Ad chorum uirginum et puerorum. Metrum duobus uersibus asclepiadeum, tertio pherecratium quarto glyconicum.] Augustus ludos saeculares instituit quibus hymni Apollini Dianaeque dicebantur a nobilibus pueris puellisque; et quidem pueri Apollini Dianae uirgines dicebant. Et hac ode hoc ipsum docet et hortatur ut cantent *ACR.*

1. *dicite.* Cantate, ut: [2*]

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos *ACR.*

Dianam tenerae dicite uirg. Dicite pro cantate positum est, ut: Cui non dictus H. p. e. L. D. *POR.*

3 nec form. *Med. Pat.* neq. form. *cod. Fabr. Deinde haec:* Ordo est etc. formiani *Edd. per aberrationem oculorum om. et* colles *uocem in lemma trahunt* 5 significat *cod.* signat *Edd.* ei coena *Fabr.* ei in c. *cod. Med. Pat.* 6 *quae uncis inclusi om. cod. Med. Pat.* 9 et quo te c. dicam *om. cod. Med.* 10 celsis *Med.* 11 deriuatiuum *cod. COM. CR.* deriuatum *Fabr. Med.* 13 Dianam .... puerorum *om. cod.* 16 a nobil. pueri Apollini Dianae uirgines. Hac ode *sic (!) cod. Med.* a nobilibus, quas pueri Ap. D. uirg. canebant, et hac ode *Fabr. Nos lacunosum locum duce COM. CR. aliter expleuimus* 23 est *om. cod.*

1* *Georg. II 96* 2* *Georg. III 6*

2. *intonsum.* Crinitum *ACR.*

Cynthium. Apollinem a Cyntho monte Deli in quo natus est, Verg.: 1*

Cum canerem reges et proelia Cythius aurem
Vellit et admonuit *ACR.*

3. *Latonamque supremo.* Maximo, ut Terentius: 2*

pró supreme Iúppiter

et: 3*

rex ipse Iouis,de gente suprema *ACR.*

penitus. Aut ualde aut familiariter, ut: 4*

penitus modo non genus omne perosos
Femineum *ACR.*

6. 4. *Latonamque supremo dilect. pen. Ioui.* *Supremo* pro summo ut supreme Iuppiter a Terentio dicitur. *Penitus* autem dilectam pro ualde dilectam, ut: penitus modo non g. o. perosos Femineum i. e. funditus et pro familialiter dilectam intellege. *POR.*

5. *uos laetam.* Ordo est: uos dicite laetam comam nemorum et quaecumque prominet fluuiis aut Algido gelido aut nigris siluis Erymanthi montis Arcadiae aut nigris siluis uiridis Gragi et uos mares tollite Tempe Apollinis totidem laudibus et Delon natalem Apollinis et humerum insignem pharetra fraternaque lyra. *ACR.*

7. *nigris aut Erymanthi siluis.* Erymanthus mons in Arcadia est. *Nigris* autem siluis umbrosis intellegamus *POR.*

2 *isdem uerbis utitur Seruius ad locum infra dictum* 6 Terentius *om. cod.* 7 pro *cod.* proh *Med.* proch *Fabr.* Iuppiter *cod.* Iupiter *Fabr. Med. et sic fere ubique* 10 ut *om. Fabr.* 11 perosum *cod. Med.* perosos *Fabr. COM. CR.* 14 Iupiter *libri* 16 perosum *cod. Med. Pal.* perosos *Fabr. Deinde:* fem. funditus et penitus dilectam intellige *Med. Pal.* penitus igitur funditus dil. intell. *Fabr.* foemineum funditus. Et pen. dil. pro familiariter dilectam intelligi *cod. Fort. aliis ut melius locum restituant continget* 18 *turbatum uerborum in priore schol. parte ordinem reliqui, quamquam talis ab ACR. uix profectus sit, immo talis:* uos dicite laetam fluuiis et coma nemorum quaec. *e. q. s.* 23 pharetra fraterna l. *cod.* frat. lyra *Fabr.* faretra lyra *Med.* 25 est *add. ex cod.*

1* *Bucol. VI 3* 2* *Ter. Adelph. II 1, 42 (196) Fleckeis.* 3* *Aen. VII 220* 4* *Aen. VIIII 139*

8. *Gragi.* Gragus mons Lyciae in quo chimaera fuisse dicitur *POR.*

9. *Tempe.* [Mons et] amoena loca Thessaliae. Verg.:[1*] Speluncae uiuique lacus et frigida Tempe *ACR.*

uos Tempe tot. toll. l. Tempe locus est in Thessalia opacitate et Peneo flumine amoenus, quem in honorem Apollinis merito laudat, quod ibi laurus plurima sit *POR.*

12. *fraternaque hum. lyra.* Quia a Mercurio lyra inuenta est et Apollini data ab eo et quia Apollo frater Mercurii putatur *ACR.*

fraternaq. h. lyra. Et hic ex superiore accipe *insignem Cynthium;* per figuram haec locutio est intellegenda ut sit: Apollinem insignem humerum habentem, ut: sacra comam dicitur a Vergilio[2*] et multa similia. *Fraterna lyra*: Mercurius lyram inuenit qui frater Apollinis est *POR.*

13. *hic bellum.* Ordo est hic: hic motus uestra prece a populo et principe Caesare aget lacrimosum bellum et pestem cum misera fame in Persas atque Britannos *ACR.*

lacrimosum. Luctuosum, ut Vergilius:[3*]
Siue Getis inferre manu lacrimabile bellum *ACR.*

14. *a populo et principe Caesare.* Numquid *principe* et ad populum referemus ut sit a populo principe, quia populus

3 *totum schol. om. cod., alteram partem* Verg. etc. *om. Med.* loca *addidi; cfr. Seru. loco infra laudato qui et ipse habet:* loca amoena Thessaliae 5 Tempe locus est *cod.* T. locus *Med. Pat.* Locus *Fabr.* 6 Paeneo *cod.* poenaeo *Med.* quem — laudat *cod. Pat. Med.* qui laudatur *Fabr.* 9 et *addidi* 11 et hic ex sup. acc. ins. citharam *cod.* et hic et sup. acc. insigne cithara *Med.* et hic et sup. acc. insignem cithera *Pat.* et hic et in sup. a. insignem cithara *Fabr.* 12 locutio *cod.* eloc. *Edd.* 13 lactam (m *litt. deleta*) comam *cod., qui idem in marg.* laetam coma *addit, ac si lemma esset ad uers. 5.* ut laeta coma *Med. Pat.* ut lacta comam *Fabr., quorum tamen nullum apud Verg. repperi; ergo correxi* sacra comam, *quod solum in Porph. interpretationem quadrat; cfr. Aen. VII 60* 14 fraterna lyra *in nouo lemmate ponit Fabr.* 19 lachrimosum *et* lachrimabile *Fabr.* lachrym. *et* lachrym. *Med., ut nos cod.* 21 priucipe et ad *cod.* principe ad *Med. Pat.* priucipem ad *Fabr.*

1* *Georg. II 469* 2* *Aen. VII 60* 3* *Aen. VII 604*

Rom. princeps et rector omnium populorum recte dicitur? *POR.*

16. *aget.* Aut auertet aut abiget *ACR.*

CARMEN I 22.

Integer uitae. [Metrum sapphicum hendacasyllabum tribus uersibus, quartus adonius.] Ad Aristium Fuscum scribit amicum suum indicans innocentiam semper et ubique tutam esse etiam inter res saeuas et periculosas; cuius rei testimonium documentumque ipse ceperit cum alias tum praecipue cum in Sabinis in agello suo spatiantem se ingens lupus fugerit. Dubitandum tamen est utrum iculariter an uere dicatur quia lupi [singuli] singulos homines inuadere consueuerunt *ACR.*

Integer uitae sc. p. Ad Aristium Fuscum haec scribuntur quibus indicat innocentiam semper et ubique tutam esse, cuius rei testimonium ipse acceperit tunc cum in Sabinis in agello suo spatiantem se lupus inmensae magnitudinis fugerit. Et haec dubito utrum ioculariter dicantur an uere quoniam lupi dicuntur solere singulos homines inuadere *POR.*

1. *integer.* Innocens *ACR.*

integer uitae. Vt Vergilius: [1*]

O praestans animi iuuenis *POR.*

2. *non eget Mauris iac.* Id est quibus utuntur Mauri; est enim primitiuum pro deriuatiuo *ACR.*

3. *grauida.* Plena fertili, ut:[2*]

Bis grauidae pecudes bis pomis utilis arbos *ACR*

1 princeps et *cod.* pr. erat et *Edd.* recte *cod.* et recte *Edd.* 3 auertet ut abiget *Fabr.* aut auert. aut ab. *cod. Med.* 10 singuli *add. libri* 12 scribitur *pr. m. cod.* 14 Sabinis *Fabr.* in Sabinis *cod. Med. Pal.* 15 inmensae *cod.* imm. *Edd.* 17 singulares *cod.* singulos *Edd.* 19 *hoc schol. ab eo quod praecedit non seiunxit Fabr.* 23 plena fertili *cod.* plena fertilis *Med. Fabr.* plena: etiam fertilis *COM. CR.* 24 pomis bis *cod.* bis pomis *Edd.*

1* *Aen. XII 19* 2* *Georg. II 150*

grau. sag. Fusce pharetra. Grauida pharetra pro graui ac per hoc plena μεταφορικῶς *POR.*

5. *Syrtes.* Syrtes loca Africae in mari feruentes harenis uel breuia uada per quae loca Cato duxit exercitum *ACR.*

aestuosas. Aut porcellosas aut nimio sole feruentes, unde Vergil.: [1*]

et inhospita Syrtis

7. *Caucasum.* Caucasus mons Scythiae praeter habitationes hominum, de quo Verg.: [2*]

sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus *ACR.*

fabulosus. Aut longinquus aut de quo multa finguntur miranda [per fabulas ex monstris uariis quibus abundat] *ACR.*

7. *Lambit.* Metaphora a lingua eo quod leniter fluat et ripas suas tamquam lingua lambat *ACR.*

lambit Hydaspes. Hydaspes amnis Indiae. *Fabulosus* autem dictus quia India plurima genera miraculorum et digna fabulis ferat. *Lambit* autem translatiue dictum est a lingua, per quod significat Hydaspen fluuium lenem esse et leniter ripas suas tangere *POR.*

Hydaspes. Fluuius Mediae siue Indiae. Vergilius: [3*]

aut Medus Hydaspes *ACR.*

9. *namque me.* Ordo est: Namque me inermem fugit lupus in sabina silua dum canto meam Lalagen et uagor ultra terminum expeditis curis *ACR.*

10. *dum meam canto L.* Id est, dum amicae laudibus illicior uoluptate cantandi. *Meam* autem, quam diligo, ut Vergilius: [4*]

1 grau. sag. *in lem. om. cod. Med. Pat.* faretra *utroque loco cod.* 2 μεταφορικῶς *cod.* metaphora *Edd.* 3 *hoc schol. om. cod. et Med.* 10 seu duris *Fabr. Om. totum locum Vergilianum Med.* 13 *uerba inclusa om. cod. et Med.* 16 Et si *(sed punctis suppositis)* fabulosus dictus autem *cod.* fab. autem dictus *Edd.* 17 quia *cod. Med. Pat.* quod *Fabr.* 19 significat *cod.* signat *Edd.* hydaspen *cod.* Hydaspem *Edd.* lenem leuiter *Med. Pat.* lenem leniter *Fabr.* lenem esse et leniter *cod.* 21 siue *cod.* uel *Edd.* 22 aut *cod.* et *Fabr.* ut *Med.* 25 expeditis *cod.* expeditus *Edd.*

1* *Aen. IIII 41* 2* *Aen. IIII 366* 3* *Aen. IIII 211* 4* *Georg. IIII 490*

Restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsa
Immemor heu uictusque animi respexit *ACR.*

canto Lalagen. Id est, carmen in Lalagen nomine amicam compositum. Sic et liber Lucilii sextus decimus *Collyra* inscribitur, eo quod 'de Collyra amica' inscriptus sit; etiam nos sic plerumque loquimur *POR.*

11. *et ultra term. c. u.* Id est, ultra terminum fundi mei procedo lucorum uoluptate illectus; *curis* autem *expeditis* pro ipse *curis expeditus* i. e. securus *POR.*

13. *portentum.* Pro lupo posuit *ACR.*

militaris. Quia uiros fortes et aptos militiae habuit. Vergilius: [1*]

Haec genus acre uirum Marsos pubemque Sabellam
Assuetumque malo Ligurem Volscosque uerutos
Extulit haec Decios Marios magnosque Cam. *ACR.*

Daunia. Apulia dicta a Dauno rege socero Diomedis aut a regione in qua pater Turni Danaus regnauit, unde est: [2*]
Dauni miserere senectae *ACR.*

neque militaris Daunia. Daunia Apulia dicta a Dauno rege socero Diomedis quam *militarem* dixit quia militiae aptos uiros habet *POR.*

14. *latis.* Magnis et uastis et pro siluarum magnitudine feris abundantibus *ACR.*

aesculetis. Sicut pinetis a pino sic aesculetis dixit ab aesculo *ACR.*

1 Eurydicemque *Fabr.* 4 canto] compono scil. librum. Lucilii *Med. Pat.* canto Lalag.] compono scil. librum Lalagen: ita liber Sexti Decii *Fabr.* Vt nos *cod., sed pro* sic et *habet* scilicet. *Simillima sunt quae in Auctario COM. CR. leguntur haece:* Id est, carmen in Lalagen amicam eius compositum nomine; sic et l. Luc. s. d. C. i. e. q. d. C. a. scriptus sit. *Cfr. Lucilii fragm. ed. Gerlach p. 41, cui huic testimonio non ita multum tribuendum uidetur; non adsentior* liber Lucilii sextus decimus *cod.* Lucilii sextus dec. *Med. Pat.* liber Sexti Decii (!) *Fabr. Cfr. etiam van Heusdii epist. crit. ad C. Fr. Hermannum p. 39* 5 amicus scriptus sit *Fabr.* amica sc. sit *Med. Pat.* amica inscriptum sit *cod.* *uerba* etiam nos sic pl. loq. *num genuina sint dubito* 8 illectus *cod.* oblectatus *Edd.* 19 Daunia *bis cod. Med. Pat.* Daunias *Fabr.* 21 habet *cod. in marg.* 22 *hoc schol. om. cod. Med.*

1* *Georg. II 167—69* 2* *Verg. Aen. XII 934*

latis alit aesculetis. Aesculeta ab aesculo arbore ita dicuntur ut pineta a pino *POR.*

15. *nec Iubae tellus.* Vt supra a rege significat prouinciam. Iuba enim rex Maurorum fuit; quae regio et sicca est et leonibus abundans. Verg. in eius execrationem laudans Italiam:[1*]

At rabidae tigres absunt et saeua leonum
Semina *ACR.*

nec Iubae tellus. Mauritania intellegenda a Iuba rege *POR.*

16. *arida nutrix.* Siticulosa. Vergil:[2*]

Hinc deserta siti regio *ACR.*

17. *pone me pigris.* Frigidis locis Scythiae. Vergilius:[3*]

Semper hiems semper spirantes frigora Cauri *ACR.*

pone me pigris. Cur *pigros* campos dixerit ipse ostendit subiciendo: *ubi nulla campis arbor aestiua recreatur aura POR.*

18. *recreatur.* Perflatur *ACR.*

19. *quod latus.* Ac si diceret, quam partem *ACR.*

quod l. m. Latus pro qualibet mundi parte posuit *POR.*

20. *malusque Iuppiter.* *Iouem* acrem posuit, ut Verg.:[4*]

Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri;

nebulae malusque Iuppiter ac si diceret, loca sine sole; Verg.:[5*]

plaga solis iniqui

et item:[6*]

Tum sol pallentes haud umq. discutit umbras *ACR.*

urget. Comprimit, ut:[7*]

Caerulea glacie concretae atque imbr. atris *ACR.*

malusq. Iuppiter urget. *Iouem* pro tempestate ponere poeticum est; sic et Vergilius:[8*]

1 Aesculeta ab *cod.* Aesculetis ab *Edd.* 5 execratione *Fabr.* execrationem *cod. Med.* 12 hic *Fabr.* hinc *cod. Med.* regio est *cod. Med.* 15 quur *cod.* 17 recreat] Proflatur *Fabr.* recreatur, proflatur *Med. schol. om. cod. Nos* perflatur *ex COM. CR. reduximus* 20 Iuppiter *in Acronis cod. fere ubique per* pp *in Porph. cod. per* p *scribitur* 21 descendet *cod.* descendit *Edd.* 22 neb. mal. Iup. *om. cod. Med.* 28 uerget *pro* urget *Med. Pat.*

1* *Georg. II 151* 2* *Aen. IIII 42* 3* *Georg. III 356* 4* *Bucol. VII 60* 5* *Aen. VII 227* 6* *Georg. III 357* 7* *Georg. I 236* 8* *Aen. III 117*

modo Iuppiter adsit
Tertia lux classem cretaeis sistet in oris;

ergo *malus Iuppiter* pro eo quod est iniqua tempestas *POR.*

21. *pone sub curru.* [Aut in frigidis partibus Scythiae] Vel in ardentibus partibus Africae si poneretur, Lalagen se amicam suam dicit securum omnium periculorum bono innocentiae posse cantare *ACR.*

nimium propinqui. Vt: [1*]

Semper sole rubens et torrida semper ab igni *ACR.*

pone sub c. n. p. solis. Id est in Africa, cui sol scilicet propior est quam ceteris terris *POR.*

22. *domibus negata.* Κεκαυμένην dicit inhabitabilem *ACR.*

domibus negata. Quia ultimae partes Africae inhabitabiles sunt propter nimios calores *POR.*

23. *dulce ridentem* .... ut Vergilius: [2*]

fuit aut tibi quicquam
Dulce meum *ACR.*

dulce ridentem. Pro *dulciter* ridentem: nomen pro aduerbio positum *POR.*

CARMEN I 23.

Vitat hinn. [Metrum duobus uersibus asclepiadeum et primus uersus per resolutionem scanditur ita: uitat hinnuleo me similis Chloe; tertius pherecratius, quar-

4 *uerba uncis inclusa sunt male repetita ex schol. ad uers. 17* 5 poneretur. Lalagen *sic male interpungunt Edd.* 10 In Afr. sc. cui sol. prop. *Edd.* Id est in Afr., cui scil. s. p. *cod.* 12 cecanmen inhabitabilem b. *sic cod.* Cyrenaicam *(ut Plin. X 29, 41)* dicit inhab. *Fabr. Med.* *Κεκαυμένην scr. graec. litt., ut est apud Seru. Aen. VI 795; poteram etiam* cecaumenen *uel διακεκαυμένην ut Hyg. Astron. I 8* 13 africae *cod.* aphricae *Edd.* 15 *hoc schol. om. cod. Atque si non suppositicium at tamen lacunosum est, fort. sic explendum:* Dulce hic pro dulciter, non nomen est ut Vergilius *(Cfr. Seru. ad l. l.)* 19 positum *cod.* ponitur *Edd.* 20 uitat *(pro* uitas) *ubique libri*

1* *Georg. I 234* 2* *Aen. IIII 317*

tus glyconicus, qui et ipse per resolutionem scanditur ita: a u r a r u m e t s i l u a e m e t u.] Ad Chloen iam maturam uiro scribit contactum suum fugientem cui ueluti suadet, uirorum eam contactum non debere uitare et comparat eam hinnulo imbelli et natura timido, quod sicut ille leonem et tigridem sic ista fugiat uiros: feras asserens insequi ut occidant, se ad hoc uelle consequi eam ut amplectatur. Sensus autem hic est: Chloe me uitat atque timet ut hinnulus qui ceruae matri aberrauit et ad omnes motus aurae uel nemoris tremit. Ordo est: Chloe uitat me similis hinnulo quaerenti pauidam matrem in auiis montibus non sine uano metu aurarum et siluae *ACR.*

Vitat hinnuleo m. s. Chloe. Haec ode in puellam refugientem tactum uiri scripta est. Sensus est autem: Chloe me uitat atque timet ut hinnuleus qui a matre aberrauit *POR.*

2. *auiis.* Praeter uiae usum qua ferae ambulare consueuerunt [ut naturam timiditatis ostenderet]; Vergilius: [1*] A u i a t u m r e s o n a n t a u i b u s u i r g u l t a c a n o r i s *ACR.*

5. *nam seu mobilibus.* Hypallage est pro: mobilia folia inhorruerunt aduentu ueris *ACR.*

nam s. mob. ueris inh. aduentus foliis. Ὑπαλλαγή est pro: ueris aduentu folia mota inhorruerunt i. e. commota sunt ac tremuerunt *POR.*

inhorruit. Conturbata est, ut: [2*] i n h o r r u i t a r m o s item: [3*] e t i n h o r r u i t u n d a t e n e b r i s *ACR.*

6. 7. *seu uirides r. dimouere lac.* Colorem lacertarum

2 Cloe *cod. et Med. ubique* 3 suum fug. — non debere *om. cod.* 5 hinnuleo *cod. Fabr.* innuleo *Med. item in lemmate (in cod. omisso)* 6 astruens *libri. scr.* asserens *s.* asseuerans; astruere *enim idem significare atque affirmare* asserentibus *Agroet. Orthogr. p. 2268 P. et Bedae p. 2334 P. fides non habenda; cfr. Sillig. ad Plin. XII 18, 41* 8 que timet *cod.* et timet *Edd.* innnlus *et infra* innulo *Med., cum aspirat. cod. Fabr.* 13 nitat *libri prater Fabr. q. habet* uitas in nleo *cod.* innuleo *Med.* himileno (*sed paulo post* hinuleus) *Pat.* chloe *cod. Fabr.* cloe *Med. Pat.* 16 nisum *cod.* consuerunt *Med.* 21 υπαλλαγη est *cod.* (b *supra* υ *scr.*) ηπαλλαγη *Med. Pat.* ὑπαλλ. *Fabr.* 22 nata (*pro* mota) *cod. Pat.*

1* *Georg. II 328* 2* *Aen. X 710* 3* *Aen. III 195 (V 11)*

expressit epitheto, quae talibus locis latere consueuerunt; Vergilius: [1*]

N u n c u i r i d i s e t i a m o c c u l t a n t s p i n e t a l a c e r t o s *ACR.*

seu uirides rub. dim. lac. *Rubi* sentes sunt mora ferentes. Sic denique et a rusticis hodieque in Italia appellantur *POR.*

8. *et corde et genibus.* Id est animo et corpore *συνεκδοχικῶς*; genibus enim capti tremere consueuerunt *ACR.*

9. *atqui non ego te tigris.* Ordo est: atqui non persequor ego te frangere ut aspera tigris uel gaetulus leo. *Tigris* animal uelocissimum est *ACR.*

atqui non ego te tigris ut aspera. Sensus est: Non tamen ita tu timere hoc Chloe debes ut hinnuleus quia ille periculum uitae a tigride uel a leone timet; ego autem te non ea mente persequor ut absumam sed ut amplectar. Quare non ut ille ita tu matrem adhuc debes sequi cum sis id aetatis ut uirum ferre possis *POR.*

11. *tandem.* Ad proprium desiderium rettulit, ut Vergil.: [2*]

V e n i s t i t a n d e m t u a q u e e x p e c t a t a p a r e n t i
V i c i t i t e r d u r u m p i c t a s *ACR.*

12. *tempestiua uiro.* Id est, matura uiro et uiri patiens et coniunctioni apta *ACR.*

CARMEN I 24.

Quis desiderio s. p. a. m. [Metrum tribus uersibus asclepiadeum, quartus glyconicus.] Consolatur hac ode Vergilium impatienter amici sui mortem lugentem. Sensus

1 epitheto *cod.* epitheton *Edd.* laetae esse *cod. Med.* latere *Fabr.* 3 uiridis *cod.* uirides *Edd.* 4 rubies sentes sunt morae agrestes *cod.* rubus species sunt mori agrestis *Edd.* *Temptaui ipse:* mora ferentes (gerentes?) *quode cfr. Plin. XVI 37, 41; add. Ouid. Met. I 105* 5 et *om. Fabr.* hodieque *cod.* hodie *Edd.* 12 non ita cloe (Chloe *Fabr.*) t. t. h. debes *Edd.* non tamen ita t. t. h. chl. deberes *cod.* 14 persequor *cod.* proseq. *Edd.* adsumam *cod.* abs. *Edd.* 15 cum sis *cod.* cum tu sis *Edd.*

1* *Bucol. II 9* 2* *Aen. VI 687*

autem est uel ordo: Da mihi praecepta carminis o musa quibus ostendam quis modus desiderio esse debeat carissimi sodalis aut amici. Quidam autem fratrem Vergilii hunc uolunt esse quia dicit: *tam cari capitis* *ACR.*

Quis d. s. p. a. m. t. c. c. p. l. Haec ode θρῆνον continet in Quintilium sodalem Vergilii. Sensus autem est: [Praecipe i. e.] da mihi praecepta carminis o musa ut ostendam quis modus desiderii esse debeat carissimi amici *POR.*

3. *cui liquidam pater.* Puram dulcem siue canoram; Vergil.: [1*]

Tum liquidas corui presso ter gutture uoces
Aut quater ingeminant *ACR.*

pater. Iuppiter. Iouis enim et Mnemosynes filiae musae esse dicuntur. Ordo autem est: Melpomene cui pater dedit liquidam uocem cum cithara praecipe lugubris cantus, quis pudor aut modus sit desiderio tam cari capitis *ACR.*

5. *ergo Quint.* Ordo est: ergo perpetuus sopor urget Quintilium cui pudor incorrupta fides iustitiae soror nudaque ueritas quando ullum inueniet parem *ACR.*

urget. Mors ut: [2*] ferreus urget
Somnus

et: [3*] Tum consangineus leti sopor *ACR.*

ergo Q. p. s. urget. Eleganter et poetice soporem pro morte dicit *POR.*

7. *incorrupta fides.* Fides incorrupta bene est appellata iustitiae soror *ACR.*

nudaque ueritas. Infucata et pura quae nihil occulti habeat ut egeat tegumento *ACR.*

4 esse quia dicit *om. cod.* quia dicit *om. Med.* 5 θρηνον *cod.* θρῆνος *Fabr.* τροπος *Med. Pat.* 6 Vergilii *cod.* Horatii *Edd. Fort. scr. Horatii et Vergilii* 7 praecipe i. e. *om. cod. Med. Pat.* o *om. Edd., add. cod.* 8 modus *(cod. in marg.)* desiderii *cod.* m. desiderio *Edd.* 15 lugubris *cod.* 16 desiderio *addidi* 17 ergo *alterum addidi* 19 ueritas erat quando ergo inu. *libri, ut nos etiam COM. CR.* 22 tum *Med.* tunc *Fabr.* tamen *cod.* 24 dicit *cod.* posuit *Edd.* 25 incorrupta bene *add. ex cod. et Med.* 27 nil *Med. Fabr.* nihil *cod.* 28 aut e. argumento *cod. Med.* ut e. arg. *Fabr.* ut e. tegumento *COM. CR.*

1* *Georg. I 410* 2* *Aen. X 744* 3* *Aen. VI 277*

nudaque uer. Bonum *ἐπίθετον* ueritatis *nuda* ideo quia nihil occultet ac celet *POR.*

8. *quando.* Acuta prior est syllaba *quando,* ut uim interrogatiuam habeat *POR.*

9. *occidit.* Mortuus est. *Occidisse* autem magnos et probatos uiros dicebant, ut: [1*]

quin occidit una
Sarpedon mea progenies *ACR.*

11. *tu frustra.* Irrationabiliter et sine remedio, ut: [2*]

nil iam caelestibus ullis
Debentem *ACR.*

tu frustra pius heu. Frustra reposcis, inquit, Quintilium non sub hac spe illis commendatum et creditum pro commisso, ut supra: [3*] nauis quae tibi creditum Debes Vergilium *POR.*

creditum. Commissum commendatum, ut Verg.: [4*]

ausus se credere caelo;

unde et homines animas reddidisse dicuntur tamquam quas ad hoc acceperint ut restituerent *ACR.*

13. *quid si.* Ordo est: Quid si blandius threicio Orpheo moderere fidem auditam arboribus, numquid redeat sanguis uanae imagini, quam Mercurius non lenis recludere fata precibus semel compulerit nigro gregi horrida uirga? *ACR.*

blandius. Delectabilius *ACR.*

Orpheo. Orpheus Thrax fuit, qui dum cantu suo uel cithara arbores commoueret ut sequerentur, Eurydicen tamen suam uxorem reuocare ab inferis non potuit. Vergilius: [5*]

1 bonum epith. ideo q. n. occulus tenet ac celet *Pat.* b. e. i. q. n. occulus tenet ac caelat *Med.* b. e. i. q. n. oculis t. accellat *Fabr.* *Vt nos cod. nisi quod* occult& ac *ead. m. in marg. scr.* 3 acuta priore syll. quando uim int. habet *Fabr. Med.* *Vt nos cod. et,* est *omisso, Pat.* 5 autem *Fabr. Med.* enim *cod.* 6 ut: quin occ. etc. *om. cod. Med.* 12 pios *cod.* *Ceterum male Edd. hoc schol. in duas partes distraxerunt sic:* tu frustra] Haec frustra reposcis inquit *et:* Quintilium] Non sub hac spe *etc.* *Vt nos cod., sed* spe *pr. m. in marg. add.* 13 Et creditum *cod.* ac cred. *Edd.* 14 quem *(sic!)* *cod.* q. *Med. Pat.* 20 quid si *utroque loco cod.* quod si *Med. Fabr.* 25 quidam *cod.* 27 uxorem *om. cod., item infra* animi

1* *Aen.* X *469* 2* *Aen. XI 51* 3* *Carm. I 3, 5* 4* *Aen. VI 15* 5* *Georg. IIII 489–91*

Restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsa
Immemor heu uictusque animi repexit. Ibi omnis
Effusus labor atque immitis rupta tyranni
Foedera *ACR.*

14. *fidem.* Chordam *ACR.*

15. *uanae.* Inani et mortuae umbrae *ACR.*

sanguis. Vita, Vergilius: [1*]

Purpuream uomit ille animam *ACR.*

imagini. Modo corpori, ut Verg. in IIII. Aeneidos: [2*]

Et nunc magna mei sub terras ibit imago

alibi umbrae, ut idem in eodem: [3*]

Admonet in somnis et turbida terret imago *ACR.*

15. *num uanae red. s. im. Imagini* i. e. umbrae, ut illud:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago *POR.*

16. *uirga.* Caduceo ut: [4*]

Tum uirgam capit; hac animas ille euocat Orco
Pallentes alias sub tartara tristia mittit *ACR.*

horrida. Seuera districta *ACR.*

17. *recludere.* Aperire *ACR.*

non lenis pr. f. recludere. Solita sibi figura dixit, ut: [5*]

Callidum quidquid placuit iocoso
Condere furto *POR.*

18. *nigro compulerit gregi.* Vmbrarum multitudini congregauerit, Vergilius: [6*]

Compulerantq. gregi Corydon et Tyrsis in un. *ACR.*

18. *nigro comp. gr. Nigro gregi* pro umbris poetice *POR.*

19. *durum.* • Sensus est: durum est tanti amici mortis dolorem ferre *ACR.*

sed leuius fit. Leuigatur. Suadet patientia leuius ferri quod corrigi non potest, ut: [7*]

5 *hoc schol om cod.* 7 uita *cod.* pro uita *Edd. Verba* Verg. *e. q. s. usque ad* Verg. *seq. scholii aberratione oculorum om. cod.* 9 in IIII eneidos *cod.* in quarto aenei *Med.* in qnarto Aeneidos *Fabr.* 13 num *cod. Med. Pat. cum optimis Hor. codd.* non *Fabr.* 19 *hoc schol. om. cod.* 21 quicquid *libri ubique et Acronis et Porphyrionis* 25 et ursis *cod.* 29 leuigatur. Snadet p. *Sic ad cod. et Med. in unum schol. coniunximus; in*

1* *Aen. VIIII 347* 2* *Aen. IIII 654* 3* *Aen. IIII 353* 4* *Aen. IIII 242* 5* *Carm. I 10, 7. 8* 6* *Bucol. VII 2* 7* *Aen. V 710*

Q u i d q. e r i t s u p e r a n d a o m n i s f o r t u n a f e r e n d o e s t Terentius: [1*] s i c
V t q u í m u s, a i u n t, q u á n d o u t u o l u m u s n ó n l i c e t *POR.*

20. *corrigere est nefas.* Non est licitum corrigere; *nefas* enim pro illicito posuit *ACR.*

durum: sed leuius f. p. q. c. e. nefas. Grata sententia *POR.*

CARMEN I 25.

Parcius i. q. f. [Metrum sapphicum hendecasyllabum, quartus adonius.] In Lydiam meretricem rapacem sed iam uetulam meritoque ab amatoribus passuram quae fecerat. Sensus est: Iuuenes qui olim fenestras tuas lapidibus incessebant ut excitata somno eis aperires iam te neglegere incipiunt et idcirco hoc rarius faciunt *ACR.*

Parcius i. q. f. Haec ode in meretricem rapacem sed iam uetulam et merito ab amatoribus passuram quae fecerat scripta est. Sensus autem est: Iuuenes qui olim frequentius fenestras tuas lapidibus incessebant ut excitata somno ianuas aperires iam te neglegere incipiunt; et idcirco haec rarius faciunt. *Iunctas* autem fenestras *obclausas* intellegendum *POR.*

1. *parcius.* Rarius, ut: [2*]
P a r c i u s i s t a u i r i s t a m e n o b i c i e n d a m e m e n t o *ACR.*

quatiunt. Concutiunt; ἀφαίρεσις est *AOR.*

2. *iactibus.* Lapidum scilicet *ACR.*

Fabr. male duo sunt sic: sed ieu. fit] Leuigatur. *et:* patientia] suadet *etc.*
2 Terent. *om. cod.; item cum Med.* et ut *pro* sic ut 8 etiam *Fabr.* iam *cod. Med.* 10 incessabant *Fabr. et cod.; sed* incessare *uerbum fuisse noli credere Eutychi II 2184 P. adfirmanti ad Stat. Theb. XI 861* 13 ode *om. cod. Med. Pal.* 14 iam *addidi ex cod.* 15 Sensus antem (est *addidi*): Innenes *et quae secuntur ad* faciunt *usque ex cod. addidimus. Edd. ea omittunt* 18 obclausas inteliegendum *cod.* obclusas intellig. *Med. Pal.* occius. intellig. est *Fabr.* 22 afferesis enim est *cod.* 23 iact. Lapidum scil. *cod.* ictibus. Lapidum *Edd.*

1* *Andr. IIII 5, 10 (805) Fleckeis.* 2* *Verg. Bucol. III 7*

proterui. Insolentes superbi *ACR.*

3. 4. *amatque ianua lim.* Non recedit a limine, semper clausa est nullo iam amatore iuxta solitum ueniente; aperta enim recedit a limine *ACR.*

amatque i. l. Mire in limine ianua est, inquit, i. e. obclausa est ianua. Cum enim aperitur recedit a limine *POR.*

5. *quae prius m. faciles m. cardines.* Non multum faciles sed multum mouebat faciles cardines in hac re *POR.*

faciles. Vncta, ne resonaret assiduo usu frequentius aperiendo *ACR.*

6. *minus et minus iam.* Id est: quod olim solebant amatores tui dicere adulescentes: *O Lydia pereunte me dormis,* iam minus et minus dici audis dum despiceris propter senectutem. Ab ipso autem dictum quod pueri aiebant. Est autem ordo: iam minus et minus audis: o Lydia dormis longas noctes me tuo pereunte [amore] *ACR.*

audis m. e. m. i. me tuo l. p. n. Quae olim solebant adulescentes amatores tibi dicere: *o Lydia pereunte me dormis,* iam hoc minus et minus audis dici *POR.*

9. *inuicem.* Modo hunc modo illum *ACR.*

moechos. Pro amatoribus posuit *ACR.*

10. *leuis.* Ordo est: Leuis anus flebis arrogantes moechos in uicem in angiportu magis sub interlunia Thracio uento bacchante *ACR.*

arrogantes. Te dedignantes *ACR.*

leuis. Contempta, ab amatoribus uacans *ACR.*

flebis in solo leuis a. Leuis pro nullius ponderis posuit; dicitur autem pro eo quod est contemptibilis; aut ergo *mori-*

6 obclusa (occl. *Fabr.*). Ianua enim cum *Edd. Vt nos cod.* 7 facilis *in lemm. Fabr.* 8 *uerba* sed multum mouebat faciles *om. Fabr.* 13 et minus dici *om. cod. Med.* 14 ab ipso illo *cod.* ab illo *Med.* 15 o Lydia iam dormis *Edd.* iam *(ex dittographia natum) recte om. cod.* 16 amore *om. cod. recte* 17 metu (*pro* me tuo) *cod.* adolescentes *libri;* adulescentes *scripsi quia in cod. aliis locis sic scribitur* 26 leuis] aut contempta (concepta *Fabr.*) aut ab am. uac. *Edd. Cod. cum praecedenti schol. confusum sic:* leuis cont. ab amat. arrog. te dedignante uacans 27 posuit pond. *cod.*

bus leuis aut amatoribus quondam tuis leuis i. e. contemptibilis *POR.*

10. *in solo l. ang.* *Angiportum* alii dicunt uicum sine exitu quasi in loco deserto et sine conuentu, ubi fletura esset; alii uicum angustum et flexuosum in modum anguis uel ipso secreto serpentibus tutum, quasi *anguis portum* *ACR.*

11. *thracio uento.* Aquilone uel Borea, ut: [1*]

threicio Aquilone *ACR.*

thracio uento. Id est, Aquilone *POR.*

bacchante. Insaniente, ut Vergilius in IIII. Aeneidos: [2*]
Saeuit inops animi totamque incensa per urbem
Bacchatur *ACR.*

11. 12. *sub inter—lunia u.* Tum magis flebis sub interlunia quia tunc fere concitantur tempestates quasi tetro tempore et in desertis locis ideo fleret ut doloris testem uitaret *ACR.*

sub inter — lunia. Recte quia tunc fere concitantur tempestates *POR.*

sub. Ante, ut Vergilius in III. Georg.: [3*]
Sub lucem exportant calathis, adit oppida p. *ACR.*

14. *furiare.* Nouo uerbo usus est quasi in furorem libidinis urgere. Vergilius: [4*]
Scilic. ante omnis furor est insignis equarum *ACR.*

quae solet matres f. equorum. *Furiare* uerbum fictum uidetur quod significat: cum furore concitare. Equas autem magis ceteris animalibus in libidinem uenercam accendi et Vergilius testis est ita dicens: scilicet ante omnes furor est insignis equarum *POR.*

1 moribus lenis *cod. Pal.* amoribus lenis *Med. Fabr.* 6 anguibus portum *cod. Med. Celerum cum mira hac interpretatione cfr. subsimilia apud Donatum ad Ter. Adelph. IIII 2, 39, Festum et Nonium* 10 in IIII aeneidorum *cod.* 14 tum *libri* 15 tempestatem (*pro* testem) *cod.* 16 sub inter Lunia *cod. in quo praeterea hoc scholion ut in Edd. male locum habet infra ad uers. 19* 18 in III geor. *cod.* in tertio Georg. *Med.* in quarto G. *Fabr.* 20 est *add. ex cod.* 22 omnis *cod. Med., item paulo post* equarum. *Contra* omnes *et* equorum *Fabr.* 24 significat *cod.* signat *Edd.* 25 ueneriam *cod.* et *om. Fabr.* 27 equarum *cod. Med. Pal.* equorum *Fabr.*

1* *Hor. Epod. XIII 3* 2* *u. 300* 3* *u. 402* 4* *Georg. III 266*

15. *ulcerosum.* Libidinis indagatione commotum uel certe quod pro aetate appetente ulcerosum spernatur *ACR.*

ulcerosum. Ex contemptu *POR.*

16. *non sine questu.* Non sine querela ut auaritiam meretricis ostenderet ne tum quidem sine lucro et pretio corporis . . . . *ACR.*

17. *laeta quod pubes hedera uirenti g.* Id est, quod puellas iuuenes ament quas in hedera et myrto intellegi uoluit *ACR.*

laeta q. p. hedera u. Ordo est: quod laeta pubes hedera magis gaudeat et pulla myrto; quod per allegoriam hoc significat: iuuenculos iuniores mulierculas quaerere. *Pullam* autem myrtum subcrescentem ac per hoc nouellam intellegendum *POR.*

18. *pulla.* Pullam dixit, ut eius coloris puellas ostendat amari *ACR.*

19. *aridas frondes.* Id est, anus et decrepitas mulieres et sic etiam aetate frigidas ut Hebro glaciali sint similes [merito a iuuenibus contemnendas] *ACR.*

hiemis sodali. Frigido ut hiemis tempore. Vergilius:[1*] S e m p e r h i e m s s e m p e r s p i r a n t e s f r i g o r a C a u r i

19. 20. *hiemis s. d. Hebro.* Vel quod frigidus sit Hebrus *hiemis sodalis* dicitur uel quod partis septemtrionalis sit, ubi frigus maximum est. *Hebrus* Thraciae fluuius est *POR.*

---

1 indagatione *COM. CR.* indignatione *libri* 6 *aut in fine genet. partic. alicuius deest aut posteriora uerba eicienda sunt* 7 edera *Fabr.* hedera *cod. Med.* 10 aedera *(suprascr.* h *litt.) sed paulo post* haedera *cod. (idem utroque loco* laetaq.*) Ceterum in Edd. omissis uerbis* ordo est — myrto; *sic legitur:* laeta q. p. h. u. g. p. m. a. m.] Per alleg. *Fabr.* laeta q. p. h. mag. g. et pulla myrto quod all. *Med. Pat. Vt nos cod. nisi quod pro* quod laeta *habet* laetaq. 11 quod *om. Fabr. Med.* 12 significat *cod.* signat *Edd.* 15 ostendat amari *om. cod.* 17 decrep. iam *Fabr.* iam *om. cod. Med.* 19 *aut uerba inclusa eicienda sunt aut post* similes *aliquid* (id est *s.* ergo) *excidisse statuendum* 22 *in libris duo schol. sunt hoc ordine:* Hebrus Thr. fluuius. *deinde:* hiemis sodalis *e. q. s. Transposuimus, coniunximus et in fine* est *ex cod. addidimus.*

1* *Georg. III 356 (cfr. I 23, 17)*

CARMEN I 26.

Musis amicus t. e. m. [Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius iambicus nouenarius hypercatalectus, quartus pindaricus.] Haec ode ad Aelium Lamiam scripta est, [Lamias enim ueteres nobilis dicebant familias] qua significat doctum et perfectum uirum tristitia sollicitudine uel metu carere. Iuuenalis: [1*]

Nesciat irasci cupiat nihil *ACR.*

Musis amica. Haec ode ad Aelium Lamiam scripta est qua significat doctis uiris nullam haerere sollicitudinem *POR.*

1. *Musis a. tr. e. m.* Ordo est: ego amicus musis, securus quid terreat unice Tiridatem et a quibus metuatur rex gelidae orae sub Arcto tradam tristitiam et metus proteruis uentis portare in creticum mare *ACR.*

2. *creticum.* Pro quolibet mari i. e. pro appellatiuo speciale *ACR.*

in mare creticum. Creticum mare pro quolibet mari dixit ita specie pro genere usus est *POR.*

5. *quid.* Quae res *ACR.*

Tiridaten. Tiridates rex Armeniorum siue Persarum fuit [iustissimus et ponitur pro omni homine iusto] *ACR.*

quid Tiridaten ter. Tiridates rex Armeniorum fuit *POR.*

6. *securus. Securus* amotus a cura dicitur *ACR.*

o quae f. i. Ordo est: O Pimplea dulcis quae gaudes integris fontibus necte flores necte coronam meo Lamiae *ACR.*

3 celium *cod. Med.* 4 lamias enim uetores nobilis dicebant familiae *cod. Med. Non genuina puto; Cfr. ad III 47, 1 unde fort. male huc translata sunt* 5 tristi soll. *Med. COM. CR.* 6 Iuuenalis *etc. om. cod. Med.* 9 signicat (fi *suprascr.*) *cod.* signat *Med. Pat.* haerere *cod. Med. Pat.* inh. *Fabr.* 11 et *addidi et in suum locum reduxi uerba* a quibus — Arcto *quae in libris male post* mare *leguntur* 17 speciem *cod.* specie *Edd.* 19 Tyridaten *libri* 20 *uerba inclusa om. cod. Med.* 21 Mithridatem *et* Mithridates *cod. Med. Pat. (Sed cfr. Iani adn. crit. ad h. l.)* Armenorum *(a gr. Ἄρμενοι)* cod.

1* *Iuuen. X 360*

integris. Plenis et immutationem nescientibus *ACR.*

9. *Pimplea.* Pimpleae musae dictae sunt aut a Pimplea fonte Macedoniae uel uico aut a monte Pimpleo Orchomeniorum aut a ueste, hoc est, peplo *ACR.*

Pimplea dulcis. Pimpleides musae dicuntur a Pimplea fonte Macedoniae *POR.*

9. *nil sine te.* Hoc est: aut quia sine musa non multum honoris uult intellegi Lamiae carmina sua posse conferre aut quia primus Horatius latine lyricum carmen scripsisse dicitur *ACR.*

10. *hunc fidibus nouis.* Chordis, ut Verg. in VI.: [1*]

Threicia fretus cithara fidibusque canoris.

Ordo est: Decet te tuasque sorores i. e. musas hunc sacrare nouis fidibus *ACR.*

11. *lesbio plectro.* Lyrico carmine *ACR.*

hunc lesbio s. p. t. t. d. sor. Ἀμφίβολον, sed sic intellegendum: et te et tuas sorores decet hunc Lesbio plectro consecrare; *lesbium* autem propter Sappho et Alcaeum dixit *POR.*

CARMEN I 27.

[*Natis i. u. l. sc.* Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius dimeter iambicus hypercatalectus quartus pindaricus *ACR.*]

Natis in us. laet. scyphis. Προτρεπτική ode est haec ad

1 imminutionem *cod.* 2 pyplea (*s.* piplea) *ubique cod. Med.* 3 a Pimplea fonte *pro* Pimpleo *correxi; cfr. Strab. VIIII 2, 25 τὴν Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἐνέδειξαν* 5 piplea *et* pipleides *cod. Med. Pat.* (*Item Festus:* Pimpleides musae a fonte Macedoniae dictae) a Pipleo fonte *cod. Med. Pat.* a Pimplea f. *Fabr.* 9 lat. lyr. carm. *Med.* carmen lyr. *Fabr.* latine liricum *cod.* 17 et te tuas *cod.* et tuas *Med. Pat.* et te et tuas *Fabr.* 18 saffum *cod.* saphum *Pat.* sapho *Med.* 22 Satis *cod., sed* S *littera ut omnes initiales a recenti manu adpicta est. Desunt item litt. initiales ubique in Med. et Pat.*

1* *Aen. VI 120*

hilaritatem cuius sensus sumptus est ab Anacreonte ex lib. III.[1*] *POR.*

Natis in u. l. sc. Ad hoc specialiter factis, ut est:

animal propter conuiuia natum *ACR.*

Natis in u. l. scyphis p. Thracum est. Natis pro factis, ut apud Lucilium est:[2*]

Iudicis Hortensi ad eam rem nata palaestra *POR.*

2. *Thracum.* Gentem significat sicut supra posuit per ebrietatem rixae deditam *ACR.*

3. *uerecundumque B. Verecundum* uel quod uirgineo ore fingatur uel quod uerecunde eo uti decet *ACR.*

3. 4. *uerecundumq. B. s. p. rixis. Verecundum* id est uerecunde tractandum. Ita autem figurata elocutio est ut apud Vergilium:[3*]

et tandem arcete periclis *POR.*

4. *sanguineis prohibete rixis.* Figura noua locutus est, *Bacchum rixis prohibete* cum dici oportuerit: a Baccho rixas prohibete. Est enim hypallage ut illud est: Accipite Aeneam et tandem arcete periclis [i. e. pericula arcete ab Aenea] *ACR.*

5. *lucernis.* Id est, conuiuiis quae a uespere inchoari consueuerunt, ut Verg.:[4*]

noctem flammis funalia uincunt *ACR.*

medus acinacis. Gladius Persarum, sed hic pro quolibet posuit. Lucanus:[5*]

decurrant medica Susis *ACR.*

5 scyphis *hic cod., supra* scyfis 6 apud Lucil. est *cod.* est *om. Edd.* 7 Pudicis *cod.* nata *om. Fabr., add. cod. Med. Pat. ('supplendum* nata' *Gerlach. loco infra dicto)* 8 sicut supra posuit *referendum est ad Carm. I 18, 9* 10 *ad* uirg. ore *cfr. Ouid. Met. III 607:* 'uirginea puerum forma' 12 uerecundum B. s. prohibere rissae *sic cod. Dein:* uerecundum i. e. detrectandum *cod.* uerecunde tractandum *dedi ex COM. CR.* 15 periclis Aeneam *Fabr.* Aen. *om. cod. Med. Pat.* 17 potuerit *cod. Med.* 19 *uerba inclusa om. cod. Med.* 22 ut Verg. *etc. om. cod. Med.* 24 acinacis *cod. Med.* acinaces *Fabr.* 26 decurrit m. S. *Med. Fabr.* decurrant *apud Lucan.*

1* *Fragm. 64 Bergk.* 2* *Lucil. frgm. p. 89, 61 ed. Gerlach.* 3* *Aen. VIII 73* 4* *Aen. I 727* 5* *Lucan. II 49*

acinaces. Gladius parthicus sed nunc pro omni gladio positum *POR.*

6. *immane quantum.* Admirando dicit i. e. ualde discrepat, h. e., non conuenit nec aptus est conuiuio laetitiae et uino barbarus animus *ACR.*

7. *lenite clamorem.* Rixam uel tumultum compescite *ACR.*

8. *et cubito remanete pr.* Quasi insurgentes ad iurgium admonet ut discumbant. Inter *accumbere* autem et *discumbere* et *recumbere* hoc interest: *Accumbere* deorum est ut: [1*]

tu das epulis accumbere diuum

discumbere hominum ut: [2*]

super discumbitur ostro

recumbere ferarum ut: [3*]

Ossa super recubans *ACR.*

9. *seueri Falerni.* Aut uetustissimi aut austeri, ut: [4*]

nec cellis ideo contende falernis *ACR.*

me quoque sumere. Id est: si uestro uult me miscere conuiuio, deest enim *si.* Ordo est: dicat frater Megillae Opuntiae. *Opus* Locrorum oppidum dictum est [in quo erat aditus infernorum]. *Megilla* nomen conuiuae quae Opunte oriunda erat *ACR.*

dicat Opuntiae. Nomen huius adulescentis non dicit. *Opus* autem oppidum Locridis est *POR.*

12. *quo beatus uulnere.* Velut uoluptuosus poeta bene *beatum* amantem dixit. *Vulnus* enim pro amore posuit, ut: [5*]

Vulnus alit uenis et caeco carpitur igni *ACR.*

quo beatus uulnere q. p. s. Grate dictum est: *beatus pereat,* quod significat: quamuis pereat, beatus tamen est *POR.*

1 acinaces *cod.* acinacis *Edd.* 2 positum *cod.* pos. est *Edd.* 4 nec aptus est laetitiae uini barb. a. *cod. Med.* 12 discumberet *cod. Med.* discumbitur *Fabr.* 19 Opuntia *libri. immo nomen oppidi est* Opus, Opuntis *(gr. Ὀποῦς); quare* Opus *et paulo post* Opunte *scripsi. Cfr. COM. CR. uerba inclusa om. cod. Med.* 23 locridis *cod.* Locridos *Edd.* (*Fort. hic et in Acr. schol. melius etiam scr.* Opus, untis *s.* Opus Opuntis) 24 uelut — enim *om. cod.* 28 *hoc schol. sic est in libris:* graece dictum b. per. quod signat (signif. *cod.*) tamen (tamen et *cod.*) *Id tantum emendando efficere studui ut legi posset; fort. graec. ὀξύμωρον excidit ut Graeca sexcenties*

1* *Aen. I 700* 2* *Aen. I 79* 3* *Aen. VIII 297* 4* *Georg. II 96* 5* *Aen. IIII 2*

qua pereat sagitta. Quam amet. Vergilius in Bucol.:[1*]

V t u i d i u t p e r i i u t m e m a l u s a b s t u l i t e r r o r *ACR.*

13. *cessat uoluntas.* Scilicet confessionis et deest *si ACR.*

cessat uoluntas. Bibendi scilicet qua negat se bibiturum nisi frater Megillae amores suos narrauerit *POR.*

non alia bibam mercede. Nisi dixeris subde *ACR.*

14. *quae te cumque.* Tmesis est *quaecumque.* Venus aut amor aut amica; Verg. in Buc.:[2*]

P a r t a m e a e V e n e r i s u n t m u n e r a *ACR.*

15. *non erubescendis.* Non ignobilibus non uerecundis *ACR.*

16. *ignibus.* Amoribus ut: C a e c o c a r p i t u r i g n i *ACR.*

16. 17. *ingenuoq. s. A. p.* Non pudendo, non erubescendo, sed laudando electione uel iudicio. Non omnis enim Venus quaecumque domat hominem erubescenda est, saepius enim amore non peccatur *ACR.*

17. *quidquid habes age.* Dic; cogit illum fateri quam diligat *ACR.*

18. *depone tutis auribus.* Id est, fidelibus deposita seruantibus, hoc est, secretum secure committe *ACR.*

ah. Interiectio est dolentis *ACR.*

19. *miser quanta l.* Ostendit illum quasi in aurem sibi esse confessum quam amaret et cum execratione miratur quod sic in rapacem et procacem et sceleratam mulierem amor eius inciderit *ACR.*

Charybdi. Meretricia uoracitate. Terentius:[3*]

N a m q u ó d n o s c a p e r e o p ó r t e t h a e c i n t é r c i p i t;

unde et mari eam comparauit uoraci *ACR.*

18. 19. *ah miser quanta laborabas Ch.* Intellegendum hic illum in aurem Horatio amorem suum esse confessum;

4 uoluptas *cod.* 7 Tmesis est, quaec. Venus *sic interpunxit Fabr.* 14 sed *addidi, item* enim *post* omnis non omnis enim *e. q. s. om. cod. Med.* 17 dic *add. ex cod. et Med.* 21 ha! *cod.* (ha. Ridentis *COM. CR.*) 24 rapacem et proc. *cod.* in proc. *Fabr.* in proc. et rap. *Med.* 29 laborabas Charybdis *cod. erasis post* laborabas *tribus uel quattuor litteris; paulo post cum Med. et Pat.* laboras Charybdi (-dis *cod.*)

1* *VIII 41* 2* *III 68* 3* *Eun. I 1, 35 (80) Fleckeis.*

ita hic intulit: *ah miser quanta laborabas Charybdi,* significans illam quae ametur procasissimam scelestissimamque esse *POR.*

21. *quae saga.* Incantatrix et malefica ab eo dicta quod satis agat i. e. quae carminibus uel arcessere possit mala hominibus uel pellere. Ordo est: quao saga Thessalis poterit se soluere uenenis *ACR.*

quae saga. Sagae sunt praecantatrices quae uel arcessere carminibus mala hominibus possunt uel expellere *POR.*

22. *uenenis.* Herbis. Vergilius in Buc.: [1*]
Has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena
Ipse dedit Moeris *ACR.*

23. *illigatum.* Te in illa implicitum *ACR.*

uix illigatum te. Vix te, inquit, ab hac chimaera liberabit Pegasus. Sed hoc utique per allegoriam dictum intellegetur *POR.*

24. *Pegasus.* Bellerophontis equus cuius celeritate chimaera dicitur interempta unde et alas habuisse dicitur. Vergilius: [2*]
Alipedumque fugam curru temptauit equorum.
Sicut superius meretricem mari ita hic chimaerae comparauit quasi multiformi beluae quae leonis caprae et draconis capitibus emineret, flammis armata sicut meretrix dolis et incitamentis libidinum. Multiformem autem uoluit eam hac comparatione intellegi et omnibus corporis partibus turpem *ACR.*

---

1 intulit *cod.* inquit *Edd.* 2 scelestissimamq. *cod. Med. Pat.* sceleratiss. *Fabr.* 8 arcessere *cod.* accersere *Fabr. Pat.* accrescere *Med.* 13 *hoc schol. om. cod. Med.* 16 intelligitur *Edd.* intellegetur *cod.* 17 bellorofontis *cod. Med.* 20 fuga cursum temptauit *cod. Med. COM. CR.* 22 belluae *cod. Med. ubique*

1* *Bucol. VIII 95* 2* *Aen. XII 484*

CARMEN I 28.

Te maris e. t. n. c. harenae. [Metrum primo uersu heroicum, secundus heroicus tetrameter.] Haec ode *ἐκ τῆς προσωποποιΐας* formata est; inducitur enim corpus naufragi Archytae tarentini ad litus expulsum conqueri de iniuria sua et a praetereuntibus petere sepulturam. Qui Archytas Pythagoricus fuit geometriae et asteroscopiae peritus; Pythagorici enim omnia numeris constare dicunt. Ad eius ergo consolationem etiam famosos et dis oriundo coniunctos homines perisse commemorat *ACR.*

Te maris et t. n. c. harenae. Haec ode prosopopoeia forma est. Inducitur enim corpus naufragi Archytae in littus expulsum conqueri de iniuria sua et petere a praetereuntibus sepulturam. Hic autem Archytas Pythagoricus fuit qui merito geometriae peritus dicitur quia Pythagorici omnia constare numeris credunt *POR.*

1. *numero carentis harenae.* Vt est: [1*]

Quem qui scire uelit libyci uelit aequoris idem
Discere quam multae Z. turbentur harenae *ACR.*

2. *mensorem.* Geometram *ACR.* — *cohibent.* Continent *ACR.*

3. *prope litus p. m.* *Matinus* mons Apuliae iuxta quem Archytas sepultus est siue ut quidam uolunt plana Calabriae *ACR.*

Matinus. Mons siue promontorium Apuliae est iuxta quod Archytas sepultus est *POR.*

2. 3 ex prosopeia *cod.* ex prosopopeia *Med.* 5 Archyta *libri* 6 asteroscopiae *cod.* astroscopiae *Edd. Neutrum uerbum inuenire potui nec apud Graec. nec apud Lat; sed ἀστερόσκοπος extat, non uero ἀστρόσκοπος* 7 enim *cod. Med.* autem *Fabr.* 8 oriundo coniunctos *cod.* oriundos coniunctos *Med.* oriundos coniunctosque *Fabr.* 9 perisse *cod. Med.* 10 harenae *pr. m. cod. Med. Pat.* 10. 11 ode de pr. formata est *Fabr.* ode de pr. forma est *Med. Vt nos cod. et Pat* 12 sui *cod.* 17 idem *a uerbis Vergilianis male seiunxisse Braunhardium (et Fabr.) iam Dillenburger Quaestt. Horatt. p. 67 monuit* 18 harenae *utroque loco cod. Med.* 21 uolunt *om. cod.* 23 promuntorium *cod. ubique fere* 24 Archytas *cod. Porph. ubiq.* architas *cod. Acr.*

1* *Georg. II 105*

4. *nec quicquam t. prodest.* Id est, nihil tibi profuit ad mortalem conditionem per physicae disciplinam rationem caeli et ipsas rerum perscrutatum esse naturas, ut: 1*

Quid labor aut benefacta iuuant? *ACR.*

nec prodest tibi quicquam. Nihil tibi profuit aduersus conditionem mortalitatis quod rationem rerum naturae et ipsum caelum sis perscrutatus *ACR.*

7. *occidit et P. gen.* Tantalus Pelopis pater epularum scelere deorum conuiua a quibus pro funestis filii dapibus poena percussus est, [de qua] Vergilius in VI.: 2*

lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris epulaeque ante ora paratae
Regifico luxu; furiarum maxima iuxta
Accubat et manibus prohibet contingere m. *ACR.*

occidit et P. gen. Tantalus scilicet; haec autem ad solatium mortis dicuntur *POR.*

8. *Tithonusq. rem. i. aur.* Tithonum Laomedontis filium Aurorae maritum in auras receptum, hoc est, mortuum dicit. Vergil.: 3*

Te potuit lacrimis Trith. flectere coniunx *ACR.*

Tithonusque remotus in aur. Id est terris excessit ac per hoc mortuus est *POR.*

9. *et Iouis a. M. admissus.* Aut quod se Minos praedicabat cum Ioue colloqui et ex consilio eius cuncta agere aut Iouis arcanis, hoc est, Plutonis a quo institutus est iudex pro recordatione iustitiae, ut Vergil. in VI.: 4*

Quaesitor Minos urnam mouet *ACR.*

et Iouis a. M. Minos Cretensium rex praedicabat se cum Ioue colloqui et ex consilio eius cuncta agere *POR.*

1 quicquam *cod. Med.* 3 proscrutatum *Fabr.* ut: quid labor *etc. om. cod. Med.* 5 nec prodest quicq. *Edd.* nec prodest tibi quicq. *cod.* 6 conditionem *et* caelum *cod. ubique* 10 percussus *cod. Med.* mulctatus *Fabr.* de qua *om. cod. Med.* 21 Tithonusq. remotus *cod.* Titonusq. r. *Med. Pat.* Tith. receptus *Fabr.* 25 hoc est *om. cod. Med.* 28 et Iouis Minos Cret. *sic libri* 29 ex consilio *cod.* consilio *Edd.*

1* *Georg. III 525* 2* *Aen. VI 604—7* 3* *Aen. VIII 384* 4* *Aen. VI 432*

10. *Panthoiden i. O. demissum.* Nunc Pythagoram significat qui praedicauit se apud Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse qui interfectus a Menelao iterum reuixit factus Pythagoras idque eum cognouisse agnito clypeo quem in templo Euphorbus fixerat. Hic autem et in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem postremo in Ennium poetam et ideo dicit cum neruis atque cute mortuum anima diu uixisse *ACR.*

h. t. Panthoiden. Nunc Pythagoram significat quia praedicauit se ad Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse interfectumque a Menelao iterum reuixisse et factum Pythagoram id comperisse agnito clypeo quem Euphorbus habuerat. *POR.*

iterum. Quia saepius mortuus est transeunte anima eius in alios *ACR.*

11. *demissum.* In inferiora de superioribus dicitur, ut Vergil. in II. Aeneidos: [1*]

Demisere neci nunc cassum lumine lugent *ACR.*

clypeo. Per clypeum *ACR.*

12. *tempora testatus.* Ordo: Testatus troiana tempora refixo clypeo te iudice non sordidus auctor naturae et ueri nil ultra neruos atque cutem concesserat atrae morti *ACR.*

nil ultra. Id est, quamuis non sit mortuus nisi tantum neruis et cute *ACR.*

testatus. Id est, recordatus troiana tempora refixo clypeo *ACR.*

nil ultra neruos ac cutem morti. Nihil praeter corpus morti dari. Iudice te non sordidus auctor ueriq.: Affirmante

5 autem *COM. CR.* ante *libri* 9 significat *cod.* signat *Edd.* 10 euforbium Panthi *cod.* 12 id est comperisse *cod.* id cognouisse *Edd.* 19 troia *Fabr.* 21, 22 nil. u. n. a. c. c. atrae morti *om. cod., item in seq.* quamuis n. s. mort. 26 *huius scholii tenebris ut lucem afferrem nullis machinis efficere potui; quare optimum uisum est corruptissima uerba ex codice in textum recipere et Edd. uarietates hic adicere; ergo Med. Pat. Fabr. sic exhibent:* nihil ultra neruos atque (ac *Med. Pat.*) cutem (de morti *add. Pat.* morti *Med.*) dari. Iudice *etc.* de natura (natura *Pat.* naturam *Med. Fabr.*) rerum c. auctor extitit. *Horum omnium COM. CR. nihil habet, fortasse eam ob causam quia et in suis codd. eandem confusionem inuenit.*

1* *Aen. II 85*

Pythagora. Non eum mentitum de natura rerum cuius auctor extitit *POR.*

16. *et calcanda semel uia l.* Intranda, ut est: [1*]
Ibant obscuri sola sub nocte per umbram
et alibi: [2*]
Sed reuocare gradum superasque euadere ad aur.
Hoc opus hic labor est *ACR.*

17. *dant alios furiae.* Ait diuersis generibus quidem sed una morte singulos perire *ACR.*

spectacula Marti. Eo quod in ludum Martis per bellicum praecipitentur furorem *ACR.*

18. *exitio est auidum mare.* Vorax quod demersos sorbeat *ACR.*

19. *mixta senum ac i. densentur fun.* Multitudo morientium totius aetatis, ut: [3*]
Matres atque uiri defunctaque corpora uita
Magnanimum heroum pueri innuptaeque p. *ACR.*

20. *nullum saeua c. P. fugit.* Quod omnes suscipiat, quam nullus euadat. Figura est hypallage: *fugit Proserpina* pro fugiunt Proserpinam, ut illud: [4*]
Stant et oues circum nostri nec poenitet illas
pro: nos illarum non poenitet *ACR.*

nullum s. c. Pr. f. Nullum Proserpina timet ac per hoc meminem exceptum habet *POR.*

21. *deuexi.* In deuexa parte caeli positi, ut Vergil.: [5*]
Conuexa polus dum sidera pascet *ACR.*

rapidus c. Orionis. Ortus enim et occasus Orionis tempestuosi sunt ideo et comitem eius Notum uentum dixit, ut Vergil. in I. Aen.: [6*]
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In uada caeca tulit *ACR.*

11 praecipitantur *Fabr.* 14 mixta senum ac *cod. Med.* mista s. et *Fabr. (Deinde* d. f. *cod. per abbreuiat.)* 16 uita *Fabr. Med.* bello *cod.*
23 saeua nullum caput P. fug. (refugit *cod.*) *cod. Med. Pat. in lem. Ceterum in libris omnibus hoc schol. male locum obtinuit post seq. schol. uel potius in eo medio post uerba* ortus sit

1* *Aen. VI 268* 2* *Aen. VI 128* 3* *Georg. IIII 474* 4* *Bucol. X 16* 5* *Aen. I 608* 6* *Aen. I 535*

me quoque deuexi. Notum est ortu et occasu Orionis tempestates concitari. *Notum* comitem Orionis dicit quod cum Orione ortus sit; *deuexum* Orionem ita dixit, ut Verg.: c o n u e x a p o l u s d u m s i d e r a p a s c e t, id est, in deuexo caelo positum *POR.*

23. *at tu nauta.* Hic quasi Archytam ponit precari nautam ne remaneat insepultus sed iam harenam iniciat. Nam et in sacris hoc genus sepulturae tradebatur ut etsi non obrueretur manu tamen plena ter iacta terra cadaueri pro sepultura esset, ut:[1*]

a u t t u m i h i t e r r a m
I n i c e, n a m q u e p o t e s.

Ideo etiam *particulam* harenae dixit. Ordo est: At tu nauta ne parce malignus dare particulam uagae harenae ossibus et inhumato capiti: sic plectantur uenusinae siluae quodcumque minabitur Eurus hesperiis fluctibus et caetera *ACR.*

at tu n. u. n. p. m. harenae. Ad praetereuntes nautas sermonem Archytam conuertisse fingit *POR.*

26. *uenusinae.* Venusia ciuitas est Apuliae confinis Lucaniae, cuius siluas quia inmensae sunt pro quibuscumque posuit. Admonet ergo ut etiam si tempestas sit quae tales siluas plectat ne omittat sepeliendi curam *ACR.*

si quodcumq. m. Eurus fl. h. uenusinae pl. s. Venusia colonia est inter Lucaniam et Apuliam, patria poetae; unde siluas uenusinas pro quibuslibet posuit. *Plectantur* autem luant atque experiantur significat *POR.*

1 *post* deuexi *in cod. pr. m. scripta sunt* deuexum Orionem *sed ab ead. postea deleta* 3 *post* ortus sit (est *Edd.*) *in cod. Med. Pat. lemma* me quoque deuexi *repetitur; cuius malae repetitionis causa quaerenda est in interiecto de Proserpina scholio cfr. supra ad u. 20; ergo om. recte Fabr. addita tamen post* deuexum *uocula* autem ita dixit *cod.* dixit *Med. Pat., om. Fabr.* 7 iniciat *recte Med.* 8 ut etsi *cod. Med.* ut si *Fabr.* 9 tamen *addidi (cfr. COM. CR.)* 17 harenae *Med. Pat.* arenae *hic cod.* (*ubique scripsi* har.) 18 sermonem A. conuertisse *cod.* Ar. se conu. *Fabr. Med.* A. conu. *Pat.* 19 Venusia *cod.* Venusium *Edd.* 20 in mensae *cod.* imm. *Edd.* 23 uenusinum *cod.* 24 est *add. ex cod.* patria poetae *cod.* poet. p. *Fabr.* poetae (om. patria) *Med. Pat.* 26 significat *cod.* sit *Med. Pat., om. Fabr.*

1* *Aen. VI 365*

27. 28. *multaque m. u. p. t. d. aeq. u. l.* Hoc dicit ne attentus ad lucrum omittat studium iusta soluendi *ACR.*

29. *Neptunoque s. c. Tarenti.* Vel quia Neptunus apud Tarentum deuotius colebatur uel quia in Neptuni tutela dicitur fuisse, uel quia Neptuni filius Phalantus apud Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit ut fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret *ACR.*

Neptunoq. s. c. T. Custodem Tarenti Neptunum ait, quia praecipue Neptunus ibi colitur *POR.*

31. *neglegis.* Deest *si ACR.*

fraudem committere. Seu studio commercandi fraudem quae redundet in posteros capiat seu certe inhumati piaculum eius filios laedat et ne longum putaret etiam ipsum delicti subiturum poenas minatur *POR.*

committere. Scias deest *ACR.*

neglegis inmeritis noc. Ordo est: neglegis committere. Sensus autem est: neglegis me et fraudem in me committere facile esse putas, atqui haec expetet in eos qui ex te nati sunt, id est, in filios tuos. *POR.*

31. 32. *fors e. d. i. uicesq. s. te m. i. Vices superbae* poenae intellegendae quas pro superbis factis dicit illum passurum *POR.*

maneant. Expectent *ACR.*

precibus non linquar inultis. Vltionem precibus suis dandam promittit *ACR.*

precibus non l. inult. Id est preces meae efficient ut

1 hoc est ne *Fabr.* hoc est nec *cod. Med.* hoc dicit ne *COM. CR.* 2 omittat *cod. Med.* omittas *Fabr.* 3 uel quia *hoc loco add. ex COM. CR.* 9 *post* colitur *cod. addit* id est Tarenti *sed punctis suppositis* 16 inmeritis *cod.* imm. *Edd. Ceterum totum schol. exscripsimus ex cod.* (*nisi quod pro* atqui *habet* at. q. n.) *in Edd. sic est laceratum:* Ordo est negligis fraudem committere facile esse putas. Atqui. n. haec expetet *etc. Med. Pat.* Negligis, i. e., fraudem com. facile esse putas; atqui haec expetent *etc. Fabr.* (*Atque haec quoque lacuna orta est ex oculorum aber.atione propter* committere *uocem bis positam.*) *Cfr. COM. CR. qui eandem sententiam sed aliis uerbis exhibet* 19 moneant *cod.* maneant *Edd.* 21 pro *addidi ex cod.* dicit illum passurum *cod.* illum passurum precatur *Fabr. Med.* illum passurum praecibus *Pat.* (precibus *ad sequens schol. pertinens:* precibus non linquar *semel ab hoc male diuulsum in* precatur abiit) 25 precibus *ex cod. in lemm. addidi qui idem habet* linquam ut *om. Med. Pat.* (*Po-*

ultionem huius rei persoluas [quod piaculum in me admittas] *POR.*

34. *teque piacula nulla resoluent.* Hoc est nullis hostiis expiaberis. *Piacula* enim dicebantur uictimae quibus facinus expiabatur admissum *ACR.*

teque p. n. res. Id est, nullo modo expiabis scelus quod in me admittis *POR.*

35. *non est mora longa.* Vt Vergilius: [1*]:

H i c t i b i n e q u a m o r a e f u e r i n t d i s p e n d i a t a n t i

ut excusationem arceat [dum ne morsum quod coeperat ostendit] *ACR.*

36. *iniecto ter puluere.* Vt: [2*]

m a n e s m a g n a t e r u o c e u o c a u i *ACR.*

CARMEN I 29.

Icci beatis n. A. i. [Metrum duobus uersibus alcaicum tertius nouenarius iambicus hypercatalectus, quartus pindaricus.] Ad Iccium scribit quem miratur intermisso philosophiae studio repente se ad militarem uitam contulisse cupiditate diuitiarum. Nam idem Iccius Panaeti socratioi philosophi bibliothecam emerat, cuius lectione ad philosophandum fuerat deductus *ACR.*

Icci beatis n. A. i. gazis. Hanc oden ad Iccium scribit quem miratur intermisso philosophiae studio repente se ad militare studium contulisse per quod uidetur concupiscere diuitias Arabum *POR.*

strema uerba uncis inclusi ut suppositicia) 4 uictimae *add. ex COM. CR.* 6 *hoc schol. in libris omnibus sede sua pulsum (ibi enim ante uers. 31. fors* et *etc. locum habet) suo loco reddidi* 9 tantae *cod.* tanti *Edd.* nostri *COM. CR.* 10 morsum *Fabr. (Verba inclusa si non sunt eicienda certe sunt corruptissima)* 13 manes magna *libri.* magna manis *apud Vergilium uulgo* 18 iecius *et* Panacti *cod.* 21 Ieci beatus *cod.* Icci beatus *Med. Pat.* (beatus *memorabilis sane scriptura*) Iecium *cod.* 23 per quam *cod. Med. Pat.*

1* *Aen. III 453* 2* *Aen. VI 506*

1. 2. *inuides gazis.* Aemulus est pares diuitias cupiendo. *Gazas* pro diuitiis ponit, ut Vergilius: [1*]

Arma uirum tabulaeque et troia gaza per undas

in I. Aeneidos et in V: [2*]

et gaza laetus agresti *ACR.*

inuides gazis. Id est, aemularis Arabos in diuitiis habendis ac per hoc diuitias concupiscis *POR.*

2. *acrem militiam.* Fortem duram acerbam *ACR.*

et acrem militiam p. n. a. deuictis S. regibus. Datiui casus est, hoc est, illis paras militiam, quod est aduersus illos *POR.*

non ante deuictis. Admonet pericula per quae ad diuitias gerentes bella perueniunt, id est, cum non sint adhuc debellati, tu nectis iam catenas *ACR.*

4. *horribilique Medo.* Forti crudeli *ACR.*

5. *nectis catenas.* Aut illigas regibus uictis catenas aut fabricas: mutuis enim nexibus fiunt catenae *ACR.*

nectis catenas. Nectis non uincis sed fabricas intellegendum est, proprie dictum *catenas;* ipsae enim nexibus quibusdam constant *POR.*

6. *sponso necato.* Id est nisi prius occiso sponso in seruitium captiua non uenit *ACR.*

quae tibi uirg. sp. nec. b. seruiet. A te necato scilicet sponso *POR.*

7. *puer.* Regis filius qui captus pocula ministret *ACR.*

puer quis ex aula. Hoc est, regius puer, non enim qui in aula seruierit *POR.*

1 ut pares d. c. *cod.* ut c. p. d. *Fabr.* ut p. d. ut cup. diuitias *(sic!) Med.* 6 id est *add. ex cod. Med. Pat. item paulo post* hoc 8 *hoc schol. om cod.* 10 diuitiis militiam *Med. Pat.* diuitias militiam *sed punctis sub* diuitias *positis cod.* 12 per *cod.* propter *Edd.* 14 nectes *Fabr.* 15 *hoc schol. om. cod.* 18 uectis *alterum ex cod. marg. addidi* 19 proprie dictum catenae. Ipsae *cod.* proprie dictum. catenae enim ipsae *Edd.* 22 ueuiet *cod.* 25 ministraret *libri* 27 *ut nos cod. rectissime nisi quod in lemmate habet (cum Med. et Pat.)* quisquis. hoc est *et* non enim *om. Med. Pat. eadem et* in *om. Fabr.*

1* *Aen. I 119* 2* *Aen. V 40*

9. *sericas.* Deriuatiuum est ab eo quod *Seres* uocatur; serica enim gens est Parthis uicina sagittandi arte famosa a qua et Sericum uocatur *ACR.*

sagittas sericas. Hoc est, parthicas a gente Serum qui partem orbis terrae orientis subiectam tenent *POR.*

10. *quis neget.* Id est, quis rerum naturam neget posse mutari cum studia in contraria uerteris contra omnium opinionem *ACR.*

11. *pronos.* Procliues, nam *proni* dicuntur riui de montibus effluentes qui impetuose fluunt *ACR.*

10—12. *quis neget a. p. r. p. r. m. et T. reuerti. Παροιμιῶδες.* Cuius sensus est: quis non credat rerum naturam posse mutari ut flumina in montes reuertantur unde alioqui descendunt cum tu uitae studia in contrarium uerteris quod nemo sperauerat posse fieri. Tale est illud Vergilianum: 1*

Iungentur iam gryphes equis aeuoque sequenti
Cum canibus timidi uenient ad poc. dammae *POR.*

12. *Tiberim reuerti.* Vt Vergilius: 2*

reuocatque pedem tiberinus ab alto *ACR.*

13. *undique nobilis l. Panaeti.* Panaetius stoicus philosophus fuit praeceptor Scipionis Africani et Laelii, Rhodius natione. Ordo est: quis neget relabi posse riuos pronos arduis montibus et Tiberim posse reuerti cum uel tu pollicitus meliora contendis loricis Hiberis undique coemptos nobilis libros Panaeti et domum socraticam *ACR.*

cum tu coemptos undique nobilis l. P. Panaetius Stoicus fuit praeceptor Scipionis Africani et Laelii genere Rhodius *POR.*

14. *socraticam dom.* Sectam siue libros *ACR.*

1 deriuatiuum *cod. Med.* deriuatum *Fabr.* 2 seria *Fabr.* (serica gens enim *cod.*) 5 orienti subi. *Edd.* orientis s. *cod.* 7 hominum *Edd.* omnium *cod.* 12 *παροεμιωδες cod. παροομιοδες Med. Pal.* sormo *παροιμιώδης Fabr. (In seq.* cuius *ex cod. add.)* 13 alioqui *cod. Pal.* alioquin *Fabr. Med.* 17 dammae *cod. Med. Pal.* damae *Fabr.* 20 nobilis *cod. Med.* nobileis *Fabr. (sic et paulo post)* 26 nobilis *cod.* nobiles *Edd.*

1* *Bucol. VIII 27. 28* 2* *Aen. VIIII 123*

socraticam dom. Vt si diceret, socraticae scholae disciplinam *POR.*

15. *loricis hiberis.* Optimae enim et fortes hispanae loricae sunt *ACR.*

loricis Hiberis. *Κατ' ἐξοχήν* dixit quia optimae sunt hispanicae loricae *POR.*

16. *pollicitus meliora.* Studia; secundum professionem suam poeta philosophiam uult intellegi. Elocutio uero nota est . . . . *ACR.*

tendis. Contendis instas, ut: [1*]

te tendere contra *ACR.*

tendis. Pro *contendis.* Ordo est autem: socraticam domum mutare loricis Hiberis tendis, pollicitus meliora; *meliora* autem absolute dictum est, *studia* subaudiendum, et meliora studia poeta secundum suam opinionem philosophiam uult intellegi. Nota autem figura elocutionis est, qua dicitur: philosophiam militia mutare, hoc est, philosophia dimissa militiam sumere, ut: [2*]

Chaoniam pingui glandem mutauit arista *POR.*

CARMEN I 30.

[*O Venus r. C. P.* Metrum sapphicum hendecasyllabum, quartus adonius *ACR.*]

1 *hoc Porph. schol. et quod sequitur in libris male sedem inter se mutarunt* 3 et fortes *cod. Med.* forte *Fabr.* 5 iberis *cod.* 6 hispaniae *cod. Med. Pat.* Hispanicae *Fabr.* *(utrumque et* hispanae *bene se habent)* 7 s. profess. *Med.* scilicet pr. *Fabr.* secundum pr. *cod.* *(Post* nota est *lacuna est sine dubio ad Porphyrionis exemplar explenda; eadem sua ruina etiam postremum schol. traxit in cod. et Med.)* 11 nec tendere contra *libri, sed hunc uersus exitum non repperi apud Vergilium* 12 temnis pro contemnis *(sic et deinceps) Med. Pat.* 13. 14 meliora autem aut a. d. e. aut st. subaud. *Fabr.* mel. autem ab. d. st. sub. *cod.* mel. autem ab. d. aut st. sub. *Med. Pat.* 14 et meliora *add. ex cod., om. Edd.* 16 qua dicr̄ *cod.* q. dicūt *Med.* qua dicunt *Pat. Fabr.* 19 caoniam *(sed* h *supra scripto) cod.*

1* *Aen. V 27 ?* 2* *Georg. I 8*

O Venus. Quasi epigramma hoc est in dedicationem Veneris sacelli scriptum quod ipsi consecraretur *ACR.*

O Venus reg. Cnidi Paphique sp. Quasi epigramma est hoc in dedicationem Veneris sacelli scriptum quod ipsi consecraretur. *Cnidos* autem urbs Cariae Paphos urbs insulae Cypri, utraque Venerem praecipue colens *POR.*

1. *Gnidi Paphique.* Gnidos urbs Cariae, Paphos uero urbs Cypri insulae utraque Venerem praecipue colens. Precatur autem ut desertis uelut propriis ciuitatibus adsit aedibus consecratis. Incertum autem utrum Glycera amica sit an ancilla *ACR.*

5. *feruidus tecum puer.* Id est, Cupido quod feruorem amoris inferat *POR.*

et solutis Gratiae zonis. Vel liberae uel nudae quod non cingantur et bene nudae et solutis zonis Gratiae finguntur quia amicorum animi soluti inuicem et nudi esse debent *ACR.*

et sol. Gr. zonis. Bene *solutis zonis,* quia gratiae et sine nodis finguntur, quia amici animos solutos ac nudos inter se habere debent *POR.*

et parum c. s. t. iu. Id est, est minus elegans iuuentas sine uenustate, id est, sine te. Sciendum est tamen Venerem non tantum concubitus sed etiam omnium elegantiarum esse dominam. Aliud tamen est *iuuentas* aliud *iuuenta* aliud *iuuentus.* Iuuenta aetas putatur, iuuentas ipsum numen, iuuentus adulescentia *ACR.*

1 *hoc schol et initium schol. Porphyr. ut potui emendaui; sed probe scio ne sic quidem integra ea esse, altiusque repetendam corruptelae originem; in Acronis autem libris est:* Veneris scriptnm quod ipse consecraretur *cod.* V. *scr.* quam ipse consecraret *Med.* V. s. quam ipse consecrarat *Fabr. In Porphyr.:* Veneris scr. quam (quod *marg.*) ipse consecrarit *cod.* V. s. qnam ipse consecranit *Med. Pat.* V. scr. *(rell. om.) Fabr. Plura hic addi non possunt; alio loco adferentur; cfr. quae in fine huius carminis adparent* delectationem *cod.* 5 Cnidos *cod.* Gnidos *Med. Pat.* Cnidus *Fabr.* Paphos *cod.* Paphos autem *Med. Pat.* Paphus antem *Fabr.* 7 Gnidos *addidi* Calabriae *cod. Med.* 16 inuicom *Fabr.* secum *cod. Med.* 17 Bene gratiae nsolutis zonis *cod. sed sub* gratiao *et* n *litt. punctis positis; eadem uerba omnino om. Edd.* 20 id est, est *cod.* hoc est *Med. om. Fabr.* 24 iuuentas aetas p. iuuenta ipsum numen *(sic!) Med.*

et p. e. s. t. Id est, minus elegans *POR.*

sine te. Hoc est sine uenustate. Scire autem debemus Venerem non tantum concubitus uerum etiam dominam esse omnium elegantiarum. Sic alibi ipse: [1*]

Ordinis haec uirtus erit et uenus *POR.*

8. *Mercuriusque.* Per Mercurium quaestum uult accipi, tamquam sine uenustate nec lucrum sit *ACR.*

CARMEN I 31.

Quid dedicatum. [Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius dimeter iambicus nouenarius hypercatalectus, quartus

3 concubitum *cod. Med. Pat. Praeterea post* dominam *uerbum tres quattuorue litterae erasae sunt et in marg. ascriptum* Aduerte! 5 *post hunc uersum quae in Porphyrione Fabr. secuntur et noua quaedam in totum carmen scholia continent, in cod. tamen Med. et Pat. desunt in adnot. quam textu constituere satius duxi; sunt autem haece:* Dicarat Glycera sacellum Veneri. Poota autem scribit tamquam epigramma illi sacello in quo Venerem orat ut relictis Papho Cnido et Cypro in aedom Glycerae sibi dedicatam migret. 1. Paphi] Locus in Cypro est unde Cic. in epist. (*ad fam. XIII 48*): 'Omnes tibi commendo Cyprios Paphiosque praesertim.' Et Verg. (*Aen. I 414*): 'Ipsa Paphon sublimis adit sedesque reuisit Laeta suas.' Paphi autem erat celeberrimum illud templum Veneri dicatum de quo multa sunt apud Herodotum. — 3. multo thure.] Quia ut plurimum de thure et floribus Veneri sacrificabatur, dicitur autem thus *ἀπὸ τοῦ θύειν* id est a sacrificando unde aspiratur *th.* Alii tamen credunt esse a tunsis glaebis quia de arbore destillat et a terra subiecta combibitur in eaque congelatur indeque tunsis glaebis colligitur. — decoram] Quasi diceret, quia decora est et tibi summopere conuenieus transferri in illam. — 4. aedem.] Recte posuit in singulari ut templum significet; nam in plurali significat domum. — transfer] migra. — 5. feruidus] quia amor flammas immittit. — 6. Gratiae] de quibus iam dictum est. — nymphae] Harum plura sunt genera; nam quae maris sunt Nerinae seu Nereides appellantur, quae fontium Naiades quae montium Oreades appellantur, nam *ὄρος* mons est. Sunt item Dryades siluarum nymphae quia *δρῦς* quercus; sunt Hamadryades quae cum arboribus et oriuntur et occidunt; sunt Napeae florum. — 7. parum comis] quia sine uetustate (*scr.* uenustate) nulla est comitas. — 8. Mercurius] quia multum ualet eloquentia ad amorem conciliandum, unde illud (?): 'disertum me faciebat amor'.

1* *Ars. poet. 42*

pindaricus.] Apollinis templum in palatio Augustus dedicauit, sed Apollinem pro templo posuit μετωνυμικῶς. Et significat modestiam uotorum suorum negans se ab Apolline quae ad cupiditatem aut auaritiam spectent petere, sed bonam mentem bonaque corporis usque ad senectutem precari cum lyrico studio. Putatur tamen diuerse Horatius Apollinem dedicasse ad quem haec scribit *ACR.*

Quid ded. p. A. Apollinis templum in palatio Augustus dedicauit. Ergo dedicatum non a se dicit poeta sed qui alioqui dedicatus est; ipsum autem Apollinem dedicatum ait pro templo eius *POR.*

2. *de patera.* Calice, ut: [1*]

Hic laticis qualem pateris libamus et auro *ACR.*

nouum fundens liq. Aut non uetus ut deos non exquisitis muneribus placari monstraret aut certe per quem noua instaurabatur precatio, nam et ipsum morem sacrificandi ostendit, ut: [2*]

Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima D. *ACR.*

3. 4. *non opimae S. seg. feraces.* Negat se poeta ab Apolline ea petere quae ad auaritiam spectant uerum potius bonam mentem bonamque corporis usque ad ultimam senectam ualetudinem *POR.*

5. *non aestuosae.* Aestuosa enim regio est aptior pecori, ut: [3*]

calidi lucent buceta Matini *ACR.*

7. *aut ebur indicum.* Indis enim ebur est abunde, ut Vergil.: [4*]

India mittit ebur molles sua tura Sabaei *ACR.*

7. *Liris.* Fluuius est Campaniae interfluens urbem Minturnensem; Lucan.: [5*]

2 metonymice *cod. Med.* 3 quae *om. Fabr.* 9 quod *Fabr.* q. *Med. Pat.* qui *sed post* i *una litt. erasa* (*fort.* quia *fuit a pr. m.*) *cod.* alioqui *cod.* alioquin *Fabr. Med.* alioq. *Med. Pat.* 13 hic laticis *om. Fabr., add. ex cod. Med.* 15 per quod *libri* 16 instauratur *cod.* 19 feraces segetes *cod. idem paulo post* petere *in marg. add.* 28 tura *cod. Med.* thura *Fabr.* 29 Liris *cod. Med.* Lyris *Fabr.* 30 Vergil. *libri, sed non est locus Verg.*

1* *Verg. Georg. II 192* 2* *Aen. IIII 60* 3* *Lucan. VIIII 185* 4* *Georg. I 57* 5* *Lucan. II 424*

et umbrosae Liris per regna Maricae *ACR.*

non rura q. Liris q. m. a. Liris fluuius est in Campania interfluens urbem minturnensem, hic autem lenissime labitur, quem ideo *taciturnum* dixit *POR.*

8. *taciturnus.* Lenis non altus magnus, unde Vergilius de Tiberis altitudine: [6*]

et tacita refluens ita substitit unda *ACR.*

9. *premant.* Id est, reprimant putando uitem *ACR.*

calena falce. Cales oppidum est in agro sidicino ubi optima uina ut falerna nascuntur *ACR.*

premant calena f. q. d. f. u. Cales oppidum in agro sidicino est; in illa autem regione uina falerna nascuntur. Ergo hoc ait: possideant pretiosos fundos quibus hoc fortuna concessit. *POR.*

10. *diues.* Ordo est: et diues mercator carus ipsis dis, quippe ter et quater anno impune reuisens atlanticum mare exiccet uina aureis culullis reparata syra merce *ACR.*

10. 11. *culullis.* Poculis; proprie autem *cululli* calices dicuntur fictiles quibus pontifices uirginesque uestales utebantur; hic autem pro urceolis et conchis posuit *ACR.*

10. 11. *diues ut aur. mercator exsiccet cululis. Cululis* pro poculis dixit; proprie autem *cululae* calices sunt quidam fictiles quibus pontifices uirginesque uestales in sacris utuntur *POR.*

12. *syra reparata merce. Syram* mercem pro pretiosa posuit, qua uenditoris uina a negociatoribus comparentur *ACR.*

syra r. m. Quasi commutata uina syra merce. *Syram* autem mercem pretiosissimam accipe quae scilicet in purpura et pipere et unguentis aliisque similibus esse solet *POR.*

sed Lucani 2 Liris *cod.* Lyris *Edd.* 5 altus magnus *libri; correxi* non altus magnus 7 et *add. ex cod.* 9 Cale *cod. Med.* Calces *Fabr.* 13 hoc *addidi ex cod.* 17 exsiccet *cod.* exiccet *Med. Fabr.* syra *om. Fabr. add. ex cod. et Med.* 21 cululis *cod.* culullis *Edd.* (*contra apud Acr.* cululli *libri*) 27. 28 *uerba:* Syram autem mercem pretiosissimam accipe quae scil. in purpura et pipere et unguentis aliisque *om. Fabr., add. cod. Med. Pat.* 29 unguentis *sub altera* n *litt. punct. posito cod.*

1[6] *Aen. VIII 87*

13. *dis carus ipsis.* Quasi in hoc dis uelut per inuidiam gratos mercatores dicit quod et prospere et frequentius nauigant *ACR.*

quippe ter et quater a. reu. aequor. Hoc quasi argumenti loco positum est ad probandum quam carus dis sit hic mercator *POR.*

14. *aequor atlanticum.* Aut pro quocumque posuit mari aut Oceanum ubi et mons Atlas esse perhibetur, Vergilius in IIII.: [1*]

Oceani finem iuxta solemque cadentem
Vltimus Aethiopum locus est ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum *ACR.*

16. *cichorea.* *Cichoreae* herbae multis et tenuibus radicibus, quas Vergilius *intiba* nominauit in I. Georg.: [2*]

Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris *ACR.*

me cichorea leuesq. m. *Cichorea* intuba rustica. *Maluae* autem corpori leues intellegendae [ut: [3*]

et graui
maluae salubres corpori] *POR.*

17. *frui paratis.* Aut quae ego parauerim aut quae in promptu sunt omnibus. Ordo est: Et Latoe precor dones mihi ualido frui paratis ac cum integra mente nec degere turpem senectam nec carentem cithara ut sit: [4*] mens sana in corpore sano *ACR.*

3 nauigant aequora *cod. qui in seq. lemmate* aequor *om.* 4 aequora *cod.* (= aequor a. i. e. Atlant.) 5 est *add. ex cod. in quo non reticendum est hoc schol. ab ead. man. quae reliqua scripsit in summa pagina additum esse* 12 stellis ard. aptum *add. ex cod. Med.* 14 intiba *cod. Med.* intyba *Fabr.* in IIII. Georg. *Med.* IIII geor. *cod.* (*et in hoc quoque libro eodem uersu 120* intiba *uox recurrit sed sic:* 'quoque modo potis gauderent intiba riuis') 15 strym. grues *om. Fabr.* 16 cichoreae *cod.* cycoreae *Pat.* cycorae *Med.* intuba *pr. m. cod.* intiba *corr. cod.* intyba *Edd. Retinui ueram codicis scripturam* intuba 17 corporis leuis *cod. Pat.* corpori leues *Med. Fabr.* intelligendum *pr. m. cod.* ut *et uers. Horat. om. cod. Med. Pat.* 20 aut quae ego parauerim *om. Fabr., add. cod. Med.*

1* *Aen. IIII 480* 2* *Georg. I 120* 3* *Horat. Epod. II 57* 4* *Iuu. X 356*

frui paratis. Aut iis quae ego paraui aut quae parata sunt, id est, in promptu sunt omnibus *POR.*

18. *Latoe dones.* Quasi Latoe ab eo quod est Lato figuratum est *POR.*

at. Sed uel saltem; Vergil. in I. Aeneidos: [5*]

At sperate deos memores fandi atque nef. *ACR.*

degere. Deducere ut Vergil. in IIII. Aeneidos: [6*]

Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere more ferae *ACR.*

CARMEN I 32.

Poscimur si quid u. s. u. [Metrum sapphicum hendecasyllabum quartus adonius.] Hac ode lyram suam alloquitur ut adsit et canere non desistat: poscebatur enim dicta sua edere *ACR.*

Poscimur siquid uac. s. umbra l. t. Hac ode lyram suam alloquitur [Horatius] ut sibi adsit et canere perseueret *POR.*

2. *lusimus.* Scripsimus, ut Vergil. in Buc.: [1*]

Ludere quae uellem calamo permisit agresti.

Ludum enim poetae carmina sua ueluti pro uerecundia dicere consueuerunt *ACR.*

1. 2. *uacui sub. umbra lus. t.* Sic poeta fere uerecunde carmina sua *lusus* uocant. *Vacui* autem pluralis numerus est casus nominatiui et est sensus: Nos uacui, id est, a negotiis liberi si quid lusimus exigitur a nobis ut canamus *ACR.*

2 prompto *cod.* 3 quasi Latoe *sed in marg. ab ead. m.* Latoue *cod.* Latoe *Edd.* lato *sed in marg. ab ead. m.* latona *cod.* (*ex eodem* est *in fine adieci*) 6 fandi atq. nef. *add. ex cod. Med.* 10 poscimur *Med.* poscimus *Fabr.* (*cod. ut solet in fronte carminis om. lemma*) 14 poscimur *cod. Med. Pat.* poscimus *Fabr.* (*dein* umbras *cod. sed paulo post* umbra) 15 Horatius *om. cod.* ut canere *Fabr.* et can. *cod. Med. Pat.* 18 pro *cod. Med.* prae *Fabr.* 20 *Fabr. in duo schol. haec diuisit sic:* uacui s. u.] Vacui pluralis .... canamus *deinde:* lusimus tecum] Sic poetae .... uocant. *Vt nos cod. Med. Pat.*

1* *Aen. I 543* 2* *Aen. IIII 550* 3* *Bucol. I 10*

3. *uiuat.* Victura pro perpetuis posuit, ut Vergil.:[2*] Nulla dies umquam memori nos eximet aeuo *ACR.*

latinum. Facile intellectui *ACR.*

quod et h. i. a. u. et pluris. Optat carmini ut perpetuo floreat, ea enim scripta quae sine uirtute sunt temporalia solent esse *POR.*

age dic l. b. c. *Barbiton* organi genus est sed nunc pro lyra posuit *POR.*

5. *lesbio pr. m. c.* Alcacum dicit qui fuit de Lesbo insula; hic etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit et Pittacum mitylenaeum uictum expulit *ACR.*

lesbio pr. m. c. Lesbium ciuem Alcaeum dicit; hic etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit *POR.*

7. *siue iactatam.* Qui seu in tempestatibus seu in bellis constitutus citharae solatium non amisit *ACR.*

siue iact. rel. u. l. nauem. Hoc ideo dicitur, quia in nauigationibus hic poeta cum bellicas res ageret tempestatibus saepe uexatus est *POR.*

9. *Liberum et musas.* Liber enim et cantilenam suadet et uoluptatem *POR.*

11. *et Lycum n. o. n. c. decorum.* Pulchrum enim hunc puerum Lycum Alcaeus dilexit. Pulchritudo enim puerorum saepe nigris decoratur oculis *ACR.*

et Lycum n. o. Hunc Lycum puerum Alcaeus dilexit *POR.*

13. *o decus Phoebi.* Lyram dicit csse Apollinis decus *ACR.*

o decus Ph. Lyram dicit decus Phoebi *POR.*

supremi. Summi ut:[3*] Pró supreme Iúppiter; omni enim laetitia Iouis epulum celebratur *ACR.*

15. *dulce lenimen.* Malorum enim lenimen est citharae cantus et sibi quandocumque profuturum exoptat *ACR.*

cumque. Quandocumque *ACR.*

2 uox *Med.* (*cod. recentiss. man. haec uerba adicit* memori uo. eximet euo) 3 intellectui *cod. Med.* intellectu *Fabr.* 4 et in pluris *cod.* et in plures *Med. Pat.* et plures *Fabr.* 10 etiam *cod. Med.* enim *Fabr.* (*fort. scr.* enim etiam) 11 pitacum mitileneum *cod.* pitacum et mitylenum *Med.* 16 nauem *cod. Pat.* nauim *Fabr.* 22 enim *cod. Med.* autem *Fabr.*

1* *Aen. VIIII 445* 2* *Ter. Adelph. II 1, 42 (196) Fleckeis.*

mihi cumque s. r. u. Cumque pro quandocumque positum est ut sit: dulce lenimen mihi quandocumque te rite uocanti *POR.*

CARMEN I 33.

Albi ne dol. pl. n. m. [Metrum tribus uersibus asclepiadeum, quartus glyconicus.] Albium Tibullum alloquitur elegorum poetam consolans eum exemplo aliorum et hortatur ut sit fortiori animo in contemptu quem indigne a Glycera muliere patitur et commemorat Lycorida quae similiter a Cyro contemnatur, ut rursus Cyrus Pholoen diligat et ab ea spernatur sicut Albius a Glycera *ACR.*

Albi ne dol. pl. n. m. immitis. Albium Tibullum adloquitur elegiarum poetam. Hortatur autem eum ut sit fortiore animo in contemptu quem indigne a Glycera muliere patitur quam ideo *inmitem* uocat *POR.*

2. *neu miserab.* Seu quia ipsi elegi, hoc est, carmen eius contemptu miserabile sit seu quia miserabilia elegis scribantur *ACR.*

neu mis. decantes elegos. Proprie elegiarum uersus aptissimi sunt fletibus quos ideo *miserabiles* dixit; nam et nomen ipsum elegiarum *παρὰ τοῦ ἒ ἒ* quae uox est lamentantium dictum putant *POR.*

4. *laesa fide.* Quia perfida extiterit amatori *ACR.*

cur t. i. l. p. fide. Apud Glyceram scilicet praeniteat quae fidem hoc faciendo laeserit *POR.*

2 inuocanti *cod.* 9 ut *addidi. lenissima coniectura; fortasse etiam de grauiore corruptela in postrema scholii parte cogitandum* 11 Albine *et paulo post* Albinum *cod.* 12 adloquitur *cod. saepius.* all. *Edd.* elegiorum *cod.* elegorum *Edd.* (*aut* elegiarum *aut* elegorum *scr.*) 13 a ligure muliere *cod.* (*notabilis sane scriptura*) 14 in mitem *hic cod.* imm. *Edd.* 16 contemptum *Fabr.* lacrimabilia *cod.* (*ceterum priorem partem scholii ineptam esse uix monendum*) 18 decantantes *cod.* elegiorum *hic et paulo post libri* 20 *παρατυε* (*sic!*) *Med. Pat.* parata $\overline{ee}$ *cod.* *παρὰ τὸ ἒ ἒ COM. CR.* 22 extiterat *Med.*

5. *tenui.* Angusta et parua sicuti pulchrae habere consueuerunt *ACR.*

insignem t. f. Lycorida Cyri torret amor C. i. a. d. Ph. Tenui fronte pro angusta et pusilla posuit. Frons autem minor pulchriorem facit mulierem et ideo *insignem tenui fronte* accipe, hoc est, hac re insignem *POR.*

7. 8. *apulis i. c. l.* Aut quia maiores ibi forma esse dicuntur aut pro quibuscumque posuit comparans natura contraria, ut: [1*]

Iungentur iam gryphes equis *ACR.*

sed prius apulis i. c. l. Hoc est prius lupi concumbent cum capreis *POR.*

10. *sic uisum Veneri.* Quotienscumque ratio non apparet *sic uisum* interponitur, ut Vergil.: [2*]

Postquam res Asiae Priamique euertere gentem
Immeritam uisum superis *ACR.*

sic uisum V. c. pl. imp. f. a. a. s. uiga aenea s. m. t. i. Non dicit impares formas cum ioco sub iuga mittit sed ordo est: sic uisum Veneri cum saeuo ioco i. e. *ueneri et amori* sic placuit, quem amorem *saeuum iocum* non ineleganti conceptione dixit. *Iuga* autem *aenea* durum ac difficilem amorem uult intellegi. Hoc Veneri, inquit, placuit ut quae amantur non consentiant amatoribus sed in alios ipsi amores declinent *POR.*

11. *sub iuga aenea.* Sub durum ac difficilem amorem *ACR.*

3 *lemma dedimus ex cod. Med. Pat., Fabr. om. et pro lemmate habet* tenui fronte *nunc in ipso schol. posita* torret *cod. Fabr.* torqueat *Med. Pat.* 6 hac re *cod.* in hac re *Edd.* 7 apulis *cod.* App. *Edd. (sic etiam apud Porphyrionem)* 8 *uerba* aut pro q. p. c. n. contraria *om. Fabr., add. ex cod. et Med.* 12 capris *cod.* 13 quotiensc. *cod. Med.* quotiesc. *Fabr.* 14 apparet *cod. Med.* appareat *Fabr.* 17 aenea *sed* h *suprascr. cod.* aenea *Med. Pat.* ahen. *Fabr. (itidem paulo post)* 18 Non dicit i. f. c. i. s. i. mittit sed O. *sic cod.* Sub iuga mittit qui domat cum turpitudine ut amor. Ordo *Fabr.* Sub iuga mittit sed ordo *Med. Pat.* (*Veram script. seruauit cod. sed sententia inepta manet*) 22 ut quae *Edd.* ut qui *cod.* 25 aenea *cod.* ahenea *Edd.*

1* *Verg. Bucol. VIII 27* 2* *Aen. IIII 1. 2*

12. *saeuo mitt. c. ioco.* *Saeuo* aut quia non numquam in diuersum amorem animi diuiduntur, aut quia cupido sibi ludos de hominibus exhibet aut certe quia in amorem per iocum uenitur *ACR.*

13. *ipsum me.* Dicit se amore amicae ab uxoris coniunctione reuocatum cuius ita litibus uel amaritudine uexetur quem ad modum Calabriae littora maris adriatici tempestatibus. *Adriae* autem *curuantis* dixit, ut Vergil.: [1*]

et littore curuo
Extruimusque toros *ACR.*

14. *grata det. c. Myrt.* Compedem singulari numero contra ueterum posuit consuetudinem *ACR.*

grata det. c. Myrt. *Compedem gratum* amorem significat; sed uideamus ne non simpliciter *compedem* hic dixerit sed referens ad conditionem *libertinae* Myrtales. Attendendum autem *compedem* singulari numero eum dixisse quod non facile apud ueteres inuenitur *POR.*

15. *Adriae.* Per hoc adriaticum sinum intellege quod mare et Calabriam alluit *POR.*

16. *curantis.* Commouentis uel erigentis pro nimio aestu *ACR.*

CARMEN I 34.

Parcus d. c. e. i. [Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius dimeter iambicus nouenarius hypercatalectus quartus

2 aut quia cupido sibi *Fabr. Med.* aut cum cupidine qui sibi (*sic!*) *cod.* 4 uenitur *cod.* uenit *Edd.* 6 ita *cod. Med.* ira *Fabr.* 8 Adriae a. c. dixit *et* extr. thoros *om. cod. Med.* 13 significat *cod.* signat *Edd.* 14 sed uideamus ne non *cod. Med. Pat.* et uidemus quod non *Fabr.* 15 myrtalis *cod.* 16 apud *supra lin.* inuenios *in marg. rec. man. add. cod.* (*Iuuat adicere schol. quale in Auctario COM. CR. est:* Videamus ne non s. c. h. d. si referes ad cond. l. m. Attende autem sing. n. e. d. comp. quod non facile ueteres habent) 18 haec *cod. fort. recte*

1* *Aen. III 223*

pindaricus.] Hac ode significat poenitere se, qui dum epicuream sectam sequeretur deis irreligiosus extiterit *ACR.*

Parcus d. cultor. Hac ode significat se poenitentiam agere quod epicuream sectam secutus inreligiosus extiterit. *POR.*

1. *parcus d. c.* Minus colens. *ACR.*

2. *insanientis.* Res sacrilegas suadentis. Epicurei enim omnia affirmant casu fieri nec deos humana curare, aduersus quam sectam uel persuasionem Verg. [1*]

Nec curare deum credis mortalia quemquam.

Hoc ergo et ipse culpat. Stoici enim et Platonici et esse deum et humana curare confirmant et ideo *insanientis sapientiae* hoc est epicureae. Item Vergil. secundum superiorem suasionem dicit: [2*]

Scilicet is superis labor est ea cura quietos
Sollicitat *ACR.*

3. *consultus.* Doctus peritus; hinc *iuris consulti* periti iuris esse dicuntur *ACR.*

sapientiae consultus. Ita dictum ut iuris consultus *POR.*

4. *uela dare.* Metaphora est a nauigatione, quod contempta Epicureorum disputatione se reuertisse ad credendum asserat, deos curare mortalia, ut: [3*]

Ni teneant cursus certum est dare lintea retro *ACR.*

4. 5. *atque iterare c. c.* Relictos non instaurare sed ad eosdem redire *POR.*

5. *diespiter.* Diei pater Iuppiter *ACR.*

6. *igni corusco.* Hoc est qui nubilo caelo coruscare consueuit sereno tonare ut est: [4*]

Intonuere poli et crebris micat ignibus ae. *ACR.*

3 significat *cod.* sit (= signat) *Pat.* scribit *Med. Fabr.* 4 inrelig. *cod.* irrel. *Edd.* 8 casu fieri *scr. ex COM. CR.* casura *libri* 15 is *cod.* his *Med.* hic *Fabr.* 17 ut uiri consulti periti esse d. *cod.* hinc iuris c. p. i. e. d. *Fabr. COM. CR.* iuris c. p. e. d. *Med.* 19 *hoc schol. addidi ex cod. In Med. et Pat. nihil est nisi lemma; in Fabr. sic cum seq. Porph. schol. coaluit:* Dum sap. cons. erro] Sapientiae consultus iterare *etc.* 26 Iuppiter *add. ex cod. Med.* 28 sereno uero touet *cod.* sereno tonet *Med.* (*Fort. sic scr.:* Qui n. c. c. c. et tonare, nunc sereno tonuit; tonantes uero ut est)

1* *Bucol. VIII 35* 2* *Aen. IIII 379* 3* *Aen. III 686* 4* *Aen. I 90*

namque Diespiter igni cor. n. diu. Sensus est: Iuppiter qui non nisi nubilo tonare solet *per purum* id est per serenum tonuit *POR.*

8. *uolucremque currum.* Ex uulgi opinione plerumque sensus poetae concipiunt ut hic de curribus dictum pro Olympi strepitu *ACR.*

plerumq. p. p. tonantis egit eq. uol. currum. Ex uulgari opinione plerumque poetae sensus concipiunt uelut hic ubi dicuntur tonitrua strepitus esse currus et quadrigarum Iouis *POR.*

9. *bruta.* Sine sensu tarda uel stolida quod terrae epitheton est *ACR.*

bruta tellus. Bruti graues et tardi dicuntur quod *ἐπίθετον* terrae perpetuum est *POR.*

10. *Taenari. Taenarus* promontorium Laconiae per quod descensus esse ad inferos fertur, ut Vergilius: [1*]

T a e n a r i a s e t i a m f a u c e s a l t a h o s t i a D i t i s *ACR.*

Taenari sedes. Inferi intellegendum quia per Taenarum Laconiae promontorium descensus ad inferos fertur *POR.*

11. *atlanteus finis.* Atlas enim mons est qui in ultimo Oceani fine porrigitur *ACR.*

12. 13. *ualet ima s. m.* Hoc est: potest hominum deus mutare fortunas *ACR.*

ualet ima s. m. Vt si diceret: potest ex minimo potentem et ex potente infimum reddere *POR.*

14. *obscura.* Ignobilia, id est, uiles personas ad honorem ducens denuo *ACR.*

13. 14. *et insignem att. d. obscura promens.* Id est, qui insignis fuerit attenuatur . . . . *POR.*

1 nam *cod., qui etiam cum Med. et Pat. habet* igne corrusco Iuppiter *hoc loco cod.* 2 *uerba* per purum *in nouo lemmate posuit Fabr. item Med. Pat., ut nos cod.* 7 tonantis *libri* (*non* tonantes) 13 *ἐπίθετον add. ex cod., om. Edd.* 18 Sedes inferi intelligendi *Fabr.* Inf. intellegendum *cod. Med. Pat.* 19 Laconice promunturium *cod.* 25 et *add. ex cod.* 28 obscurat (*sed* t *deleto*) premeñs *cod. Ceterum hoc schol. in cod. Med. Pat. male in fine carminis positum est* 29 *lacunam signare malui quam inepta*

1* *Georg. IIII 467*

14. *apicem.* Summitatem potestatis *ACR.*
rapax. Mutabilis, ut Terentius:[1*]

ó fortuna ut númquam es perpetuó bona.

Ordo est: Fortuna rapax hinc sustulit apicem cum acuto stridore hic gaudet posuisse *ACR.*

15. *acuto.* Luctuoso illis quos eliserit siue sonoro, ut:[2*]

non acuta
Sic geminant Corybantes aera.

Sensus est: hunc eleuat, hunc deicit mutata uice unum exaltans alterum deponens *ACR.*

14.—16. *hinc apicem r. f. c. str. ac. sustulit h. p. gaudet. Apicem* pro honoris sublimitate posuit. *Cum stridore acuto,* hoc est, cum fletibus et lamentatione, sed non sua uerum eorum quibus apicem, id est, dignitatem aufert. Sensus est autem: Fortuna res humanas plerumque mutat et ab alio ad alium opes et dignitatem transfert *POR.*

---

aut audaciorem emendationem recipere. Ineptae librorum scripturae sunt: inclaritate mali quam adeo producitur ad Fortunam quae ante praecipue colitur *cod.* clarit. mali qua adeo prod. a F. q. Antii pr. col. *Pat.* clar. mali quae a deo producitur *Med.* clar. mali. Haec adeo pauduutur ad F. q. Antii pr. col. *Fabr. Scrib. esse conicio aut:* inclari autem aliquando (a deo) producuntur, *aut* tenues in claritatem aliquando a deo producuntur *aut aliquid simile. Nam* ad Fort. quae Antii praecipue colitur *quin inscriptio seq. carminis sit nullus dubito. Similiter in cod. Bernensi (N. 21) est:* F. inuocat quae colitur 3 *sic uers. exhibent libri; apud. Terent. uero sic:* O fort. ut n. perpetuo es data. *Sane nostra scriptura satis memorabilis est; num uerior alii iudicent* 6 ediderit *libri.* dea laeserit *COM. CR.* (*aut* eliserit scribendum *aut* in quos ediderit *scil.* stridorem) 7 acuta *om. Fabr.* 10 *post* deponens *addit cod.* humilians 11 sustulit *cod.* abstulit *Med. Pat.* (*notabilis scriptura cui paulo post etiam respondet* aufert) hic pos. gaudet *om. Edd., add. cod.* 12 Cum strid. — aufert *cod. in marg. add. sec. man. Eadem ante* apicem *ponunt Edd. et sic pergunt nouo lemmate Med. Pat.:* hinc apicem rapax fort. posuisse gaudet. Apicem pro *etc. Etiam ex his* hinc ap. rap. fort. *cod. in marg. addit et signo docet haec simul cum modo memoratis post* sustulit *esse inserenda*

1* *Hecyr. III 3, 46 (406) Fleckeis.* 2* *Hor. Carm. I 16, 8*

CARMEN I 35.

O diua gr. [Metrum etc. ut I. 34.] Haec ode ad Fortunam scripta est, cui Caesaris aduersus Britannos profectionem commendat *ACR.*

O diua gr. q. r. A. Haec ode in Fortunam potentem scripta est cui Caesaris profectionem commendat *POR.*

1. *o diua gr.* Ζεῦγμα ab inferiori, *serues iturum Caesarem ACR.*

quae regis Antium. Apud Antium enim est Fortunae templum famosissimum multorum etiam principum donis ornatum; unde etiam ciuitas [Fortunae] ipsius tutelae addicta est *ACR.*

gratum q. r. A. Hoc ideo quia Anti fortuna potentissimi numinis habetur adeo ut multis pretiosissimisque donis et priuatorum et imperatorum templum ibi eius refertum sit *POR.*

2. *praesens.* Parata, potens mutare status hominum uel rei publicae *ACR.*

praes. uel imo t. d. gr. Praesens ita dictum ut praesentia dicuntur numina deorum quae se potentiamque suam manifeste ostendunt *POR.*

4. *uertere.* Conuertere mutare, ut: [1*]

multos mutata reuisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locauit *ACR.*

uertere fun. tr. *Vertere* pro eo quod est conuertere et mutare positum est *POR.*

5. *ambit.* Rogat supplicat *ACR.*

6. *te dom. aeq.* Fortuna enim et aequori dominatur ita ut et a nauigantibus inuocetur *ACR.*

4 ad Fort. potentum *Edd.* in F. poteutium *cod.* 8 autem *libri* 10 tulela dicta est *libri.* tutelae addicta *COM. CR.* 12 antifortuna *cod.* Antii Fort. *Edd.* 15. 16 uel rei publ. *om. cod. Med.* 17 uelim toll. *cod.* 21 mutata *libri.* alterna *apud Vergilium* 27 et a *cod.* a *Edd.*

1* *Aen. XI 426*

te dom. aeq. Pro *et aequoris.* Hoc autem recte dicitur quoniam Fortuna et semper et ubique metuenda est *POR.*

7. *bithyna.* Species pro genere ut: [1*] innatat alnus Missa pado *ACR.*

quicumq. bithyna lac. carpathium p. c. Bithyna carina ait ut solent poetae speciem pro genere ponere; qualia sunt illa Vergiliana: leuis innatat alnus Missa Pado pro quolibet flumine et: [2*]

Illas ducit amor trans Gargara transque sonan. Ascanium

pro quolibet monte *POR.*

8. *carpathium p.* Carpathium inter Aegyptum et Rhodum dictum ab insula Carpatho illic posita *ACR.*

9. *te Dacus asper.* Gens iuxta Histrum fluuium degens aspera bellis. Verg. [3*]

et coniurato descendens Dacus ab Histro *ACR.*

profugi Scythae. Ab orbe sepositi et in mundi extima parte constituti *ACR.*

prof. Scythae. Manifestum est cur *profugos* dixerit, quod scilicet etiam fugiendo proeliarentur.

10. *et Latium ferox.* Ferox, uictoriosum. Vergil.: [4*]

gens dura atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est *ACR.*

11. *regumque matres.* In omnibus subaudiendum est *metuunt* uel *metuit* iuxta mensuram quantitatis. *Matris* quia proprie timere filiis matrum est *ACR.*

1 pro et aequoris *add. ex cod.* 5 bithyna *cod.* bithina *Edd.* carpatium *cod.* bith. carina ait *cod.* bith. ait *Edd.* 9 illa *cod. Pat.* illam *Med. Fabr.* illas *apud Vergilium* 13 dictum *addidi ex COM. CR.* 14 Histrum *cod. Med.* Istrum *Fabr.* 16 et *libri* aut *apud Vergil.* 19 cum *libri.* cur *correxi* 20 etiam *addidi ex cod.* 21 uictoriosum *libri.* (*mutare nolui quamquam non me fugit hanc uocem nisi apud Catonem ap. Gell. IIII 9 et in inscriptionibus hodie non extare*) 24 Proprie timere fil. matr. est. In omnibus autem subaud. *etc. Fabr.; ut nos cod. et Med. nisi quod* quia *addidi*

1* *Georg. II 451* 2* *Aen. III 269* 3* *Georg. II 497* 4* *Aen. V 730*

12. *purpurei . . . . .* purpureum est quod totum ex purpura est *ACR.*

et purp. mel. tyr. *Purpurei* pro purpurati, *purpureum* enim aliud est si proprietatem attendas, nam sic dicitur *purpureum* ut *lapideum ligneum*, hoc est, quod purpura tantum constat *POR.*

13. *iniurioso.* Iniusto, ut Verg.: [1*]

cum Turni iniuria matrem
Admonuit

Potest autem fortuna et contra iustitiam grassari. Terentius:[2*]

tu núnc [tibi]
Id laúdi ducis quód tum fecisti inopia
Iniúrium est *ACR.*

14. *stantem col.* Pro incolumitate dignitatis et totius domus intellege *POR.*

14—16. *neu pop. freq. ad a. cessantes ad. arma conc.* Bene tumultum uulgarem expressit repetendo *POR.*

16. *imperiumq. fr.* Aut quia imperium semper fragile putatur aut quia magnae res deterioratae et fractae dicuntur ut Vergil.: [3*]

. fractae uires

et alibi: [4*] fracti bello fatisque repulsi
Ductores Danaum *ACR.*

17. *te semper anteit serua n.* Praecedit, quasi sit Necessitas comes et ministra Fortunae. Ideo *serua* quia aut imperio Fortunae obediat aut quia non suae potestatis est, quia subiacet necessitati; non ergo ipsa serua sed quae seruire compellit *ACR.*

1 *lacunam signaui, quae fort. duce Porph. sic explenda:* Purpurati. Proprie *uel sic* Purpurati. Alias 3 Purpurei *post lemma add. ex cod.* 4 enim *add. ex codicis margine* dicit *Fabr.* dicitur *cod. Med. Pat.* 5 lapidem igneum *Fabr.* lapideum, igneum *Med. Pat.* lapideum lig. *cod.* (*fort.* lap., ligneum, igneum *scrib.*) 11 tibi *om. libri* 24 Serua enim praecedit *Fabr., non recte opinor; immo* serua. n. *quod sine dubio in cod. suo inuenit Fabr. non est* serua enim *sed* serua necessitas *et ad lemma pertinet.* (*Ceterum schol. intactum reliqui quamquam sententiarum turbatio non me fugit*)

1* *Aen. VIIII 107* 2* *Ter. Adelph. I 2, 24 (104) Fleckeis.* 3* *Aen. II 170* 4* *Aen. II 13*

te semper anteit serua N. Nec enim est suae potestatis qui necessitati subiectus est *POR.*

18. *clauos trabales.* Species tormentorum *ACR.*

clauos trabalis et cun. man. Eleganti conceptione haec instrumenta Fortunae accomodat scilicet quibus cogit et torquet implicatque res humanas *POR.*

19. *aera.* Forti ut: [1*]

[uastis tremit ictibus] aerea puppis *ACR.*

seuerus uncus. Quo puniebantur damnati. Iuuenalis: [2*]

Seianus ducitur unco

et Cicero: [3*] Vncus impactus fugitiuo illi qui C. Mari nomen inuaserat *ACR.*

20. *liquidumque pl.* Nam et resoluto plumbo rei puniri consueuerunt *ACR.*

21. *te spes.* Quae sola sperando meliora durat, ut Verg.: [4*]

Spem uultu simulat premit altum corde d. *ACR.*

rara fides. Quae a paucis colitur *ACR.*

te spes et a. r. f. colit. Bono ἐπιθέτῳ *raram* fidem appellat quia a paucis colitur *POR.*

22. *uelata panno.* Posset uideri uili uerbo usus *panno* nisi hoc sermone intellegi uoluisset a pauperibus magis coli fidem. *Albo* autem dixit quia albo panno caput uelabant Fidei sacrificantes, siue propter ipsam fidem quod pura est et alba uel quod a senibus et iam maturis colatur, ut Verg.: [5*]

Cana Fides et Vesta

1 saeua *cod.* (*Med.*) *Pat.* serua *Fabr.* (*contra apud Acr. libri unanime serua*) 4 trabales *sed supra* a *et* e *scripta* i *littera cod.* 5. 6 torquet et cogit impl. *libri sed in cod. transponenda esse duo priora uerba indicata est sic:* tŏrquet et cŏgit 8 *uerba inclusa om. cod. Med.* 10 Seianus *Med. Fabr.* Seranus *cod. COM. CR.* 12 Mari (*non* Marii) *scripsi, quo ducit codicis ceterum mira scriptura* qui in Graeco mari 13 et resol. *cod.* de res. *Edd.* puuiri *cod. Med.* pugnari *Fabr.* 15 durat Verg. *Edd.* duratur Verg. *cod.* 18 epitheto *Edd.* ἐπιθετων *cod.* 21 pauperibus *cod. Med.* pauperioribus *Fabr.* 22 aut certe *libri.* Albo autem dixit, *scripsi Porphyr. secutus* 23 aut propter *Fabr.* siue pr. *cod. Med.*

1* *Aen. V 198* 2* *Iuuen. X 66* 3* *Cic. Philipp. I 2* 4* *Aen. I 209* 5* *Aen. I 292*

seu quia honesti dum fidem colunt pauperes sunt et est quaestuosa perfidia, ut Iuuenalis: [1*]

Criminibus debent hortos praetoria *ACR.*

et albo r. f. c. uelata panno. Posset uideri sordide dixisse *panno* nisi uellet hac conceptione intellegi a pauperioribus magis coli fidem. *Albo* autem dixit propter honestatem fidelitatis; aut numquid albo panno fides uelata dicitur quod qui fidem colunt honesti quidem habeantur sed pauperes fiant, quoniam acquisitio magis perfidia prouenit? *POR.*.

22. *ne comitem abnegat.* Abscedens enim fortuna etiam fidem secum aufert, ut Iuuenalis: [2*]

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca
Tantum habet et fidei.

Ordo est: nec abnegat comitem utcumque inimica linquis potentes domos mutata ueste *ACR.*

23. *utcumque.* Quotienscumque *ACR.*

mutata u. Aut luctu aut pauperie *ACR.*

22. 23. *nec com. abn. u. m. potentes u. domos i. linquis.* Non spernit te, inquit, o fortuna fides cum linquis potentiorum limina,[3*] id est, cum relinquis diuites. Per hoc autem uidetur significare eos qui ex dignitate honoris aut diuitiarum ceciderint nec fidem apud eos remanere, id est, fidem quoque amittere. Et hoc quoque dupliciter intellege, ut fides illis nec habeatur nec seruetur *POR.*

25. *at uulgus e. m. r. p. c.* Vulgus et meretrix fortunam tristem amicorum non secuntur ut prosperam, quod ideo dixit quia fortunae euentum subire se plerumque homines uulgares negant. Iuuenalis: [4*]

2 quaestuosa] quae est odiosa (!) *cod.* 12 quantum cunque *cod.* 14 ordo est *et quae secuntur in Fabr. leguntur infra post uerbum* pauperie (*uers. 23.*) abnegat te *Fabr.* 18 domo *cod.* 20 id est cum *cod.* uel cum *Edd.* 21 signif. üidetur (*sic*) *cod.* 26 non seq. ut *cod. Med.* ita non seq. uti *Fabr.* 27 post euentum *addendum uidetur* cum amico

1* *Iuuen. I 75* 2* *Iuuen. III 143* 3* *Hor. Epod. II 8* 4* *Iuuen. X 72*

sed quid Turba Remi? sequitur fortunam ut semper et odit Damnatos *ACR.*

26. *diffugiunt c. c. f. s. a.* Per allegoriam ostendit eos qui uolunt amicorum necessitati coniungi ut:[1*]

ómnes me noti átque amici déserunt *ACR.*

25.—27. *at uulg. inf. et m. r. p. c. diff. c. c. f. s. a.* Haec eleganter dicuntur quia fortunae euentum subire cum amico uulgares homines nolunt *POR.*

28. *ferre i. p. d.* Ἀλληγορικῶς eos ostendit necessitati amicorum nolle coniunctos esse *POR.*

29. *serues iturum.* Per hyperbaton sensui superiori respondit: O diua gratum quae regis Antium *ACR.*

serues it. C. i. u. o. Brit. Caesarem Augustum dicit. Hic initium odes huius coniungendum est, sic enim: O diua gratum quae regis Antium serues iturum Caesarem *POR.*

30. *et iuuenum rec. ex.* Collecticium. Omnibus enim militibus per ciuilia bella consumptis [habito] ab Augusto [delectu] nouus fuerat collectus exercitus quem bene *examen* uocauit *ACR.*

iuuenem r. ex. Translationem ab apibus factam pro multitudine militum posuit *POR.*

31. 32. *eois t. p. o. r.* Vtrique orbi metuendum dixit exercitum; nam in Eoo orientem posuit in Oceano rubro occidentem ut Verg.:[2*]

1 turba tremens *Fabr. Med. COM. CR.* turbarem *cod. in quo uera scriptura* turba remi *latet. Cfr. Iuuen. ed. Iahn, quem hunc scholiast. locum omisisse non reticeam* fortuna semper *cod.* fortunam uti semper *COM. CR.* 6 noti me *Terent. Fleckeis.* me noti *nostri libri* 7 per (*sub* r *puncto posito*) iura (= peiura) *cod.* 10 eos, *quod facile excidit inter* ως *et* ost. *addidi* 15 *pro* hic *fort. reponendum* huic huius *addidi ex codice, item* est enim *om Fabr.* 16 iterum *hic male cod., in lem.* iturum 17 *de significatione* collecticium *uocis cfr. Cic. Fam. VII 3:* 'signa tirone et collecticio exercitu cum legionibus robustissimis contulit' 18. 19 habito *et* delectu *om. cod. Med.* 21 Translationem a. a. factam *dedi ex cod.* Transl. *om. et deinde* factum *exhibent Edd.*

1* *Ter. Eunuch. II 2, 7 (238) Fleckeis.* 2* *Georg. III 32*

Et duo rapta manu diuerso ex hoste tropaea
Bisque triumphatas utroque ab litore g. *ACR.*

31. *timendum.* Cuius exercitus timetur et in occasu et in oriente *POR.*

Oceanoque rubro. Hoc est rubro mari quod est in oriente *ACR.*

33. *heu heu eic.* Sic enim bellorum ciuilium pudendae cicatrices sunt quemadmodum gloriosae in bellis externis *ACR.*

heu cicatr. et sc. p. Huius scilicet sceleris quod bello ciuili in nos admisimus *POR.*

34. *fratrumq.* Id est, quos in bello ciuili uulnerauimus, ut: [1*]

Ille locus fratres habuit *ACR.*

dura aetas. Aspera, infeliciter nata aut *dura* sine misericordia *ACR.*

quid nos d. r. aetas. Suauiter figurauit: *nos aetas POR.*

35. *nefasti.* Nefarii *ACR.*

quid int. n. liq. Nefastos pro nefariis posuit *POR.*

36. *unde manum iuu.* Nec solum a parentum caede sed nec a numinum uiolatione temperatum est, ut Lucanus: [2*]
Numina miscebant castrensis flamma monetae *ACR.*

quibus pepercit aris. Hoc est, quae non spoliauit templa deorum aut polluit caede, ut Lucanus: [3*]

Stat cruor in templis *ACR.*

38. 39. *o utinam n. i.* Vtinam noua instaurentur tela iustis hostibus experienda nec ciuilis sanguinis pollnta piaculo, quae uictoriam mereantur et omine careant infelicitatis, ut est: [4*]

Ipsorum clipeos et non felicia tela *ACR.*

o utin. n. i. diffingas retusum i. M. A. f. Ἀμφίβολον;

1 trophaea *libri* 2 a litore *cod. Med.* 4 in *ante* oriente *add. ex cod.* 5 oceanoq. *cod.* oceano *Edd.* 7 he heu *cod.* heu *Edd.* 9 heu *simpliciter libri* 11 id est *add. ex cod.* 21 miscebant *cod. Fabr.* miscebunt *Med.* miscebat *COM. CR.* miscebit *uulgo apud Lucan.* 27 omine *cod. Med. COM. CR.* nomine *Fabr.* 30 retunsum *cod.* retusum *Edd.*

1* ? 2* *Lucan. I 380* 3* *Lucan. II 103* 4* *Aen. XI 196*

non est enim *retusum in Massagetas* accipiendum sed *in Massagetas diffingas.* Sensus est enim, utinam ferrum quod retudimus in corporibus nostrorum bello ciuili diffingas id est, refrabrices aduersus barbaros. *Massagetae* autem gens Thraciae *POR.*

diffingas. Contusum reformes. Nam sicut *fingere* formare dicitur sit et *diffingere* est quassatum deformare *ACR.*

retusum. Ciuilibus bellis hebetatum *ACR.*

CARMEN I 36.

Et ture e. f. i. [Metrum primo uersu glyconicum secundo asclepiadeum.] In honorem Pomponii Numidae hanc oden scribit pro cuius salute ex Hispania reuersi uota persoluit laetitiamque conuiuiorum per sacrificia se exhibere commemorat *ACR.*

Et ture et fid. i. p. et u. s. d. c. N. d. Hanc oden scribit in honorem Pomponi nomine Numidae pro cuius salute reuersi ex Mauritania uota soluere aequum esse dicit *POR.*

1. *Et ture e. f. i.* Fidicines sacrificiis adhiberi consueuerunt, ut Verg.:[1*]

Inflauit cum pinguis ebur tyrrhenus ad aras *ACR.*

2. *placare.* Hic non pro irata aut mitigare aut reconciliare numina posuit sed aut pro grates referre aut uota persoluere; propitii enim dei reduxerant Numidam sospitem *ACR.*

1. 2. *et ture et fid. i. pl.* Fidicines hodieque Romae ad sacrificia adhiberi sicut tibicines nemo est qui nesciat *ACR.*

1 est *addidi ex cod.* 2 sensus est enim utinam *cod.* sensus enim ut *Med. Pal.* s. enim est ut *Fabr.* 8 hebetatum *om. cod. et haud raro est sic in fine mutilatus* 15 Pomponi *cod.* Pomponii *Edd.* 20 pro *addidi* 21 possunt *cod.* possit *Fabr.* parat *Med.* (*scr.* posuit) sed aut pro *scr. cum COM. CR.* sed parat *Fabr.* sed *cod. Med.* 22 dei *Med.* dii *cod. Fabr.* (*aut* dei *aut* di *scrib.*) reduxerunt *Fabr.* reduxerant *cod. Med.* 23 ture *cod.* (*quare et supra sic scripsi quamquam ibi* thure *erat*). thure *Edd.* hodieque *cod.* hodie quoque *Edd.*

1* *Georg II 193*

iuuat pl. Numid. deos. Placare pro eo quod est *gratiam referre* intellegendum non ut placari irati dicuntur. Cum enim Numidam dicat sospitem rediisse apparet eum deos propitios etiam ante sacrificia habuisse. *Custodes* autem pro conseruatoribus accipiamus *POR.*

2. *et uituli s. d.* Id est, uotis peractis. Debetur enim hostia dum uotis susceptis promittitur *ACR.*

4. *qui nunc Hesperia.* Hispaniam dixit. Hesperia autem ab Hespero dicta quasi in occidentali plaga. Ordo est: qui nunc sospes reuersus ab ultima Hesperia diuidit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen diuidit plura quam dulci Lamiae memor pueritiae actae non alio rege et memor simul mutatae togae *ACR.*

qui nunc Hesperia sospes ab u. Numida hic ex Mauritania in qua militauerat reuersus est. Ergo Hesperiam nunc occiduam partem intellege, non ut Hesperia a Vergilio Italia dicitur *POR.*

6. *diuidit oscula.* Tamquam quae multis data sufficerent; quae consuetudo est amicorum dum de longinquo [tardius] reuertuntur *ACR.*

8. *non alio rege. Regem* aut diuitem posuit aut patronum. Iuuenal.[1*]

Optima siluarum interea pelagique uorabit
Rex horum *ACR.*

puertiae. Pro *pueritiae* per syncopam dixit, et significanit Numidam Lamia patrono usum a pueritia usque ad uirilem aetatem; unde ait *rege,* quod eum Lamia rexerit. *Peractae* autem pueritiae ait quia deposita praetexta accipiebant adulescentes togam uirilem. Qua commemoratione uult uideri per hoc quod simul togas mutauerint aetatis aequalitatem augere amicitiam. Vnde et Vergil.:[2*]

1 *lemmate omisso Fabr. habet* Placare autem 3 rediisse *cod. Med. Pat.* redisse *Fabr.* 4 etiam *cod.* et *Edd.* 10 diuidit multa o. c. s. u. tamen *om. cod. aberratione oculorum* 14 ospes *sed* h *supra* o *scripto cod.* numidia. Hic ex *cod.* Numida. Hic ex *Med. Pat.* Numida hic e *Fabr.* 19 tardius *om. cod. COM. CR.*

1* *Iuuen. I 135* 2* *Aen. VIIII 273*

mea quem spatiis propioribus aetas
Insequitur *ACR.*

actae non alio rege puertiae. *Puertia* pro *pueritia* per syncopen dixit. Significat autem Pomponium hunc Numidam a pueritia Lamia patrono usum *POR.*

9. *mutataeque simul togae.* Praetextae utique togae mutatae qua deposita uirilis accipitur. Per hoc significat eos pariter adoleuisse *POR.*

10. *cressa.* Cretensi. Cretensibus enim mos erat dies laetos albis calculis, nigris contrarios numerare et ex laetorum dierum numero una et tempus metiri: malos enim in annorum numerum non ducebant *ACR.*

cressa n. c. p. d. n. Album calculum *cressam notam* dicit, quia Cretensibus mos erat laetos dies calculis albis quos in pharetras mittebant notare, tristes autem nigris. Per hoc ergo dicit nunc poeta laetum diem exigendum *POR.*

11. *neu promptae m. amph.* Id est, prolatum uinum expendatur continuata laetitia *ACR.*

neu morem in Salium. Salii sacerdotes Martis et Herculis dicebantur qui sacra saltatibus celebrabant, ut: [1*]

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Adsunt.

Nam proprie Salii a saliendo dicti sunt *ACR.*

11. 12. *neu promptae m. a. n. m. i. Salium s. r. p.* Per quod significat et largius bibendum et saltandum. Salii autem sacerdotes Martis hodieque tripudiare in sacrificiis Martis dicuntur, unde et Salii a saliendo, id est, saltando dicti. Ordo est: neu sit requies pedum Salium more *POR.*

13. *neu m. D. m.* Ebriosam mulierem dicit quae a Nu-

1 mea quem *cod. Med.* mea quidem *Fabr.* 2 insequitur *om. cod. Med.* 4 κατὰ συγκοπήν *Fabr.* per syncopen *cod. Med. Pat.* significat *cod.* signat *Edd.*; (*item in seq. schol.*) 6 praetextam *Edd.* praetextae *cod.* 16 ergo *om. Fabr.*, *add. cod. Med. Pat.* nunc *add. ex cod.* 20 saltibus *Edd.* saltatibus *cod.* 21 incens. alt. c. adsunt *om. cod. Med.* 22 adsunt *Fabr.*; *apud Verg. uersus sic incipit* populeis adsunt 25 significal *cod.* signat *Edd.* 27 aliendo *supra* a *scripto* as *cod.* saltando *cod.* s salt. *Edd.* 28 Saliorum *Fabr.* Salinn *cod. Med. Pat.*

1* *Aen. VIII 285*

mida amabatur. Vnde hic sensus est: Cum Numida certamen bibendi sit Damali nouo amico non cum Basso *ACR.*

13. 14. *neu m. D. m. B. threi. u. A.* Amystis, ut quidam uolunt, potio quaedam est apud Thracas. Alii poculi speciem esse aiunt eo quod necesse sit uno ductu potionem haurire. Sensus autem est: Damalis, quae multi meri est, id est ebriosa non uincat Bassum in potando. Ideo Bassus quoque multum potat *POR.*

14. *Amystide. Amystis* ut quidam putant, potionis genus apud Thracas, ideo Amystis dicta quia [certa mensura] clausis oculis potabatur uno ductu. Alii Amystiden gemmam intellegi uolunt, quae praesenti usu *Amethystus* dicitur. Clausa enim poculis ebrietatem prohibere credebatur; nam et apium si manditur aduersus ebrietatem putatur prodesse *ACR.*

16. *neu uiuax ap.* Diu uiriditatem retinens, cuius paene folium non deficit uiriditate *ACR.*

neu breue lil. Breue ad tempus rettulit *ACR.*

neu br. lil. Quod breuis temporis est, hoc est, cito defloreseit *POR.*

17. *putres.* Nimio potu marcentes et libidine resolutos *ACR.*

17. 18. *putres d. oc. Putres* uino intellege; uidemus enim ex uino oculos quasi languidos fieri *POR.*

18. 19. *nec D. n. diu. adult.* Sensus est: nec nouus adulter, id est, amator Damalin auellet a pristino suo amatore *POR.*

20. *lasciuis.* In diuersa discurrentibus et uagis *ACR.*

ambitiosior. Quoniam ambitu et concupiscentia amplexu facile se ita illiget ut hederae consueuerunt *ACR.*

lasciuis hederis ambitiosior. Ambitiosa ab ambitu lacer-

3 thraicia *cod. Med. Pat.* threic. *Fabr.* 4 archas *pro* Thracas *cod.* 7 ideo *Edd.* id est *cod.* 10 certa mensura *om. cod. Med.* 11 amystin *Med. Fabr.* ametisten *cod.* 12 intellegi *om. cod. Med.* 15. 16 paene folium *cod. Med.* fol. p. *Fabr.* 17 rettulit *Med.* retulit *cod. Fabr.* 25 Damali auelletur *Fabr.* Damalin (Damalim *cod.*) auellet *cod. Med. Pat.* 25. 26 amore *Fabr.* amatore *cod. Med. Pat.* 28 habitu *cod.* 29 hederae *cod. Med.* ederae *Fabr.* 30 hederis *cod. Med. Pat. et sic per aspirationem ubique.* ederis *per* h *ubique Fabr.* ambitior *cod.*

torum, id est, amplexu Damalis dicta est, quae ob hoc hederae comparata est quia et illa arbores solet ambire id est circumdare. Hederas autem *lasciuas* dixit quia quasi ludentes uagae serpunt *POR.*

CARMEN I 37.

Nunc est bib. [Metrum duobus uersibus alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus hypercatalectus, quartus pindaricus.] Post ciuile bellum primum imperium Romanorum inter tres diuisum est, ita ut Antonius orientem Augustus Gallias urbem Lepidus obtineret. Antonius Augusti sororem habuit uxorem qua spreta amore ductus Cleopatrae Ptolemaei sorori coniunctus est. Qua indignatione Augustus aduersus Antonium et Cleopatram bellum gessit apud Actium promontorium Epiri et praefecto classis Agrippa superauit Antonium proelio nauali; quo uicto et Alexandriam cepit. Hac ergo ode laetitiam suam significat ob uictoriam Augusti *ACR.*

Nunc est bibendum. Hac ode laetitiam profitetur suam poeta ob uictoriam actiacam Augusti, qua M. Antonium apud Actium promontorium nauali proelio superauit ac deinde Alexandriam cepit *POR.*

1. *pede libero.* Aut a periculis aut a fuga securo aut lasciuienti *ACR.*

2. *pulsanda tellus.* Pedum pulsu ferienda *ACR.*

1. 2. *nunc p. l. p. t.* Id est, libere tripudiandum est ac per hoc ludendum *POR.*

nunc saliaribus. Saliares cenae quas Salii faciebant dicuntur amplissimi apparatus fuisse, unde et in prouerbio erat Saliares cenas dicere opiparas et copiosas. Ordo est: Nunc est tempus ornare puluinar deorum saliaribus dapibus. *Pul-*

4 sunt *cod. pr. m.* serpunt *corr. cod. Med. Pat.* 7 primum *om. cod.* 12 aput *hoc loco cod.* 18 qua *Edd.* cum *cod.* 19 promunturium *ut solet cod.* 20 coepit *libri*

uinaria dicebantur aut lecti deorum aut tabulata in quibus stabant numina ut eminentiora uiderentur *ACR*.

nunc saliaribus o. p. d. t. e. d. s. Sacerdotales cenae quas Salii faciunt dicuntur esse amplissimi apparatus. Vnde in prouerbio est Saliares cenas dicere opiparas ac copiosas *POR*.

4. *erat.* Pro *est ACR* — *dapibus.* Post saltationem enim hostiis epulabantur, ut: 1*

lucos uocat hostia pinguis in altos *ACR*.

6. *cellis auitis.* Antiquis cellis uinariis, id est, uinum auitum *ACR*.

5. 6. *ante hac n. d. C. cellis auitis.* Per *cellas auitas* uinum uetustum significat *POR*.

6. *dum Capit. r.* Cleopatra, ut: 2*

Terruit illa suo si fas Capitolia sistro.

Ordo est: Dum regina impotens sperare quidlibet et ebria dulci fortuna parabat funus et dementes ruinas Capitolio et imperio cum grege turpium uirorum contaminato morbo *ACR*.

8. *funus et imp. par.* *Funus* pro exitio positum est; *imperio* autem utique romano intellegendum *POR*.

9. *turpium.* Eunuchorum quos satellites habuit Cleopatra. *Turpium* autem aut malae uitae aut ciuiratorum *ACR*.

contaminato cum grege. Id est cum grege spadonum quos Cleopatra satellites et cubicularios babebat, quos morbo turpes dixit quia fere bi effeminati erant *POR*.

12. *ebria.* Elusa fortunae successu et ob hoc demens inconsulta improuida sicut ebrii esse solent *ACR*.

fortunaque d. ebr. Hoc est fortunae successu demens et inconsulta *POR*.

13. *uix una s. n. a. i.* Aut nauis qua fugit Cleopatra aut per allegoriam ostendit Cleopatram primum Iulium Caesarem corporis sui illecebris cepisse secundum Antonium;

7 *hoc schol.* erat *etc. et quae secuntur duo om. cod. Acr.* 13 significat *cod.* signat *Edd.* 22 turpium autem *om. cod. Med.* 25 hi *cod.* ii *Edd.* 28 fortuna quod *cod. in lemmate*

1* *Aen. XI 740* 2* *Lucan. X 63*

Augustum deinde temptasse, sed eum eius uitasse complexus; ideo: *una sospes nauis ab ignibus* *ACR.*

12. 13. ***sed minuit f. u. u. s. n. a. i.*** *Vna nauis* qua scilicet effugit uicta ab Augusto; sed ***unam nauem ὑπερβολικῶς*** dictum accipe *POR.*

14. ***lymphatam.*** Ebrietate insanam *ACR.*

mareotico. In Aegypto Mareotis palus est iuxta quam uinum optimum nascitur quod ex eius uocabulo ***mareoticum*** appellatur, ut sunt: [1*]

et mareotides albae

et: [2*] mareotica fumat *ACR.*

mentemq. l. m. r. i. u. tim. Mareotis palus esse dicitur in Aegypto, unde uinum mareoticum dicit. Ergo ***lymphatam mentem mareotico*** ex ebrietate uesanam accipe *POR.*

15. ***redegit in ueros t.*** Non fictos *ACR.*

16. ***uolantem.*** Hoc dicit ut illius fugae celeritatem ostenderet. ***Volantem*** autem aut fugientem, ut: [3*]

pedibus timor addidit alas

aut nauigantem, ut: [4*]

pelagoque uolamus.

Ordo est: Caesar adurgens, supple uolantem ex Italia, uelut accipiter urget molles columbas aut citus uenator urget leporem in campis niualis Haemoniae, ut fatale monstrum daret catenis, supple ex superiore: minuit furorem et cetera *ACR.*

18. ***molles.*** Aut propter renitendi uires aut certe captu faciles, ut Verg.: [5*]

Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube col. *ACR.*

1 temptasse *cod. Med.* tent. *Fabr.* 4 sed unam nau. ὑπερβολικῶς dictum acc. *cod.* secundum unam nauem d. acc. *sic Edd., quae scriptura quid sibi uelit equidem non adsecutus sum* 8 ex *add. ex cod. et Med.* 11 fumat *cod. Med. COM. CR.* fumant *Fabr.* 13 mareoticum. Dicit ergo l. m. M. ex ebr. ues. accipi *libri omnes, nisi quod in cod. est* accipe, *qua scriptura recepta et interpungendi ratione mutata omnia bene se habent* 15 *hoc schol. om. cod. Med.* 16 hoc dicit .... Volantem autem *om. cod. (aberratione oculorum ut uidetur)* 23 ut fatale m. d. catenis in campis niualis Haem. *hoc ordine male libri* 25 renitentis *libri*

1* *Georg. II 91* 2* *?* 3* *Aen. VIII 224* 4* *Aen. III 124* 5* *Aen. XI 721*

19. *niualis.* Frigidae et niuosae. *ACR.*

Haemoniae. [Thraciae] ab Haemo monte, ibi enim pugnatum est; Verg.: [1*]

o qui me gelidis in uallibus Haemi
Sistat *ACR.*

in campis niu. Haemon. Haemonia [Thracia] dicitur ab Haemone monte, quem *niualem* merito appelauit quia est frigidissimus *POR.*

21. *fatale m.* Aut turpe dixit unde et prostantes fatales dicuntur ut est: [2*] Romam non casta malo, aut uelut monstrum fatis sibi reseruatum aut fato Romanis obiectum *ACR.*

daret ut catenis f. m. *Fatale monstrum* aut a fato sibi seruatum aut detestabile aut dictum hic accipiamus quasi decreto fatorum nobis objectum *POR.*

generosius. Id est maiore quam sexus exigebat animositate *ACR.*

22. 23. *nec mul. exp. ensem.* Non tamquam ense perierit Cleopatra sed significat eam tam praestantem animi fuisse ut ensem quoque non timuerit *POR.*

23. 24. *nec latentes classe cita reparauit oras.* *Latentes oras* i. e. fines regni latentes. Id est: non collegit denuo exercitum ex intimis regni partibus sibi fauentibus. Perditis enim rebus Cleopatra dum omnis in eius auxilium Aegyptus conspiraret ne aut reparato bello ad inferiora descendens genti suae existeret grauis aut occasionem gloriosae mortis effugeret contempsit amorem uel deuotionem suorum. Quod Vergilius regioni dans in fluminis appellatione rettulit Nilum auxilia offerentem, ut est: [3*]

2 Thraciae *quod libri habent uncis inclusi; (fort. scrib.* nomen traxit) *Cfr. adnot. ad Porph. schol.* 6 aemonia *et* aemone *Med. Pat.* Thracia *om. cod. Med. Pat. quare uncis inclusi ut addidamentum idque falsum; Haemon. enim* Thessalia *dicitur* 11 subiectum *libri.* obiectum *scripsi ex Porph.* 12 fatale monstrum *post lemma add. ex cod. qui idem habet* autem 13 dictum hoc *cod. Med. Pat.* aut d. hoc *Fabr.* 17 ensem *cod.* enses *Edd.* 18 significat *cod.* signat *Edd.* 19 non *cod. Fabr., om. Med. Pat.* 21 Lat. oras i. e. *om. cod. Med.* 22 sibi fau. *om. Med.* 24 id est genti *Fabr.* genti *cod. Med.* 25 *fort. scr.* occasio 27 religioni *Fabr.* regioni *cod. Med.*

1* *Georg. II 488* 2* *?* 3* *Verg. Aen. VIII 712*

Pandentemque sinus et tota ueste uocantem
Caeruleum in gremium latebrosaque fl. u. *ACR.*

nec latentis classe cita rep. oras. Hoc est: nec fugit in latentis i. e. intimas Aegypti regiones ut uires inde repararet *POR.*

25. *ausa et iacentem u. reg. u. s.* Id est: regnum suum desperatum et deiectum uultu interrito et ueluti laeto, ut: [1*]
Spem uultu simulat premit altum corde dol. *ACR.*

26. *fortis.* Quae habebat ex desperatione uirtutem *ACR.*

26. 27. *et asp. tr. s.* Cleopatra metu capta ne duceretur in triumphum corpori suo serpentes apposuit quorum interiret ueneno, ut: [2*]
Necdum etiam geminos a tergo respicit angues *ACR.*

fortis et asp. tr. serpentes. Hoc ideo dicitur quia serpentem sibi adposuit cuius morsu periit *POR.*

29. *deliberata.* Aut pro adhuc in cogitatione [et tractatu] habita posuit aut pro iam statuta morte, ut: [3*]
Decreuitque mori *ACR.*

delib. m. f. saeuis Lib. Deliberata utrum pro cogitata positum est an uero de qua plerique deliberaut i. e. dubitant, ut sit hoc perpetuum epitheton mortis? Significat autem in ipsius mortis significatione constantissimam eam fuisse. *Liburni* gens Illyrici ferox ad moriendum paratissima *POR.*

ferocior. Promptior saeuis Liburnis fuit ad mortem; illi enim libenter moriuntur; aut saeuis sibi per quos uicta est

2 lacrimosaque *libri.* latebrosaque *apud Vergil.* 3 latentis *cod. utroque loco.* latentes *Edd.* cita classe *Med. Pal.* cl. cita *cod.* horas *cod. Pal.* in *in libris deest, in cod. ante* intimas *supra lin. adscriptum est, ergo non recto loco* 8 premit a. c. d. *add. ex Med. et COM. CR.* 9 fortisque haberet *cod.* fortisq. habebat *Med.* 15 ad opposuit *cod. sed* ad *ead. m. deleto.* opposuit *Med. Pal.* app. *Fabr.* 16. 17 et tractatn *uerba sine dubio eicienda sunt* 22 eam *addidi* 23 Liburni (*cod. bis et quidem* y *supra* u *scripto*) gens fer. Ill. *pr. m. cod. et Edd.* paratissima *cod.* apparatissima *Edd.* 24 *non solum interpretatio ipsa in hoc schol. falsa sed uerba quoque corrupta sunt. In initio et fine bis idem profertur:* Liburnos ad mortem promptos fuisse. *Videtur ex duobus schol. conflatum, quorum alteri* saeuis *pro lemmate erat* liburnis *alteri*

1* *Aen. I 209* 2* *Aen. VIII 697* 3* *Aen. IIII 475*

aut saeuis fortibus, ut: 1* saeua paupertas et: 2* saeuus Hector et: 3* saeuumque tritentem; aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur, quibus illa ferocior fuit; Verg.: 4*
Regna Libornorum et fontem superare Tim. *ACR.*

30. *scil. inuidens.* Ordo est: scilicet non humilis mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho; *inuidens* Augusto ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam et Liuius refert: Cleopatram cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur dicere solitum 'non triumphabor' *ACR.*

deduci. Subtrahi *ACR.*

scil. inuidens pr. d. s. n. h. m. tr. Inuidens scilicet Augusto ne captiuitas sua illi gloriosiorem honestioremque triumphum faceret ornatu. Nam et Titus Liuius refert: 5* illam cum de industria ab Augusto in captiuitate indulgentius tractaretur identidem dicere solitam fuisse '*οὐ θριαμβεύσομαι*' id est, non triumphabor ab alio *POR.*

CARMEN I 38.

1. *Persicos odi p. app.* Puerum suum alloquitur et elegantem ministrum quem sibi mediocria iubet parare negans ad uoluptatem opus esse magnifico apparatu et optimo. Persae autem ob nimias diuitias in sumptuosissimis delitiis degere dicuntur *ACR.*

Persicos odi p. app. Ad puerum suum de hilaritate loquitur negans ad uoluptatem opus esse magno apparatu. Persae autem reges ob nimias diuitias in sumptuosissimis delitiis uitam agere dicuntur *POR.*

9 *Haec Liui uerba locum habuerunt ut uidetur, libro CXXXIII; cfr. T. Liui Periochae ed. O. Iahn p. 106* 12 subtrahi *Med.* pertrahi *Fabr.*, *totum schol. om. cod. Mutilatum uidetur* (*fort.* sub iugo trahi) 18 *ουβριαμβ ευσομαι Med. Pat. Cfr. quae narrat Plutarch. Anton. 84* 28 uitam *cod. in mrg.*

1* *Hor. Carm. I 12, 43* 2* *Verg. Aen. I 138* 3* *Aen. I 99* 4* *Aen. I 244* 5* *Liui periochae ex libr. CXXXIII*

2. *philyra.* Φύλλον graece folium dicitur; hic ergo coronam de foliis factam posuit quia ipsae pretiosiores sunt *ACR.*

displ. nexae philyra cor. Hoc est displicent coronae operosius factae *POR.*

3. *mitte sectari.* Vetat puerum rosas quae iam peracto uere inueniri solent studiose quaerere *ACR.*

mitte s. r. q. l. s. m. Votat puerum magnopere rosas sibi quaerere quae solent iam praeterito ueris tempore ex frigidioribus afferri *POR.*

4. *sera.* Tarda, ut: [1*]

Aestatem inercpitans seram *ACR.*

5. *simplici.* Singulari cui nihil aliud adiungitur *ACR.*

simplici m. nihil adlabores. Sensus: Nihil adlabores myrto applicare. Simplex enim myrtus delectat nec in hac re uolo sedulus sis i. e. officiosus ut plus quam myrto coroneris. Ordo est autem: Nihil curo id est hoc non curo ac per hoc nolo *POR.*

6. *neque te m. ded.* Id est, tametsi myrto praeter rosam uteris non te dedecet quia non faciet te gratiae minoris *ACR.*

7. 8. *sub arta u. bib.* Sub humili *ACR.*

neque me sub arta uite bib. *Artam uitem* spissam ac per hoc umbrosam accipe *POR.*

---

1 philyra *Fabr.* phylira *Med.* philira *cod. Deinde* philos *cod.* phylon *Med. Ceterum fort. scr.:* 'Φιλυρα graece tilia dicitur; h. e. c. de tiliis f. p., quae i. pr. s.' *Cfr. COM. CR. Vt nunc schol. habet falsum est* 3 filyra *sed* ph *suprascr. cod.* phylira *Med. Pat.* 8 frigidioribus *cod.* frigoribus *Edd.* 13 adlabores *cod.* ad l. *Med. Pat.* allab. *Fabr.* 15 officiosus *cod.* otiosus *Med.* curiosus *Fabr.* (studiosus, officiosus *COM. CR.*) *Hoc uerbum simul cum praeced.:* Simplex enim etc. *om. Pat.* 16 *prius* hoc *addidi ex cod.* 19 quasi *libri.* quia *corr.* 20 acta *uterque cod.* arcta *Edd.* humilitate *Med. cod.* 22 *Quae post* accipe *in libris leguntur sed ad praecedens Porph. schol. pertinere uidentur huc relegare malui quam corruptissima recipere; sunt autem haece:* Plautus in aulularia (uidularia *cod. rectius*) myrtum (myrtetum?) etiam (et *cod.*) feminino genere dixit et neutro; feminino sic: per myrteta prosiluit *(rectius* e myrteta prosiluit *Prisc. p. 142, 1 Htz. 625 P. 147 K. Cfr Pl. uid. fr. 2 p. 441 Both.)* et haec myrtus Veneris est, haec myrteta locum significat (h. myrtus et h. myrteta nomen s. *cod. et* nomen *pro* locum *etiam in Pat. Med.*)

1* *Verg. Georg. IIII 138*

SCHOLIA
IN CARMINVM LIB. II.

CARMEN II 1.

Motum ex Met. [Πραγματικὴ τετράκωλος in qua post duos uersus alia inchoantur metra.] Ad Asinium Pollionem scribit consularem uirum rhetoricae et poeticae disciplinae peritum, scribendarum tragoediarum etiam studio deditum, ut qui ciuilis belli historiam inter Pompeium et Caesarem gesti scribere coeperit, sciat rem se inchoasse periculosam; et in ipsa admonitione bellorum ciuilium calamitatem refert a Lentuli et Marcelli consulatu coeptam quam altius repetit i. e. a Marcello Celere et Afranio consulibus *ACR.*

Motum ex M. c. c. l. Haec ode ad Asinium Pollionem consularem uirum et triumphalem scripta est qua hortatur eum ut omisso tragoediarum studio inchoatum historiae opus consumet ac deinde ἐν παρεκβάσει i. e. in translatione bellorum ciuilium calamitatem referat *POR.*

1 *Verba inclusa recte om. cod. et Med. in qua praeterea haec libri inscriptio legitur:* Acronis commentaria in secundum librum carminum Qninti Horatii Flacci 4 doctum *libri.* deditum *corr.* ut qui *cod.* ut q. *Med.* et quod *Fabr.* 5 coeperit *cod. Med.* coeperat *Fabr.* 6 sciret *libri* et *om. Fabr.* 7 calamitate refertam a *cod. Med.* 9 consnlibus *om. Fabr.*
10 *Inscriptum est in hoc libro GLOSSA IN LIBRVM II CARMINVM in cod. a sec. m.* Pophyrionis liber secundus *in Med.* 13 consumet. Ac perinde παρεκβάσει *Fabr.* c. A. p. βαραβαοι *Med. Pat.* consumet ac deinde imparet basi *cod.* 14 calamitatem referat *add. ex cod. in quo dein nouum lemma sequitur. Hunc secuti sumus; in Edd. ambo scholia sic cohaerent:* ciuilium Pollio historiam *e. q. s.*

1. *Motum ex M. c. c.* Pollio historiam belli ciuilis a Lentuli et Mamerci consulatu coepti altius repetit id est a Metello Celere et L. Afranio consulibus. Attende autem non *ciuile* sed *ciuicum* dixisse antiqua figura; illi enim *ciuica hostica* deinde *ciuilia et hostilia* dicebant. Denominationes autem hae fere liberae sunt apud doctos. Et *motum* pro bello posuit *POR.*

ex Metello. Ideo quia Sullae fuit collega *ACR.*

ciuicum. Pro *ciuile* sicut *hosticum* pro *hostile* ueteres dixerunt *ACR.*

2. *bellique causas.* Eo quod Caesari negatus triumphus bellum fecerit *ACR.*

3. *ludumq. fort.* Quae ludibrio habet res humanas *ACR.*

lud. fort. Hoc est, quae res humanas ludibrio habet *POR.*

3. 4. *grauesq. pr. am.* Quia nec perpetuae fuerant et rei publicae graues, ut Lucan.: 1*

Temporis Augusti mansit concordia discors
Paxque fuit non sponte ducum.

Crassus enim amicitiarum foedus ad tempus tenebat quo mortuo Antonius, Augustus et Lepidus facto Pompeio imperatore collisi sunt. *Graues* autem pernitiosas aut infidas *ACR.*

5. *nondum exp. unct. cr.* Id est de quibus nondum loti cruores sint, quo ueluti expiarentur delicta. Vult ergo intellegi adhuc in manibus esse arma ciuilia nec sicut solebant bello uncta reposita *ACR.*

4. 5. *et arma n. exp.* Id est, de quibus nondum expiati, id est, loti cruores sint. Ergo intellegi uult paene adhuc

2 a consulatu L. et M. *Edd., ut nos cod.* coepti *cod:* coeptis *Med. Pat.* coeptam *Fabr.* (*Non possum non ascribere ex Auctario COM. CR. haec:* Iste Pollio uir clarissimus fuit et philosophiae peritus ad quem Vergilius Bucol. scripsit; eius et meminit dicens: 'Pollio amat uostram quod iussit rustica musam.' Fuit ergo eques rom. et primum fuit intentus in scribendis tragoediis sed mox contulit se ad bella ciuilia conscribenda iterumque se contulerat ad tragoediam intermissis libris belli ciuilis. Hortatur ergo illum Hor. intermissa tragoedia belli ciuilis historiam prosequatur) 22 quo debito ueluti *Fabr.* quo ueluti *cod. Med.* delicto *libri, scr.* delicta. (quo cruore ueluti exp. deluto *COM. CR.*) 23 solebat *Fabr.* solebant *cod. Med.* Id est de q. nond. expiati *addidi ex cod.*

1* *Lucan. I 98*

in manibus esse arma ciuilia. Solent autem *ungi* arma cum post bellum transactum reponenda sunt. Ordo ergo est: nondum expiatis cruoribus *ACR*.

6. *periculosae*. Periculum inferentis *ACR*.

aleae. In militia igitur alea ludebatur ne exercitus otio torperet. Quod autem *periculosae* addit, fraudem et liuorem ludo illo prodeuntem respexit *ACR*.

8. *cineri doloso*. Ἀλληγορικῶς dicit sicut ignem cinere opertum, ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere nec tutum esse per historiae ueritatem eorum offendi animos qui ea gesserunt *ACR*.

6.—8. *peric. pl. o. a. t. e. i. p. ignes s. c. d.* Ἀλληγορικῶς ait. Adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere ostendit nec tutum esse haec scribere *POR*.

9. *paulum s. m. tr. d. th.* Vt deposito tragico stilo Pollio cautius coepta describeret; uno enim tempore et tragoediam et historiam scribebat; id est, non cantetur in theatris edita a te tragoedia dum occuparis historia actus publicos referendo *ACR*.

paulum s. m. tr. d. th. Quoniam inquit haec scribere destinasti parce tantisper tragico stilo. *Seueram* autem tragoediam merito dicit quod tristia fere sint argumenta tragoediarum *POR*.

10. *mox ubi publ.* Hoc est, ubi historiam quae publicas res continet ordinaris i. e. descripseris *POR*.

12. *cecropio*. Atheniensi. Thespis enim apud Athenas primus tragoediam frequentius dixit usu cothurnorum ut: 1*

Solo sophocleo tua carmina digna cothurno *ACR*.

3 cruoribus uasta (*scr.* uncta) arma *Edd.* cruoribus *cod.* 5 *ineptissima interpretatio, sed in omnibus libris est* 8 dicit *cod.* dixit *Edd.* 10 horum off. an.' *Fabr.* cum offendimus amicos *cod. Med.* 13 ait. Adhuc *cod. Pat.* aūt adh. *Med.* adhuc *Fabr.* latere *om. cod. Med. Pat.* 15 *fort. ante* ut *excidit* admonet *et deinde scr.* describat 16 cautus *cod.* et *om. cod. Med.* 21 seuerum *sed* a *litt. supra scripta cod.* 24 historiam q. — continet *cod.* historias q. — continent *Edd.* 25 ordinaris *in nouo lemmate ponunt Med. Fabr. male. ut nos cod. Pat. nisi quod in hac* et ordinaris *legitur*

1* *Verg. Bucol. III 86*

grande munus cecr. r. *Cecropio cothurno*, inquit, quia apud Athenienses primum est scripta atque acta tragoedia Thespi inuentore eius atque actore *POR.*

13. *praesidium.* Fuit enim et causidicus Pollio et defensionem reis frequenter impendit *ACR.*

insigne maestis praes. reis. Per quod significat et fortissime eum causas reorum in iudiciis defendere et praeterea prudentissima consilia in senatu dare *POR.*

14. *et consulenti.* Hoc est: et curiae expetenti a te das consilium *ACR.*

15. *cui laur. aet. hon.* *Laurum* pro uictoria posuit. Solonas enim Pollio Dalmatarum ciuitatem ceperat, unde et filium suum eo quod natus ibi [est quando ibi] erat Saloninum appellauit; quamuis laurus et poetae conueniat, nam et carmina faciebat. Vergil.[1*]

Pollio et ipse facit noua carmina *ACR.*

cui l. aet. hon. Hoc ideo dicitur quia Pollio Salona urbe ex Dalmatis capta triumphauit *POR.*

17. *iam nunc minaci.* Laus relatoris tamquam haec ipsa quae scriberet ita commendaret ut se auditor crederet interesse. Vergil.:[2*]

Tum Phaetontiadas musco circumdat amarae
Corticis *ACR.*

iam nunc m. m. Iam, inquit, uideor uidere et audire ea quae historia refert: per quod significat ui eloquentiae

1 coturno *cod.* (cecropaeo *Med. Pat.*) 3 thespio inu. e. atq. act. *cod.* thespi inutore eius a. actor *Pat.* thespius inuent. e: a. actor *Med.* *Ceterum in libris hoc schol. migrauit ad uersum 15 unde reduximus* 9 et *addidi ex cod.* 13 est quando ibi *om. cod. Med.* 14 cui laurus ut poetae conuenit *Med.* c. l. ut p. conueniat *cod. ut nos Fabr. Fort. scr.* quamuis ei l. etiam ut p. conueniat 17 salonas urbes *sed s litt. in utroque uerbo ead. m. deleta cod.* 20 *fort. scr.* enarraret; *sed ne sic quidem omnia sana uidentur; cfr. COM. CR. qui meliorem interpretationem exhibet* 24 inquit *add. ex cod. qui idem uerbum post* uideor *repetit sed ibi ead. m. deleuit* 25 significat *cod.* signat *Edd.* uim. eloq. Poll. idem otiosum in relat. p. ind. *(sic!) cod. adpicto in margine hoc signo* |: *quo indicari solet scribam de loci integritate dubitare; idem signum adiectum est plerisque locis aperte corruptis uel lacunosis sic I 38, 8. 37, 14. 36, 4. 28, 30. alibi*

1* *Bucol. VIII 10* 2* *Bucol. VI 62*

Pollionem omnia fere ante oculos in relatione pugnarum inducere *POR.*

19. *fugaces.* Aut ueloces aut splendorem pauescentes armorum *ACR.*

fug. t. eq. Pro uelocibus accipe; et in sermone hodieque fugam pro uelocitate dicimus cum de equis loquimur *POR.*

20. *equitumq. uultus.* Vt etiam homines terreret fulgor exercitus *ACR.*

21. *audire m. i. uideor d.* Videor mihi audire aut ipsos concionantes duces aut referentem de ducibus Pollionem *ACR.*

audire m. i. u. d. Ambiguum. Vtrum enim ipsos duces concionantes audire se dicat an Pollionem de ducibus narrantem incertum est *POR.*

22. *non indecoro.* Glorioso *ACR.*

puluere sord. Puluere bellico sordentes *ACR.*

n. i. pulu. sord. Speciose ac decenter dictum *puluere non indecoro sord.* Est enim quasi puluere bellico pulueratos *POR.*

24. *atrocem.* Constantem. Porcius enim Cato apud Vticam elegit potius interire quam in hostium potestatem uenire *ACR.*

praeter atr. a. C. M. Porcium Catonem significat qui Vticae maluit se interficere imminente Caesare quam in potestatem eius uenire *POR.*

25. *Iuno et d.* Ordo est: Iuno et quisquis deorum amicior Afris impotens cesserat inulta tellure rettulit Iugurthae inferias nepotes, uictorum scilicet Romanorum qui Carthaginem uicerant *ACR.*

et deorum quisquis amicior. Tamquam ciuilia bella quae postea gesta sunt in Africa ad uindictam Africae superatae Iunonis ira uel deorum fecerit commoueri *ACR.*

25. 26. *Iuno e. d. q. a. A.* Sensus est: Iuno et quicumque alii dei Carthaginiensibus fauerant ultionem uastae Africae

3 *post lemma* fugaces *repetit Fabr.* 9 uidetur mihi quod audiam *Fabr.* uidetur mihi ut audiam *cod. Med. (Fort. Acronem potius quam uerba eius correxisse uidebor)* 12 Pollonem (Polionem?) *hoc loco Pat.* 17 sordidos non quasi *cod.* sordidos enim quasi *Pat* sordidos quasi *Med. Fabr.* s. Est enim *corr.* 21 significat *cod.* signat *Edd.*

ex posteris eorum qui eam uastauerunt nunc receperunt. *Impotens* autem non potens, id est ἀδύνατος, sine uirtute, intellegendum *POR.*

28. *Iugurthae.* Hannibalem intellegi uoluit in commemoratione Iugurthae, aut certe qui in Africa tempore belli ciuilis multi Pompeiani occisi sunt *ACR.*

rettulit inf. Iug. Nunc latius intellege i. e. Afris omnibus *POR.*

29. *quis n. l. s. p.* Quis non Romanorum sanguine uel sepulcris campus repletus? Lucanus: [1*]

totoque exercitus orbe
Te uincente perit *ACR.*

quis n. l. s. c. p. c. Nullus est campus qui non sepulcris Romanorum bella ciuilia fuisse et sanguine romano pinguem factum se ostendat *POR.*

31. *auditumq. M.* Pro cladis magnitudine dicit bella ciuilia etiam Persis audita; Vergil.: [2*]

quibus actus uterque
Europae atque Asiae fatis occurrerit orbis
Audiit et si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano *ACR.*

auditumq. M. Hesp. s. r. De superiore ostendit; sic enim intellegendum: quis non campus sepulcris testatur impia proelia sonitumque Hesperiae ruinae quem etiam Medi audierunt? Sonitum autem ruinae Medos audisse i. e. super orbem transiluisse per hyperbolen intellegendum; cuius sensus ex subiectis magis illustratur quod dixerit: *qui gurges aut quae*

1 uastaueriut *cod.* 2 id est adyuatos *cod.* id enim ad uictos *(sic!) Edd. (graecas litteras reducendas putaui)* 5 quin *libri.* qui *scripsi, sed fort. post* aut *lacuna statuenda est ex COM. CR. sic explenda:* aut omnes Afros quia 7 retulit *libri ubique fere.* nunc latius intelligit omnibus *Edd. ut nos cod.* (*Hic non omittam in Auctario COM. CR. haec extare:* Inferiae dicebantur exequiae quando ante currum interfecti ducis captiui ducebantur et interficiebantur) 13 nullus est c. *cod.* (*qui idem habet* sepul*cris). campus nullus est *Edd.* 18 quibus a. ut. *om. cod. Med.* 21 submouet *libri* 24 ruinae *om. Edd., add. ex cod.* 25 audierunt *cod.* 26 transilire *libri* 27 *a uerbis* qui gurges *omissa* aut *uoce nouum scholion incipiunt Edd. sed malui coniungere post* Dauniae *addito* autem

1* *Lucan. V 266* 2* *Aen. VII 223–26*

flumina lugubris ignara belli, quod m. D. n. decoloravere caedes. Dauniae autem a Dauno rege Apuliae ac per hoc italiae ac deinde romanae intellegendum *POR.*

33. *qui gurges. Ταπείνωσις* est; *gurgitem* enim pro mari posuit ut: [1*]

Apparent rari nantes in gurgite uasto *ACR.*

34. *quod mare Dauniae.* Apuliae a Dauno; sed per Apuliam omnis Italia accipienda est in qua sanguis Romanorum fusus est; uel quia adriaticum mare de Brundusio Caesar profectus est Pompeium sequens. Lucanus: [2*]

Brundusium decimis iubet hanc attingere C. *ACR.*

35. *non decolor. c.* A proprio colore mutauere. Lucanus: [3*]

Tum primum rubuit ciuili sanguine Nereus *ACR.*

36. *quae caret ora.* Pars regionis aut terrae *ACR.*

37. *sed ne relictis musa proc. i.* Id est: ne, cum lyrico carmini aptiores sint ioci, improbe facias, musa, si lugubria misceas. Ordo est: Sed tu Musa procax ne relictis iocis retractes munera neniae ceae quaere mecum sub dionaeo antro modos leuiore plectro *ACR.*

sed ne r. m. p. i. ceae r. m. neniae. Nenia lugubre carmen est quod in mortuos canitur. Simonides autem ex Cea insula lyricus poeta *θρήνους* i. e. planctus optime scripsit; inde *ceam neniam* appellauit. Sensus est autem: cum lyrico carmini aptiores ioci sint procaciter egeris o Musa si lugubria potius dionaeo modulata plectro fueris quam ueneria quae leuioribus modulis aptantur *POR.*

neniae. Nenia carmen lugubre quod mortuis dicebatur,

4 qui gurges *cod. Med.* quis g. *Fabr.* tapinosis *Med.* tapinosus *cod.* 14 tum *libri.* hic *apud Lucanum* sang. Ner. *et in seq. scholio lemma om. cod.* 15 aut *cod. Med.* et *Fabr.* 17 carmine *Med. Fabr.* carmini *cod.* faciat *et paulo post* misceat *libri.* facias *et* misceas *correxi; cfr. etiam COM. CR.* 19 neniae ecce *cod.* neu. Caeae *Med.* naen. Caeae *Fabr.* 21 cene — neniae *cod.* caeae nen. *Pal. (Fabr. et Med. ut apud Acr.)* 22 canitur *cod.* cantatur *Edd.* 22. 23 ex ea ins. *cod. et paulo post* cenam nen. 23 descripsit *libri, sed in cod.* de *ab ead. man. deletum est* 26 ueneria *cod. Med. Pal.* ueneren *Fabr.* leuioribus *cod.*

1* *Verg. Aen. I 118.* 2* *Lucan. V 374* 3* *Lucan. II 713*

quod nunc graece *ἐπιτάφιον* appellatur, quod Simonides graecus poeta lyricus primus instituit a Cea insula oriundus: unde et *ceae neniae* posuit de qua Vergilius: [1*]

cui pinguia Ceae

et Ouidius: [2*]

Cingitur aegaeo insula Cea mari *ACR.*

37. *procax.* Petulans *ACR.*

relictis i. Relicto carmine lyrico *ACR.*

39. *dionaeo s. a.* Sub Nysa. Parnasus mons Boeotiae biceps i. e. bina iuga habens, quorum alterum uocabatur *Cirra* Phoebo sacratum altera *Nysa* Libero; sub illo qui studebant in tutela erant Apollinis, sub hoc in tutela Bacchi *ACR.*

dionaeo s. a. Venereo, quia Dione dicitur Venus a loco *POR.*

40. *quaere m. leuiore pl.* Meditare mecum lyrica carmina. More suo agens coercet semetipsum a narratione proeliorum ad lyricam reuertens ad quam pertinet disputare de amoribus et leuibus rebus *POR.*

CARMEN II 2.

1. 2. *Nullus arg. c. e. a.* Sallustium Crispum alloquitur historiographum equitem romanum, Augusti amicum, libertatem et magnificentiam animi eius describens. *Auarae* autem *terrae* dicuntur cum id in se recipiant quod non ampli-

1 epithaphion *Med.* epitaphium *cod. ἐπικήδιον (scr. ἐπικήδειον) rectius COM. CR.* 7 *quae inde ab hoc loco usque ad finem carminis leguntur et Acronis et Porphyrionis scholia in nostris libris praeter Fabr. desunt; num uera an suppositicia habenda sint mihi non constat; itaque non uncis inclusi* 9 Nisa *et deinde* Cyrrha *Fabr. rectiores formas reduxi; cfr. Iuuen. VII 64 ed. Iahn. De re cfr. schol. Iuuenalis apud Iahn. Lucan. I 65 et Lactant. ad Stat. Th. VII 347* 19 Salustinm *per* l *unicum cod. Med. In eisdem post lemma duo priora enuntiata sic se excipiunt:* Auarae enim terrae — fenore. Salustium Cr. — describens. 22 recipiunt *libri; eidem paulo post* ampliato *sed utrumque leniter correximus*

1* *Verg. Georg. I 14* 2* *Ouid. Her. XX 221*

atum reddunt fenore. *Argentum abditum* pro pecunia abdita in thesauris dixit. Sensus autem hic est: Diuitiarum splendorem nullum esse nisi honeste in usu fuerint; auaris autem recondendo crescit sola cupiditas, ut Iuuenalis: [1*]
Creseit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit
Vnde et *hydropi* morbo comparauit hoc uitium quod nimietate sitis et potus desiderio crescente aegritudine interius augetur *ACR.*

Nullus a. c. e. a. Hac ode Sallustium Crispum equitem romanum Augusti amicum alloquitur qua liberalitatem et magnificentiam animi eius describit. [Iste Sallustius historiographus fuit, contemporaneus Vergilii et Ciceronis; huius uxor Sallustio nupsit, unde quidam dixit, quod ascenderit per gradus eloquentiae, primum nupta Ciceroni eloquentissimo postea Sallustio nihilo minus perito.] *Argentum* autem *abditum* pro pecunia recondita in thesauris dixit; et est sensus: diuitiarum splendor nullus est nisi honesta ratione fuerint in usu *POR.*

2. *inimice lamnae. Lamnam* pro infabricata et rudi materia argenti dixit quae obscuratur ab auaris celata et uult intellegi Sallustium non occultare diuitias *ACR.*

inim. lamnae. Lamnam pro rudi et infabricata materia dixit; per quod significat Sallustium non libenter habere absconditas et sine usu diuitias *POR.*

3. *temperato.* Moderato usu; ne crederetur prohibendo auaritiam suadere luxuriam *ACR.*

5. *uiuet ext. P. aeuo.* In perpetuum, ut: [2*]
uiuusque per ora feretur.

3 fuerit *libri, quod ex Porph. cod. emendauimus* 5 crescit *in fine uersus libri. apud Iuuen. Iahnii* creuit *(eundem hic Acronis locus fugisse uidetur)* 6 hydropici *cod. Med. non minus recte quam* hydropi 9 Sallustium *cod. Fabr.* 10 alloquitur *cod. ead. m. in marg.* 11 describit *cod.* descripsit *Edd. Quod sequitur enuntiatum om. cod. Med. Pal. et uncis inclusi ut ineptissimum figmentum* 15 Argentum autem *cod.* argentum *Edd. quae hinc nouum schol. incipiunt* 17 fuerint *cod.* fuerit *Edd.* 19 posuit *Med. Fabr.* dixit *cod.* 21 lamnam — dixit *cod.* lamna — posuit *Edd. Item* signat *Edd.* significat *cod.* 24 *post* usu *uide ne ex COM. CR. addi necesse sit* hoc autem dicit

1* *Iuuen. XIIII 139* 2* *Verg. Aen. XII 235*

Proculeium equitem romanum laudat amicum Augusti, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit, ut cum spoliatis bello ciuili patrimonium suum de integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat *ACR.*

uiuet extento P. ae. Proculeius eques romanus amicus Augusti rarissimae pietatis erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit adeo ut bona sua cum eis aequis partibus diuiserit quia illi bello ciuili erant spoliati *POR.*

uiuet extento P. aeuo. Ecce, inquit, Proculeius qui liberalis in fratres suos fuit, aeternam sibi per hanc pietatem memoriam parauit et per omne aeuum fama eius extenta est per quam semper uolat *POR.*

7. *aget.* Ducet per notitiam omnium hominum *ACR.*

8. *fama superstes.* Quoniam boni facti fama perpetua sit nec penna eius, hoc est, uolatus ad posteros solui possit. *Volare* enim famam et Vergilius ponit: [1*]
Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis *ACR.*

7. 8. *illum aget p. m. s. f. s.* Sic intulit poeta *fama*

2 Scipionem *et hic et apud Porph. libri. 'cum uero coniurationem contra Caesarem Aug. fecerint Fannius Caepio et L. Marena Proculei frater, Torrentius recte indicasse uidetur, scholiastas* Scipionem *pro* Caepione *posuisse, hunc autem, nulla auctoritate, Proculei et Murenae fratrem habuisse' Estré Prosopogr. Hor. p. 418; atque mihi haec perplacent praesertim de hac scriptura* snoscipionom *cogitanti* 5 extencto *(sic!) cod.* 7 munoram *cod.* mamnrram *Med. Pat.* Murenam *Fabr. et sic Acronis libri. Memorabilis sane scr.* mamurram *praesertim cum Serm. I 5, 37 haec legantur:* In Mamurrarnm lassi deinde urbe manemns, Murena praebente domum Capitone culinam. *Sed latius haec persequendi hic non est locus* 8 quia *cod. Med. Pat.* quibus *Fabr. in qua eadem est* in bello ciu. 9 niuit *hoc loco cod.; idem cum Pat.* extencto *(sic!) Ceterum ut apud nos lemma est in cod. Med. Pat. Contra Fabr. haec habet:* Notns in fratres animi paterni.] Id est habens animum paternum in fratres et ost nota fignra. Sensus est: Ecce *etc. Fort. hoc schol. omisso lemmate priori continuandum erat* 10 fuit *cod. Med. Pat.* oxtitit *Fabr.* 11 omnem *cod. non uitiose; cfr. Lucret. III 605. Plaut. Poen. V 4, 14* 12 uolabit per ora nirorum *COM. CR.* 13 notitias omnium (*om.* hom.) *cod. Med.* 14 qnibus *libri.* quoniam *corr.* 16 ot Verg. *cod.* ut Verg. *Med.* Vorg. etiam *Fabr.* 17 parentis *Fabr.* paternis *cod. Med.* 18 agit penna m. s. *cod.* aget solui metuente ponna *Edd. (Ceterum ne hic quidem mihi ipsa satis facere potui emendando)*

1* *Aen. III 121*

superstes quasi fama illum agit [id est diuulgat] penna sua, quae ab illo non soluitur, nam semper uolat (?) *POR.*

9. *latius r. a. d. sp.* Latius, inquit, regnes cupiditatem uincendo quam si per uniuersum orbem possessiones extendas *ACR.*

latius r. a. d. sp. Latius, inquit, possideas auaritiam animi compescens quam si per continuationem ex Africa in Hispaniam possessiones extendas *POR.*

11. *Gadibus i.* *Gades* autem oppidum est in Hispania a Poenis conditum [aut quia in parte Africae ponitur quidquid freto aut Gadibus separatur, ideoque utrumque Poenum dixit locis diuisum, uel certe quia Carthago et in Hispania est quam *Spartariam* uocant] *ACR.*

Gadibus i. *Gades* oppidum est in Hispania a Poenis conditum. *Vterque Poenus* ergo ait quia Carthaginem sicut Gades Poeni condiderunt *POR.*

uterque Poenus. Id est, orientis et occidentis Africanus. *Vterque* autem *Poenus* quia Carthago quae est in Africa et Gades in Hispania a Poenis conditae sunt *ACR.*

13. *indulgens.* Impendens, ut: [1*]

I n d u l g e n t u i n o e t u e r t u n t c r a t e r a s a e n a s *ACR.*

dirus hydr. *Hydrops* subcutaneus est morbus de uitio uesicae natus cum anhelitu foetido et inflatione turgente. Est autem hydropico proprium ut quanto plus bibit tanto plus sitiat. *Dirus* perniciosus *ACR.*

15. *albo.* Pallenti, ut Persius: [2*]

T u r g i d u s h i n c e p u l i s a t q u e a l b o u e n t r e l a u a t u r.

Diffusus enim humor omne inficit corpus. Sensus ergo est: Sicut sitis nisi aegritudine uicta non tollitur ita cupiditas et auaritia non satiatur, nisi ante animo in sanitatem continentiae reuocato *ACR.*

7. 8: ex Afr. in H. *cod.* in H. a Libya *Edd.* 10 *uerba uncis inclusa non genuina putarim; certe sunt corruptissima nec huc sed ad seq. schol. pertinerent;* Spartariam *memorat Plin. XXXI 8, 43* 15 Vterq. P. *in nouo lemmate ponunt libri; in eisdem est* ergo inquit qnia 16 Gadem *cod.* 21 aenos *cod.* ahenos *Edd.* 24 bibit *cod. Med.* biberit *Fabr.* 25 *a* Dirus *nouum schol. incip. libri*

1* *Aen. VIIII 163* 2* *Pers. Sat. III 98*

et aquosus a. c. l. Bella conceptione *aquosus languor* *ὕδρωψ* dicitur; *album* autem corpus pro pallido dictum est *POR.*

17. *redd. Cyri s. Prahaten.* Cyrus qui primus regnauit in Perside. Prahates rex Persarum Cyri filius; hic a parentibus destitutus regno pulsus est et a Brachmanis philosophis Indorum susceptus et educatus. Postea regno redditus magno iustitiae et continentiae documento gessit imperium. Alii dicunt ei ab Antonio ademptum imperium et per Augustum postea restitutum. Vult ergo ostendere, non sicut uulgus putat, beatam uitam regnum aut diuitias facere sed sapientiam *ACR.*

redditum C. s. Prahaten. Prahates, inquit, qui in regnum Persarum restitutus est, non est in numero beatorum sicut uulgus putat; nec enim regnum aut diuitiae beatos faciunt *POR.*

Cyri s. Regno Persarum a rege Cyro qui primus in Perside regnauit *POR.*

18. *dissidens uirtus.* Discrepans nec habens aliquid cum insipientibus et plebe commune. Ordo est: Virtus beatorum, id est, sapientia quae non est apud plebem, id est, dissidens numero plebis eximit Prahaten redditum solio Cyri et dedocet populum uti falsis uocibus regnum et tutum diadema deferens uni et propriam laurum, quisquis scilicet spectat ingentes aceruos inretorto oculo; nam quasi superiora exponendo hoc dicit *ACR.*

dissidens plebis n. beatorum ex u. Ordo est: Prahaten

4 Phraaten *Fabr.* pharaaten *cod.* phrahatem *Med.* 6 pragmañis *cod.* pragmenis *Med.* bragmanis *Fabr.* 7 deductus *cod. Med.* educatus *Fabr.* 13 Phraates *Fabr.* Phrahates *Med. Pat.* Prahates *cod.* (*sed idem in lemmate habet* pharaten *addito ead. m. in marg.* prahaten) 14 est, non est *cod.* est non *Med. Pat.* est non in num. est *Fabr.* 17 primus *add. ex cod., om. Edd.* 18 persida *cod.* 21 id est *om. cod. Med.* 22. 23 *uerba* dedocet — uocibus *huc transtuli; in libris ante* quisquis *locum habent; nec minus turbata sunt uerba:* Virtus beatorum — eximit *quae sic fort. ordinanda erat:* Virtus, i. e., sap. q. n. e. a. plebem i. e. dessidens plebis numero beatorum eximit 25 in retorto *cod.* irret. *Edd.* 27 plebis *Edd.* plebi *cod.* beatorum *cod. Med. Pat.* beatum *Fabr.*

eximit numero beatorum uirtus quae plebis numero dissidet, hoc est, quae uirtus id est sapientia non est apud plebem *POR.*

eximit. Effert *ACR.*

20. *dedocet.* Dedocere cupit desuefacit, aut dissuadet populum beatum dicere eum qui diuitiis utatur aut certe loqui falsum propter hoc quod factione eiectus Prahates regno sit *ACR.*

populumq. f. d. uti. Dedocet pro dedocere cupit i. e. dissuadere populo beatum dicere eum qui regnum et diuitias possideat, quia falso hoc dicatur, solummodo illum et diuitem et regem et securum esse affirmans qui diuitiis alienis non inuideat nec eas concupiscat *POR.*

22. *propriamq. laurum. Laurum* pro laurea, hoc est, speciali gloria quae non uirtuti exercitus sed prudentis continentiae debetur perpetua *ACR.*

propr. l. Laurum pro laurea, ac per hoc gloriam intellegamus, *propriam* autem perpetuam *POR.*

19. *inretorto.* Inreflexo *ACR.*

oculo inretorto. Hoc est oculo non inuidenti [id est animo non concupiscibili] *POR.*

CARMEN II 3.

Aequam mem. r. i. a. Id est aequalem immutabilem, ita ut habeas semper moderationis in animo propositum i. e. in aduersis talis sis qualis in prosperis *ACR.*

Aequam mem. r. i. a. s. m. Haec ᾠδή ad Q. Dellium scripta est de animi aequitate; subitis bonis non esse gau-

1 uirtus dissidens plebi id est quae plebis num. diss. *Fabr., ut nos cod. Med. Pat.* 4 desuescit *libri.* desuefacit *COM. CR.* 6 quod factione *usque ad* est speciali *in seq. schol. om. cod.* 9 populo *libri sed* o *in fine cod. in rasura, ut pr. man.* populum *fuisse uideatur* 10 hoc dicatur *cod. Med. Pat.* hinc dicitur *Fabr.* 16 ac *addidi ex cod.* 18 inretorto *et Acr. et Porph. cod.* irr. *Edd.* 19 nidenti *cod.* inuidenti *Edd. Verba autem inclusa om. cod. Med. Pat.* 21 aequabilem *cod.* immut. memento habens *Fabr.* immut. habe *cod.* immutabilem habens *Med. ut nos COM. CR.* 24 ᾠδή *cod.* Dellium *cod.* Delium *Edd.*

dendum nec malis desperandum sed medium tenorem sequendum *POR.*

rebus in a. Aducrsis et difficilibus *ACR.*

3. *ab insolenti temp.* *Insolentem laetitiam* dicit immoderate laetam siue inconsuetam. *Moriture:* moriendum enim est seu tenax seu largus uixeris *ACR.*

4. 7. *moriture Delli s. m. o. t. u. s. t. i. r. g. p. d. f. r. bearis.* In hoc causam ostendit cur aequo animo uiuendum sit, quoniam scilicet moriendum est et si lasciuus et si largus uixeris. *Seu te in remoto gr. p. d. f. recl. bearis:* in remoto gramine hoc est in secessu nemoris; *reclinatum* autem id est resupinum recumbentem ut solent qui securiores et soluto animo hoc faciunt *POR.*

8. *interiore n. F.* Hoc est uetustiore quoniam interiores lagenae solent esse quae prius stipatae sunt *POR.*

interiore n. F. In interiore enim uina reseruanda reponuntur quibus ad uetustatis indicium et tempus quo conduntur ascribitur *ACR.*

9. *quo pinus ing.* Quae magnitudine sua amoenitatem potantibus praestat *ACR.*

albaque pop. Interiora enim populi folia alba sunt, ut:[1*]

h e r c u l e a b i c o l o r c u m p o p u l u s u m b r a *ACR.*

10. *umbram hosp.* Refugium propter aestum epulantibus genialiter praestantem *ACR.*

consociare. Condensare et opacam facere *ACR.*

11. 12. *quo obliquo lab. l. f. tr. r.* Subaudiendum: si ea non utimur, et est totum amabiliter dictum *POR.*

trepidare. Festinare, ut:[2*]

N e t r e p i d a t e m e a s, T e u c r i, d e f e n d e r e n a u e s *ACR.*

3 *hoc schol. om. cod. Med.* 4 Ins. laet. d. *et paulo post* moriture *addidi, utrumque in libris deest* 9 *de* lasciuus *uoce* dubito; *iure expectas* et si in lacrimis *seu simile aliquid cum* maestitiae *significatione* 10 seu te in remoto gramine hoc est *Edd. ut nos cod.* 11 secessu *cod. Pat.* successu *Fabr. Med.* *a* reclinatum autem *nouum schol. incipit Fabr.* 16 interiori *in lemmate cod. Med. Pat.* 20 praestet *cod.* 24 generaliter *cod. Med. et in eisdem* epulantibus *deest* 26 quo obliquo *omnes libri* 27 amabiliter *cod.* aduerbialiter *Edd.* 29 Ne trepidate uiri *sic cod. Med.*

1* *Verg. Aen. VIII 276* 2* *Aen. VIIII 113*

13. *huc.* Id est ad nemora et pinus instrumenta conuiuii et uoluptatúm parentur *ACR.*

huc u. et ung. et n. breues fl. a. f. i. r. Huc scilicet ubi umbram hospitalem consociant pinus et populi et ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo *POR.*

breuis. Genetiuus est. *Breuis* autem cito transeuntis et temporalis ut ipse superius [1*] et: breue lilium *ACR.*

15. *dum res et aet.* Patrimonium et iuuenta apta laetitiae *ACR.*

16. *sor. fila tr.* Quae mortis admóneant et minentur; ideo et *atra.* Vergil.: [2*]

extremaque Lauso
Parcae fila legunt *ACR.*

15. 16. *dum res e. ae. e. s. f. tr. p. a.* Hoc est: dum est et unde et dum per aetatem haec decet facere et dum fata permittunt uiuere quae fila atra moriturorum tractant. *Dum fila atra sororum patiuntur* inquit pro eo quod est: dum ipsae sorores patiuntur, hoc est, Parcae quarum fila sunt atra *POR.*

17. *cedes coemptis s. e. d.* Omnibus diuitiis et amoenitate [nisi in usu sint] carendum morte dicit, ut Iuuenalis: [3*]

Dum tamen a figulis munitam intrauerit urbem
Sarcophago contentus erit

et Terentius: [4*]

uíxit dum uixít bene *ACR.*

19 *extructis.* Compositis, ut: [5*]

qui forte tapetibus altis — Extructus *ACR.*

3. 4 Huc scil. ubi *cod. Pat.* Id est ubi *Fabr.* scil. ubi *Med.* 4 umbram *om. Med. Pat.* umbra *cod.* 7 superius: Et breue lilium *libri* 12 'extremaque fila Laus croyce legis' *cod.* 'extr. fil. Laus heroicae legis' *Med.* 14 *post* Hoc est *om. Fabr.* dum est 16 *uide ne pro* fata *scribendum sit* Parcae *aut post* uiuere *addendum sit* i. e. Parcae moriturorum *ex cod. scripsi.* mortuorum *Edd.* *post* tractant *in cod. Med. Pat. iterum hoc lemma additur:* Et sororum fila trium pat. atra *nescio an recte* 18 Parcae *addidi ex cod. et exinde* quorum *quod in libris est in* quarum *mutaui* 20 *uerba inclusa recte om. COM. CR.* 21 *hoc schol. in Iahnii adnot. crit. omissum est* 24 dum uixit bene uixit *cod. Med.* dum uixit uix. b. *Fabr. ut nos Terentius l. infra l.* 26 extructus *COM. CR.* extructis *nostri libri*

1* *Hor. Carm. I 36, 16* 2* *Aen. X 813* 3* *Iuuen. X 172* 4* *Ter. Hecyr. III 5, 11 (461) Fleckeis.* 5* *Aen. VIIII 323*

in altum. In altum mare iactis operibus et extructis in altum aedificiis potietur. Haec est conclusio sensus: cum diuitiis usus non fueris tuis, relictis heredes utentur *ACR.*

et extructis i. a. d. potietur heres. Hoc est quas tu in altum extruxeris ac per hoc magnas amplasque feceris *POR.*

20. *diuesne p. n. ab. I.* Nihil interest post mortem utrum diues sis et generosus an pauper et humilis genere. *Inachum* autem pro nobilitate generis posuit. Rex enim Argiuorum Inachus nobilissimus fuit, a quo et fluuius quia in ipso mortuus est nomen accepit; unde Vergilius pro nobilitate: [1*]

Et Turno si prima domus repetatur origo
Inachus Acrisiusque pater

et Iuuenalis: [2*]

De quocumque uoles proauum tibi sumito libro *ACR.*

diuesne pr. n. a. Inacho. Vtrum diues, inquit, et generosus sis an pauper et ignobilis nihil interest *POR.*

23. *sub diuo m.* Supra enim inter diuitias et domum dixerat ideo hic sub diuo posuit pauperis mansionem *ACR.*

de gente sub diuo moreris. Sub caelo agas ac per hoc uiuas *POR.*

24. *nil mis. Orci.* Implacabilis; Vergil.: [3*]

Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes *ACR.*

25. *cogimur.* Compellimur; ut: [4*]

Tityre coge pecus *ACR.*

26. *uersatur urna.* Aut ubi fatum et conditio uitae uersatur aut urna ubi cineres colligebantur, ut Lucanus: [5*]

numquam plenas plangemus ad urnas.

1 in altum.] Mari iactis *Fabr.* in altum. mare iactis *cod. Med. unde scripsi* in altum. In altum mare i. et *om. cod. Med. Igitur possis sic quoque locum emendare:* Aut alto mari i. operibus aut extr. 7 sis et gen. *cod. Med.* et gen. sis *Fabr.* 13 *pro* et Iuuenalis *cod.* etiam alius 15 inaco *supra scr.* h *litt. cod.* 17 diuo *cod. Med.* dio *Fabr.; item apud Porph.* diuo *cod. Med. Pat.* 25 *nescio an sic potius scr. sit:* Vrna aut ubi f. et c. u. uersatur aut ubi cineres etc. *Meliora etiam sunt quae habet COM. CR.* 27 numquam *libri.* numquid *et post* urnas *interrogationis signum COM. CR.* numquam *editt. Lucan.*

1* *Aen. IIII 371* 2* *Iuuen. VIII 134* 3* *Georg. IIII 488* 4* *Bucol. III 20* 5* *Lucan. VIIII 68*

Hic autem poetice per urnam quasi sorte ad mortem ductos rapi dixit, ut Vergil.: [1*]

Quaesitor Minos urnam mouet *ACR.*

omnium uersatur urna. Poetice hoc, quasi sorte scilicet electi ad mortem accersantur *POR.*

27. *sors exitura.* Ideo *sortem* quia urnam dixerat. Ordo est: Sors omnium exitura serius uel ocius et nos impositura cymbae in aeternum exilium uersatur in urna *ACR.*

28. *impositura.* Cymbae uidelicet impositura est nos ut in aeternum dirigat exilium. *Cymbae* naui Charontis *ACR.*

impositura cymbae. Scilicet qua Charon umbras sepultorum per Acherontem in ulteriora inferorum transferat; scilicet et hoc poetice *POR.*

CARMEN II 4.

Ne sit a. t. a. p. Asserit hac ode ancillae amorem domino erubescendum non esse et ducum ponit exempla, quibus turpitudini datum non sit in amorem trahi forma captiuarum *ACR.*

Ne sit a. t. a. p. Ad Xanthiam Phoceum haec ode dicitur de amore Phyllidis, non esse domino ancillae affectum erubescendum *POR.*

2. *insolentem.* Factorum suorum et uictoriae superbia elatum, ut ipse superius: [2*] exercitus insolens *ACR.*

prius insol. t. s. B. n. c. m. Achillem. Insolentem hic superbum et arrogantem accipe; alioqui *insolens* crudelis dicitur.

5 accersantur *quod in Edd. deest addidi ex cod. et pro* ducti *uide num recte reposuerim* electi 8 nersatur omninm urna *Fabr.* uers. in urna *cod. Med.* 10 cymbae, naui Ch. *nouum schol. est in Fabr. Med. At cod. om.* 11 caron *suprascr.* h *litt. cod.* 12 transferat *cod.* transfert *Edd. (Praeterea* scilic. transfert *Med. Pat.)* 24 alioqui *cod.* alioquin *Edd. Item paulo post e cod. dedi* Pyrro *non* Pyrrho

1* *Aen. VI 432* 2* *Hor. Carm. I 16, 21*

Superbiae autem Achillis Vergilius quoque meminit cum de Pyrro filio eius loquitur ita: 1*

Stirpis Achilleae fastus *POR.*

3. *serua.* Belli iure ancilla, ut: 2*

Olli serua datur operum haud ignara Mineruae *ACR.*

niueo colore. Digna amari ob pulchritudinem, ut: 3*

et erat tum dignus amari *ACR.*

5. *monit Aiacem.* Innata enim uoluptate animus mouetur et proprie motus libidinis est *ACR.*

Telamone natum. Ideo *Telamone* natum quia fuit alius Oilei, de quo Verg.: 4*

et furias Aiacis Oilei *ACR.*

6. *forma.* Specialiter *forma* pro pulchritudine ponitur, ut: 5*

et formae conscia coniunx *ACR.*

7. *medio in triumpho.* Aut in medio belli tempore aut in medio ipso bello uacuum illi fuisse etiam in periculis amare. Quod tamen ad emphasin posuit, cum animus ipse spe triumphi ad alium amorem incendi non posset *ACR.*

8. *uirgine rapta.* Aut Briseidem dicit aut Chriseidem Chrysae sacerdotis filiam. Sed magis Cassandra intellegitur quae habuit sorte Agamemnonem dominum *ACR.*

arsit Atr. m. i. tr. u. r. *Medio in triumpho* hoc est in ipsa uictoria, capta Troia quaesita [ex captiuis amica est] *POR.*

9. 10. *barbarae p. c. t. th. u.* Poterat accipi *Neoptolemo* qui interfuit exeidio Troiae; sed cum subiciat *et ademptus Hector* ad Achillem reuocauit omnem excidii Troiae causam *POR.*

4 bello *cod. Med.* belli iure *Fabr.* 5 op. haud. ign. Min. *om. Fabr., addidi e cod. Med.* 6 digna amoris pulchritudine *cod. Fabr.* d. amoris pulchritudinem *Med.* 16 *in priore huius schol. parte uix crediderim uerba sana esse; fort. simpliciter sic scr.:* Ait uacuum illi fuisse etiam in periculis amare 17 piaculis *Fabr.* periculis *cod. Med.* 20 dicit, Chrysae sacerdotis filiam *Fabr.* dicit aut Chryseidem sacerd. fil. *cod. Med.* 24 *uerba inclusa om. cod. Med. Pat. nec dubito quin eicienda sint* 25 Neoptolemo *cod.* Neoptolemon *Med. Pat.* Neoptolemus *Fabr.* 27 casum *cod. Med. Pat.* causam *Fabr.*

1* *Aen. III 326* 2* *Aen V 284* 3* *Bucol. V 89* 4* *Aen. I 41* 5* *Aen. VIII 393*

10. *thessalo u.* Poterat intellegi *Pyrro* sed quia subdidit *ademptus Hector* Achillem fuisse significat *ACR.*

11. *t. fessis.* Scilicet longo bello; ueluti morte Hectoris Troia sit tradita *ACR.*

leuiora. Imbecilliora, ut: [1*]

decimum quos distulit Hector in annum *ACR.*

11. *leuiora tolli P. Grais. Leuiora,* scilicet facta, Pergama, id est, imbecilliora extincto Hectore *POR.*

13. *beati. Beatos* nobiles dixit; neque enim beati esse poterant quorum erat filia captiua *ACR.*

14. *Phyllidis fl.* Phyllis enim capta fuit *ACR.*

23. 14. *nescias an te g. b. Ph. fl. d. p.* Breuiter et decenter anthypophorae occurrit. Nam cum Briseidem, Tecmessam et Cassandram quae scilicet regiae puellae fuerant in exemplum Phyllidis attulisset necessario subiecit: *Nescias ante g. b. Ph. fl. dec. par.* Posse autem fieri ait ut et haec regii generis sit, unde intellegere debemus, Phyllidem captiuam esse; sic enim se habent et haec, quae subiciuntur: *Regium certe genus et nepotes POR.*

16. *maeret.* Quod nihil ei profuerit, ut seruitutem uitaret, tristis recordatione sui generis, ut: [2*]

qualis populea maeret Philomela sub umbra *ACR.*

19. *aduersam.* Abhorrentem fraudem et pecuniam, ut: [3*]

auersa deae mens et: [4*]

Diua solo fixos oculos auersa tenebat

1 poterat *cod.* potuit *Edd.* pyrro *cod.* pyrrho *Edd.* *(Ceterum uerba* Achillem f. s. *et duo schol. quae secuntur om. cod.)* 3 scilicet *Med.* supple *Fabr.* 7 gentis *pro* Grais *cod.* 12 Breuiter et decenter etc. subiecit: Nescias etc. dec. par. *om. Edd.; reduxi ex codice, et sic demum* autem *post uerbum* Posse *habet quo referatur; haec omnia uero excidisse aberrantibus scribae oculis a lemmate ad uerba litteris inclinatis supra expressa non est quod moneam* 13 antypoforae *cod. (fort. melius graec. litt.* ἀνθυποφορᾷ) 14 Telmesam et Casandram *cod.* 16 ait ut *cod.* ait quod *Fabr.* ait *Med. Pat.* 17 Phylliden *sed* en *in rasura cod.* 18 se *cod. in marg.* 21 tristis est *cod.* 22 moeret *libri omnes.* maerens *apud Vergil.* (*ut* moeret *recte se haberet post* umbra *addendum erat* et)

1* *Aen. VIIII 153* 2* *Georg. IIII 510* 3* *Aen. II 170* 4* *Aen. I 482*

ut parentum merita ex habitu et moribus colligat, ut Vergilius: [1*]

Quem sese ore ferent quam forti peetore et arm.
Credo equidem nee uana fides genus esse d. *ACR.*

20. *pudenda.* Erubeseenda *ACR.*

19. 20. *sic lucro auersam p. n. m. p.* Ideo dieit *auersam lucro* quia non potuit pecunia corrumpi *POR.*

21. *brachia et u. teresq. suras.* Eleganter eum puellae pulehritudinem laudaret, ne suspeetus haberetur amor eius, adieeit: *Integer laudo, fuge suspicari POR.*

12. *integer.* Castus et qui aut securus pulehritudinem laudat corporis quia animi ante laudauit aut certe de quo iam etiam aetas nihil obscenum faeeret suspicari *ACR.*

23. *cuius oct. tr.* Quadraginta annos dixit; quinquenniis enim uoluit significare aetatem, ut Vergil.: [2*]

ueniet lustris labentibus aetas *ACR.*

cuius oct. tr. ae. cl. l. Grate quadraginta aetatis annos se exeessisse ostendit. Oeto enim lustra oeto quinquennia, quadraginta annos seilieet eludunt quae aetas uidetur iam amoris esse aliena *POR.*

trepidauit. Festinauit, ut: [3*]

Ne trepidate uiri *ACR.*

---

6 *hoc schol. om. cod. Med. Pat. neque tamen uncis includere uolui* 9 in amorem eius *libri, quod ferri non posse ratus scripsi* amor eius; *deinde quae in fine addidi:* Integer laudo, f. s. *falso Fabr. in lemmate seq. schol. ponit. Sed quid adiecit poeta, si uerba illa desunt?* 11 et quia aut *Fabr.* et qui aut *cod. Med.* 14. 15 quinquagesimum enim uol. signific. ut Verg. *cod. Med.* quinqueniis enim uol. sacrificare *(operarum errore)* aet. ut Verg. *Fabr.* 17 integer lando fuge suspicari *male Fabr. in lemmate addere supra ad uers. 21 monuimus* grate *cod. Med. Pat.* aetate *Fabr.* 19 cludunt *cod.* claudunt *Edd.* 20 amori *Fabr.* amoris *cod. Med. Pat.* 22 uiri *libri, sed apud Verg. est:* ne trepidate meas

1* *Aen. IIII 11* 2* *Aen. I 283* 3* *Aen. VIIII 113*

CARMEN II 5.

Nondum s. f. i. u. Incertum est quem alloquatur hac ode, utrum amicorum aliquem an se ipsum; agit tamen ut reuocet intemperatam mentem a cupiditate et a desiderio uirginis immaturae, quam comparat per allegoriam iuuencae et a translatione incipit dicendo, iugum eam coniunctionis ferre non posse nec tauri tolerare pondus, ut designatione pecudis inhabilem monstret uiro, significans eam ita nullo adhuc calore aetatis sollicitari ut soli sit ludo dedita *ACR.*

Nondum s. f. i. u. c. Hac ode ἀλληγορικῶς cum eo agit qui inhabilem adhuc uiro puellam prosequitur, quae lusus magis quam rerum ueneriarum cupida sit *POR.*

2. *munia.* Obsequia lege debita, quod uult intellegi de implendo uxoris officio *ACR.*

aequare. Pari affectu ferre, ut:[1*]

aequatque Sychaeus amorem *ACR.*

nondum m. c. aeq. Eleganter quasi de iugo ferendo loquitur, quod de coniugio intellegi uult *POR.*

5. *circa uirentes.* Circa ludos tantum; non adhuc nubilem sapit compensare aetatem *ACR.*

7. *solantis.* Recreantis, ut Vergil.:[2*]

Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci.

Ordo est: Nunc est animus tuae iuuencae solantis grauem aestum fluuiis circa uirentes campos: nunc est animus tuae iuuencae ludere cum uitulis in udo salicto *ACR.*

nunc fluu. g. s. ae. Elegantius dici non potest quam

2 agit *om Fabr.* 7 monstraret *cod. Med., deinde* esset ludo dedita *libri* 9 ωδη *cod.* allegoricos *cod. Med. Pat.* 11 uenerearum *Edd.* ueneriarum *cod.* 15 Sichaeus *libri* 16 quasi *cod.* quia *Edd.* 24 cum uitulis *om. cod.* 25 *iterum uide duo scholia Porph. se excipientia codicis beneficio in integrum restituta. In priore* Elegantius — solantis aestum *in altero* iucunde perseuerat in allegoria cum *om. Edd. Praeterea in hoc altero* uitulis dicendo, intelligi uult c. pueris *Fabr.* intellegi uolens cum pueris *Med. Pat.*

1* *Aen. VI 474* 2* *Bucol. VI 46*

dicitur: *Fluniis granem solantis aestum,* quod significat refrigerantis. *Solari aestum* pro refrigerare gratissime dicitur *POR.*

nunc in udo l. c. u. s. p. Iucunde perseuerat in allegoria *cum uitulis* dicendo, intellegi uolens eum pueris *POR.*

9. *praegestientis.* Properantis gliscentis *ACR.*

10. *immitis u.* Quia omnes uuae donec sunt liuidae semper non sunt maturae; sed auctumnus distinguet dum incipient maturescere *ACR.*

tolle cup. inmitis uuae. Transit in aliam allegoriam, immaturae uuae comparans uiridem adhuc puellae uirginitatem *POR.*

11. *disting a. r.* Vt per autumni tempus uindemiae ad colligendum aptae, sic per translationem docet maturitatem expectandam demonstrari aetatis *ACR.*

dist. aut. r. Hoc est nigrorem maturitatis uariabit. Videmus enim, racemi cum primo nigrescere incipiunt, non omnes simul acinos colorari *POR.*

13. *iam te sequetur.* Non est longum expectare aptam puellae aetatem et ad consentiendum faciliorem *ACR.*

currit e. f. ae. Adulescentia enim prona et labilis est in multis, ideo *ferox* dixit aut quae ferre ualeat uirum *ACR.*

currit e. f. ae. et i. q. t. d. app. a. Mira conceptio in eo. quod est: *illi annos apponet quos tibi dempserit;* sed *annos* hic pro uiribus ac florem aetatis accipe; sic enim se habet sensus: quantum tibi uergente iam iuuentate uirium

5 crescentis *libri.* gliscentis *COM. CR.* 8 incipient *cod. Med.* incipiunt *Fabr.* 9 innitis *pr. m. cod.* Transit in alleg. imm. u., comparans uiridatem (eius *add. Fabr.*) adhuc puellae nirginitati *Edd. Vt nos cod.* nisi *quod in fine habet* nirginitate 12 Per auct. t. u. ad coll. aptae, per transl. m. exp. demonstrat aetatis *sic libri nisi quod in cod. est* translatione. *Emendando id certe effecimus ut legi possit schol.* 17 acinos *cod.* ac nuas *Edd. In eodem schol. libri habent* racemos; *scripsi* racemi; *sed fort. audacius sic emend.:* Vid. enim racemos — non omnes simul sed singulos acinos colorari 19 et *add. cod.; idem habet* sequatur 20 autem *pro* enim *libri; fort. etiam pro* quae *melius* quia 22. 23 Mira — dempserit; sed *om. Edd. addidi ex cod.* 24 ad florem *Edd.* ac florem (*poterat etiam* ac flore) *cod.*

25 iuuentute — decerpserit — nunc — illi cura maxima *Edd.* iuuentate — decesserit — illi nunc — cum maxime *cod. multo melius*

decesserit tantum illi nunc cum maxime florescenti accedet *POR.*

15. *app. annos.* Pro uiribus et aetatis flore dixit *annos* tamquam illi per senium minuerentur *ACR.*

17. *Pholoe f.* Nomina pro exemplis posuit, quae dum ante uiros uitassent postea obscenarum uitam elegere mulierum *ACR.*

18. *dilecta q. u. Ph. f. non Choris. Dilecta* generaliter accipe a quocumque qui eam uiderit dilecta, et utique propter pulchritudinem quam in ea praedicat praeferendo Chloridi et Pholoe quas aeque pulcherrimas fuisse intellegendum. — *Non Pholoe fugax*, quae uiros fugeret. — *Albo sic hum. nitens* pro candido *POR.*

19. *ut pura.* Habens in sereno integrum lumen, ut Verg.:[1*]

splendet tremulo sub lumine pontus *ACR.*

20. *Gnidiusue Gyges.* Nomen pueri pulchri de Gnido insula Veneri dicata, ut ipse superius:[2*] O Venus regina Gnidi Paphique. Huius pueri formam laudat in carmine suo *ACR.*

Cnidiusue Gyges. q. s. p. De huius pueri pulchritudine etiam Ouidius locutus est *POR.*

22. *falleret h.* Aduenas, quia sexum ex similitudine non nossent *ACR.*

mire sagacis f. h. d. o. s. cr. a. u. Suaniter hic ***hospites*** pro ignotis dicit, hoc est, qui ipsum puerum nossent; sic enim

4 tanquam illi p. s. min. *Fabr.* quia iam p. s. min. illi augerentur *cod. Med. unde uide num sic rescribas:* quasi (anni) p. s. m. iuuentute augerentur 5 exemplo *libri* 8 *Huius sch. partes in libris sunt turbatae sic:* Non Pholoe — Albo sic — Dilecta etc. *cod. Med. Pat.* Albo sic — Dilecta etc. intellegendum. Pholoe autem fugax *Fabr.* 12 quae uiros fugerat *Fabr.* 17 Gnidiusque Gyges *Fabr.* 18 dicata *cod. Fabr.* dedicata *Med.* 21 Cnidiūs giges ñe q. s. p. *cod.* gnidiusq. Gyg. *Fabr.* gnidiusue Gig. *Med. Pat.* (giges *etiam apud Acron. libri praeter Fabr.*) 22 *quod sciam nusquam apud Ouidium, qualem hodie habemus talia extant; cogitandum fort. de carmine deperdito* 23 aduenientes *cod. item paulo post* ex familiaritate *(sic!)* 25 sagaces *Edd.* sagacis *cod. etiam in fine scholii:* sagacis q. sagacis accipe; *unde Edd. omisso* accipe *uerbo nouum schol. faciunt*

1* *Aen. VII 9* 2* *Hor. Carm. I 30*

falli possint obscuro sexus discrimine et ambiguo uultu. *Sagacis* quamuis sagacis accipe *POR.*

discrimen obscurum s. c. a. u. Obscurum discrimen sexus scilicet; obscurabat autem per crines solutos *POR.*

CARMEN II 6.

Septimi. Septiuium equitem romanum amicum et commilitonem suum hac ode alloquitur cui se tanta gratiae necessitudine fatetur astrictum ut si uelit ad ultimas mundi nationes ire se cum eo promittat proficisci *ACR.*

Septimi G. a. m. Hac ode Septimium equitem romanum commilitonem suum alloquitur qua testatur gratissima sibi loca esse Tiburi at Tarenti *POR.*

1. *Gades.* Insulae sunt Hispaniae in ultima parte Oceani *ACR.*

Cantabrum. Cantabri gens Hispaniae siue Galliae necdum a Romanis uicta, de qua Lucanus: [1*]

Si tibi durus Hiber uel si tibi terga dedisset Cantaber.

Hanc Augustus postea superauit *ACR.*

1. *Septimi G. a. m. Gades* oppidum est in Hispania a Poenis conditum ut supra ostendimus *POR.*

Cantabrum i. i. f. n. Apparet Cantabros quae est gens Galliae illo adhuc tempore indomitos fuisse cum dicat: *Cantabrum indoctum i. f. n. POR.*

3 obscurum *add. cod. post lemma* (*idem in lem.* discrimine obscurum) 4 autem *om. Fabr. et sic interpungit:* sexus, scilicet, obsc. per c. s. 7 mundi *add. cod. Med.* 8 posse *libri.* proficisci *correxi* 9 odi *hic cod.* 11 Tiburis *Fabr.* Tiburi *cod. Med. Pat.* 12 Hispaniae *e. q. s. usque ad* Hispaniae *seq. scholii om. cod.* 16 Iber *Fabr.* hyber *cod. Med.* 19 est in Hispania *om. Edd., add. ex cod. Ceterum in omnibus libris hoc et sequens schol. sedem inter se mutarunt* 22 dicat *cod.* dicit *Pat. Fabr.* dicet *Med.*

1* *Lucan. VI 268*

3. *barbaras.* Inhospitates propter incertum maris aestum *ACR.*

Syrtes. Loca sunt habitatione remota. Vergil.: [1*]

Et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis

3. 4. *ubi maura s.* Propter africanam addidit maura quia utraque Libya sic dicitur *ACR.*

ubi m. s. ae. u. Maura hic pro Africa ἀφελῶς dicitur scilicet quod tam Africa quam Mauretania generaliter Libya dicitur *POR.*

5. *Tibur argeo p. c.* Supra ostendimus Tibur oppidum a tribus fratribus conditum esse Tiburno Catillo Cora, quos genere Argiuos fuisse etiam Vergil. testis est qui ait: [2*]

Catillusque acerque Coras argiua iuuentus

Ergo *argeo* pro *argiuo* antique dicitur *POR.*

8. *sit modus. Modum* finem dixit laborum ut eadem domo et senectam ageret et uitam finiret *ACR.*

sit m. l. m. e. u. milit. Modum nunc pro fine dixit; optat ergo sibi post laborem maris et uiarum et militiae in reliqua aetate Tiburis secessum *POR.*

9. *unde.* A quo i. e. a Tibure *ACR.*

Galesi. Galesus fluuius est iuxta Tarentum ubi pro pasturae copia uel dulcedine maiores ouibus lanae sunt; de quo Verg.: [3*]

Qua niger humectat flauentia culta Galesus *ACR.*

dulce pell. ou. Galesi. Galesus fluuius est Tarentinorum. *Pellitas* autem *oues* dixit quod tarentinae oues pellibus teguntur. De fertilitate autem et amoenitate tarentini agri et Vergilius in Georgicon quarto significat et Titinnius sic ait: [4*]

1 aestum *om. libri. add. ex COM. CR.* 4 hanc N. *cod.* et N. *Edd.* 7 afelos *cod.* ἀπλῶς *Edd.* (*fort. scr. etiam* Africana?) 11 Cathillo *et paulo post* Kathillus *cod. Cfr. schol. ad I 7, 13 p. 38* 12 fuisse *cod.* esse *Edd.* 14 antique positum dicitur *sic cod.* 20 *hoc schol. om. cod.* 28 georgicon *cod.* georg. *Edd.* Titurius *Edd.* Titinnius *cod., quod idem scribendum esse coniecit Suring. l. l. p. 147. Neque ego dubito quin* Titinnius *uera scriptura et fragm. addendum sit Titinnii reliquiis apud Ribbeckium (Comicorum Latinorum reliquiae, Lips. ap. Teubn. 1855); sed ad quam fabulam pertineat nunc non ausim discernere*

1* *Verg. Aen. IIII 41* 2* *Aen. VII 672* 3* *Georg. IIII 126* 4* *Nouum fragm. Titinii*

Tarentinorum hortorum odores qui geris eum nellet intellegi *florum POR.*

11. *regnata.* Participium est sine uerbi substantia, ut Vergil.: [1*]

Thraces arant acri quondam regnata Lyc. *ACR.*

Phalantho. Phalanthus Lacedaemonius fuit eiectus patria hac culpa: quod absentibus Lacedemoniis eorum filiae a seruis grauidatae natos ediderant, postea reuersi patres tali culpa genitos expulerunt, quorum dux Phalanthus fuit qui tarentinam condidit ciuitatem ut fertur octauus ab Hercule *ACR.*

et regnata p. L. r. Phalantho. Phalanthus Lacedaemonius fuit quo auctore et principe Partheniae spartani Tarentum condiderunt *POR.*

13. *ille terrarum.* Ordo est: Ille angulus ridet mihi praeter omnes, supple angulos terrarum; pro loco autem angulum posuit *ACR.*

14. *ridet.* Laetus est, ut Verg.: [2*]

Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho et: [3*] Omnia nunc rident *ACR.*

ubi non Hymetto. Hymettus mons est Atticae regionis melle abundans. Laudat autem Apuliam et Calabriam prouinciam in qua et Tarentum situm est cuius se amoenitate et deliciis delectari dicit; nam et melle et oliuetis praecellit, hiemes quoque apriciores habet *ACR.*

ubi non Hym. m. d. Hymettos mons est Atticae, ubi optimum mel nascitur. *Decedunt* ergo e contrario cedunt; compositum pro simplici est, id est, cedunt *POR.*

1 Tarent. hort. qui geris odores *libri.* 5 Thraces arant *add. ex cod. Med.* 6 palanto *cod. Med.* Phalanto *Fabr. Apud Porph.* Pal^h^anto . P*^h^lantus *et u quidem in rasura cod.* Phalantus *Edd.* 23 prouincias *et deinde* praecellunt *et* habent *libri. nostrae scripturae consentit COM. CR.* 26 Hymetos *Med. Pot.* Hymettus *Fabr.* Hymettos *cod.* 27 ἀντεετον e contr. *sic cod.* ἀντειτον *om. Edd. Ex codice Vossiano Suring. l. l. 148 haec scribit:* Decedunt. Quasi non cedunt, per antiphrasin dictum i. e. non plus ualent etc. *Videant alii (Fort. seruandum ἀντὶ τοῦ)* 28 est *post* simplici *add. ex cod.*

1* *Aen. IIII 14* 2* *Bucol. IIII 20* 3* *Bucol. VII 55*

16. *Venafro.* Venafrum ciuitas Samnii oleis abundans *ACR.*

uiridique certat baca Venafro. Graeca figura dictum est *illi certat* pro *cum illo* certat. *Baca* autem pro oliua dixit. Videtur ergo significare in tarentino agro tale oleum nasci quale sit Venafrum *POR.*

18.—20. *et amicus A. fertili B. m. f. i. u.* Hoc est: non est impar uuis falernis. Inuidere enim sibimet solent impares uirtute. Hic *Aulon* mons est Calabriae et quia impar non est ideo dixit non inuidere *ACR.*

et amicus A. fertili B. Aulon locus est contra tarentinam regionem ferax boni uini *POR.*

minimum falernis i. u. Pro: non inuidet, quia scilicet non fit ibi deterius uinum quam in falerno agro. Inuidet enim tantum qui inferior est *POR.*

21. *ille te mecum.* Eleganter se cum Septimio in laudatis locis optat uiuere et eum habere superstitem, defunctoque sibi iusta persoluere *ACR.*

22. *arces.* Verg.: [1*] C a u l o n i s q u e a r c e s e t n a u i f r a g u m S c y l a c e u m *ACR.*

ibi tu calentem. Ordo est: Ibi sparges tu calentem fauillam uatis amici debita lacrima i. e. naturali aut debita propter amicitiam. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera concremare; ideo defuncti fauillam dixit, ut est: [2*]

b i b u l a m l a u e r e f a u i l l a m *ACR.*

23. *ibi tu cal. d. sp. lacrima f. u. amici.* Eleganti figura Septimium sibi superstitem optauit. — *Vatis amici.* Legitur et *Horati uatis POR.*

---

2 baca *cod. sed paulo post altera* c *a sec. m. supra additum est.* bacca *Edd.* 3 pro cum illo certat *om. Fabr., add. cod. Med. Pat.* 4 in *addidi ex cod.* 5 uenaphrannm *Med. Pat.* (*et* Venaphrum *per* ph *non per* f *uterque cod. Med. Pat. ubique*) 14 qui *om. cod.* 18 Aulonisque *libri.* Caulonisque *Verg.* 22 '*Acronis commentario ab interpolatore, puto, ascripta sunt haec ad uerba:* i b i t u c a l e n t e m: Antiquorum enim mos etc. lauere fauillam' *Ritterus ad hunc Hor. locum* 25 ubi tu calentem *cod. Med. Pat.* (*item* lachrima *ubique fere*) Eleganti fig. — optauit *addidi ex codice, reliqua ex cod. Med. Pat.* 27 et orati uatis *cod.* etiam horbati uatis *Med. Pat.* Horati uatis *etiam schol. e cod. Vossiano apud Suring. l. l. p. 149*

1* *Aen. III 553* 2* *Aen. VI 227*

CARMEN II 7.

O saepe mecum. Ad Pompeium Varum scribit gaudens ob eius in patriam reditum quem commilitonem sibi in castris Bruti et Casii fuisse commemorat et belli ciuilis euasisse pericula Augusto uictore, qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit. Ordo est: o Pompei prime meorum sodalium saepe deducte mecum in ultimum tempus Bruto duce militiae quis redonauit Quiritem te dis patriis et italo caelo? *ACR.*

O saepe m. t. i. u. d. B. m. d. Hanc oden ad Pompeium sodalem scribit qua gratulatur ei quod restitutus sit in patriam et testatur commilitonem sibi fuisse in castris *ACR.*

3. *redonauit.* Reddidit, redire fecit in patriam *ACR.*

Quiritem. Romanum; notandum tamen, quia singularem numerum posuit cum plurali numero dicatur *ACR.*

quis t. r. Q. Quiritem ciuem romanum significat; attende singulari numero dictum quod non facile apud ueteres inuenies *POR.*

4. *italoque caelo. Caelum* pro itala regione posuit, ut idem alibi: [1*]
Caelum non animum mutant qui trans mare c. *ACR.*

5. *prime.* Praecipuo, cuius amor ante omnes sit *ACR.*

6. *morantem d.* Pro longo dixit, hoc est, aestiuo qui quasi eum mora spatium suum decurrat *ACR.*

mero. [Vel] datiuus uel ablatiuus [casus bene] accipitur *ACR.*

7. *fregi.* Aut consumpsi aut diuisi ut a sexta hora significet saepe epulatos *ACR.*

1 Pompium *cod. Med. et paulo post* Pompi. Pompilium *schol. Vossianus idem* 4 *fort. scr.* liberalius *cum COM. CR.* 7 diis patruis *Fabr.* diis patriis *cod.* diis patris *Med.* 9 Hac odi *(ωδη in marg.) cod.* hanc odam *Edd.* Pompilium *cod. Med. Pat.* Pompeium *Fabr.* 13 quia *cod. Med.* quod *Fabr.* 14 dicantur *cod.* (*fort.* dicantur Quirites) 17 inuenies *om. cod. Med. Pat.* 21 *hoc schol. om. cod. Med.* 24 *prius* uel *et* casus bene *om. cod. Med.*

1* *Hor. Epist. I 11, 27*

cum quo m. s. diem mero f. Morantem pro longo posuit, ut quasi cum mora spatium suum decurrat. *Fregi* autem diem uidetur pro eo quod est *diuisi* dixisse, ut a sexta hora significet se saepe epulatos. *Mero* autem siue datiuo casu siue ablatiuo accipias, habebit suam rationem sensus; aut enim illa re fregi diem aut illi rei fregi *POR.*

8. *malobathro syrio. Malobathrum* genus unguenti est *ACR.*

malobathro. Malobathrum unguenti speciem esse scimus *POR.*

9. *Philippos.* Macedoniae campos aut ciuitas, ubi ab Augusto Brutus uictus occubuit; unde et Lucanus:[1*]

u i d e o i a m P h o e b e P h i l i p p o s *ACR.*

tecum Ph. Philippi oppidum est in Macedonia ubi M. Brutus periit *POR.*

10. *relicta n. b. p.* [*Parmula* i. e.] scuto: *non bene* autem [*relicta*] quia arma in fugam uersi proiecerant *ACR.*

11. *cum fracta u.* Quia uirtute se Cassius et Brutus praecipue iactabant *POR.*

et minaces. Cassium et Brutum significat qui se de uirtute iactare consueuerant, aut certe milites eorum *ACR.*

12. *turpe solum.* Aut cruentum aut quo prostrati turpiter precarentur *ACR.*

et minaces t. s. t. mento. Turpe solum aut cruore foedatum, ut:[2*]

S a n g u i n e f o e d a n t e m q u o s i p s e s a c r a u e r a t i g n e s, aut nomen est loco aduerbii positum [ut sit]: *turpe* solum tetigere pro *turpiter* tetigere *POR.*

1 mero diem *Fabr.* mero *Med.* diem mero *cod. Pat.* 2 quod quasi *Fabr.* ut quasi *cod. Med. Pat.* (*fort.* ut qui qnasi) 5 hab. s. rat. Sensus autem est: illa — *Fabr.* h. s. r. S. autem enim illa *Med. Pat. Vt nos cod.* 7 unguenti *libri. apud Porph.* unguenti *Med. Fabr.* ungenti *cod. Pat.* 8 malob*at*hro *in lemmate cod. paulo post* malobathrum. Malobatrum *Med. Pat.* 12 uideo *libri.* uidi *apud Lucanum* 13 M. Brutus *cod. Med. Pat.* Brutns *Fabr.* 15 *uerba inclusa om. cod. Med.* 17 freta *cod. pro* fracta qnia *cod.* qua *Edd.* 23 **mento *cod. aperte erasis me litteris. Atque e cod. Vossiano hoc schol. adfert Suring. l. l.:* 'Mento. Legitur et memento' 26 ut sit *om. cod. Med. Pat.*

1* *Lucan. I 694* 2* *Aen. II 502*

13. *sed me p. h. M. c.* Iucunde se dixit a Mercurio liberatum uel quo se furtim fugisse et celerem ostenderet fugam uel quod poetae ad Mercurium pertinere dicuntur *ACR.*

sed m. p. h. M. c. d. p. s. a. Saepe ostendit Horatius in Bruti partibus se militasse. Iucunde autem a Mercurio se sublatum de illa caede dicit, significans clam et furto quodam se inde fugisse; per *celerem* ergo *Mercurium* celeritatem fugae, per id quod aït *denso aere* latebras ipsius fugae intellegi uult *POR.*

14. *aere.* Nebula, ut: 1* Nube caua eripiam; et per hoc fugae latebras tutiores ostendit *ACR.*

15. *resorbens.* Metaphora a Charybdi, qua cum impetu quodam significet mentis et furore correptum ad Bruti partes reuersum *ACR.*

te rursus in b. r. u. fr. t. aest. Ἀλληγορικῶς significat Pompeium post fugam illam impetu quodam mentis petisse rursum partes Bruti *POR.*

17. *ergo obl. r. I. d.* Promissum ac debitum redde conuiuium. Et sciendum *dapem* singulari numero declinatum *ACR.*

obligatam. Promissam ac debitam *POR.*

19. *sub lauru m.* Vt est illud, Verg.: 2*
Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
uel certe sub Augusti uictoria: aut tamquam poeta inuitat amicum sub suo carmine *ACR.*

20. *nec p. c. t. d.* Vasis uinariis ad eius quasi reditum reseruatis, ut Verg.: 3*
Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes *ACR.*

2 q. *(sic)* se f. fugisse et celerem *cod.* q. furtim fugisset et cel. *Med.* quod furtim se fugisse et celerem *Fabr.* 5 in partibus se *cod.* se in Bruti partibus *Edd.* 6 se subl. *cod. Med. Pat.* se *om. Fabr.* significans *cod.* signans *Edd.* 10 *hunc locum non repperi; fort. respicitur Verg. Aen. V 810, sed ibi sic legunt:* Nube caua rapui. (*An forte utroque loco scr.* n. c. eripui?) 12 cum *cod. Fabr.* eum *Med. fort. rectius* 15 significat *cod.* signat *Edd.* 16 Pompeium *cod. ascripto ad marg.* horatium 19 *ni fallor aut* sciendum *corruptum est aut locus mutilus* 23 *cfr. uarias huius loci scripturas apud Vergilium Wagneri; ut nos libri nostri exhibent* 27 Verg. *add. ex cod.*

1* *Verg. Aen. V 810 (?)* 2* *Bucol. I 79* 3* *Aen. I 195*

obliuioso M. Hoc est: uino quo curae pelluntur et labor in obliuionem uenit. — *Massico* pro Campano posuit *ACR.*

obliuioso M. Massico uino obliuiones curarum ac sellicitudinum faciente uel afferente *POR.*

22. *ciboria e.* Aut alexandrina poma quae habent similia colocasiis folia, in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur, aut certe pro cibo posuit tamquam cibum poculis compensaret *ACR.*

ciboria e. Ciboria proprie sunt folia colocasiorum in quorum similitudinem pocula facta eodem nomine appellantur *POR.*

funde capacius. Largius utere odoribus *ACR.*

23. *de conchis.* De echinis concharum *ACR.*

quis udo. Interrogatiuum est sed cum exhortatione dicitur. — *Vdo apio* uiridi uel quod in locis aquosis nascitur. Corona enim apii ebrietatem prohibere dicitur, ut est illud uergilianum in Bucol.: [1*]

F l o r i b u s a t q u e a p i o c r i n i s o r n a t u s a m a r o *ACR.*

Deproperare. Festinanter afferre *ACR.*

quis udo depr. a. c. curatue m. Quis interrogatiue sed cum quodam hortamento dicitur. *Vdo* autem apio pro uiridi uel quod in aqua nascatur. *Deproperare* autem ualde properare significat *POR.*

25. 26. *quem V. a. d. b. Ἀρχιποσίαν* significat et tessararum iactu datum in bibendo primatum. Veneris autem iactus latissimus dicebatur qui habebat tricenarium numerum *ACR.*

quem V. a. d. b. Ἀρχιποσίαν i. e. inchoationem bibendi in conuiuio talorum iactu sortiri solebant. Venerius iactus in talis summum numerum habet i. e. tricenarium *POR.*

2 Massicum uero pro C. p. *Fabr. et tamen in nouo schol. habet* 3 massico uino *cod. Med. Pat.* M., id est, uino *Fabr.* 6 *ante* eodem *repetit* ciboria *cod.* 9 ciboria *libri, sed cod. in marg. ascriptum habet* cymbia 15 ut est illuc Vergilius in Bucol. *sic cod. Idem cum Med. addit* floribus atque *et* crinis *habet pro* crines. Vt est: apio crines *Fabr.* 19 sed *add. ex cod.* 21 nascatur *cod.* nascitur *Edd.* 22 significat *cod.* signat *Edd.* 25 latissimus *libri.* laetiss. *COM. CR. fort. rectius* 27 Archiposian est. Inch. *cod.* ἀρχιποσίαν inchoationem *Fabr.* archiposiam inch. *Med. Pat.* 28 laetus *pro* iactus *cod.*

[1*] *Bucol. VI 68*

27. *Edonis.* Thraeibus Bacchis *ACR.*

non ego s. bacch. Edonis. Edoni Thraces sunt quos solet ebrietas ferociores reddere *POR.*

28. *furere.* Aut ebrium esse aut certe saltare *ACR.*

recepto d. m. f. a. Accipiendum extrinsecus *etiam* ut sit: etiam furere dulce mihi est recepto amico *POR.*

CARMEN II 8.

Vlla si iuris t. p. Scenicum principium in Barinen meretricem. Intellegitur enim per hanc inuectionem aliquos praecessisse sermones quibus noctem sibi eadem Barine iure iurando promiserit; dehinc postquam fefellit eum in haec uerba uelut amantem erupisse. Vt enim dicitur *iuris iurati* ita posuit *iuris peierati* quod nulla fallens poena perculsa sit *ACR.*

Vlla si i. t. p. p. Barine. Scenicum principium. Intellegendum enim aliquos sermones praecessisse, quibus Barina haec noctem sui iure iurando interposito repromiserit; deinde postquam fefellerit tum in haec uerba hunc erupisse *POR.*

3. *dente si nigro.* Maior poena est meretrici si ob culpam corporis deformitate puniatur *ACR.*

dente s. n. f. u. uno. Subaudiendum extrinsecus *saltem* ut sit: saltem leuissimam poenam ob obprobrium sensisses *POR.*

5. *crederem.* Aut *tibi* subaudiatur *iuranti* aut deos uindices esse periurii *ACR.*

simul. Postquam. — *Obligasti.* Deuouisti non implendo promissa; e contrario enim *solui* uota dicuntur *ACR.*

1 Edoniis *cod. Med. item apud Porph.* 3 ferociores *cod.* fortiores *Edd.* 9 eandem *cod.* 14 uarine *et post* uarina *cod.* Barine *et* Barina *Edd.* (*Cfr. de hoc nomine Emendd. Venuss. meas p. VI. VII*) 16 hoc *Fabr.* haec *cod. Med. Pat.* sui *cod. Med. Pat.* ei *Fabr.* repromiserit *cod.* prom. *Edd.* 21 ut sit: saltem *addidi ex cod.* ob leuiss. *cod.* ob obproprium *Med. Pat.* ob obprobrium *cod.* ob periurium *Fabr.* 23 subaudiatur *om. cod.*

sed. tu s. obl. Ac periurio te deuouisti *POR.*

7. *pulchrior.* Auctio est data auctioni *ACR.*

enitescis p. m. Adeo multo pulchrior es post periuria ut iuuenes te uniuersi diligant. Ergo *iuuenum publica cura* pro *omnium iuuenum* dictum est ut apud Sallustium:[1*] publicam miserorum caussam *POR.*

iuuenumq. p. p. c. Amatorum multitudinem significat dicens eam periuriis fieri pulchriorem *ACR.*

9. *expedit.* Prope est ut putem, dum uideam non puniri periuria in contrarium religionis ac pietatis uerti rationem. Hanc enim uult uideri sacrilegio promeritam deorum fauorem *ACR.*

expedit m. c. o. f. Sensus est: Cum haec uideam prope est ut putem rationem pietatis ac religionum in contrarium esse uersam, ut qui impii atque inreligiosi sint magis deos promereantur *POR.*

10. *taciturna n. s.* Clarae siue secretae et silentis, ut Vergil.:[2*]

tacitae per amica silentia lunae et:[3*]

Sidera cuncta notat tacito labentia caelo *ACR.*

11. 12. *gelidaque d. m. carentes.* Et hic et in eo quod ante haec sensus est per Zeugma i. e. in coniunctionem ex superiore accipiendum: *expedit fallere POR.*

13. *ridet hoc i. V. ipsa r. s. n. f. e. C.* Ridet periurium suum Venus quae scilicet amantibus facilis est *POR.*

14. *rident s. nym. Simplices* enim aut perfidiae amoris cum risu indulgentes aut quia nymphae ad ignoscendum faciles sunt, ut:[4*]

Et quo, sed faciles nymphae risere, sacello;

comites enim Veneris sunt ad quam pertinent meretrices *ACR.*

1 perinrio *sub priore* r *puncto posito cod.* 6 caussam *cod.* causam *Edd.* 13 cnm haec uideam *cod.* cum hoc uideatur *Edd.* 14 religionum *cod. Med. Pat.* religionem *Fabr.* 15 inrelig. *cod. Pat.* irrel. *Med. Fabr.* 17 clarae *COM. CR.* durae *libri* 21 in eo qui ante hunc *cod. Med. Pat.* 22 i. e. coniunctionem *cod.* i. e. in coninnctione *Edd.* 23 accipiendus *pr. m. cod.* accipiendum *alt. m. cod. et Edd.* 24 ipsae *cod. in lemmate*

1* *Sallust. Cat. c. 35* 2* *Aen. II 254* 3* *Aen. III 515* 4* *Bucol. III 9*

[*simplices n.* Id est non iracundae sed exorabiles *ACR.*] *rident s. n.* Sic illud dicitur:

Sed faciles nymphae risere sacello *POR.*

14. *ferus et Cupido.* Numen Cupidinis demonstrauit immite et implacabile eo quod ignoscere nesciret nisi uoluntatem Veneris et iudicium sequeretur, ut Vergil.: [1*]

Iamque ibat dicto parens et dona Cupido
Regia portabat *ACR.*

15. *semper ard. a.* Aut semper ardentes aut acuens semper *ACR.*

sagittas. Incendium libidinis et iacula delectationis *ACR.*

16. *cote cr.* Non in cote cruenta sed in qua acuit ut occidat; immoderatus enim amor maturat exitium. Et declinatur haec cos, huius cotis *ACR.*

15. 16. *semper a. a. s. c. cruenta.* Nimirum ἀμφίβολον utrum semper ardentes intellegendum an semper acuens; eleganti autem conceptione de amore dicitur et ardentis sagittas et semper acuens et cruenta cote [i. e. uenerea delectatione; et bene cruenta quia cogitur non sine sanguine] *POR.*

17. *adde.* Adiunge his quae tibi creuerunt ex periurio *ACR.*

pubes. Multitudo iuuenum *ACR.*

tibi cr. Tuae prostitutioni, subinde crescentes amatores *ACR.*

18. *seruitus c. n.* Semper adiunguntur tibi noui nec priores relinquunt te quamuis se relicturos minentur *ACR.*

19. *tectum.* Lupanar *ACR.*

20. *saepe minati.* Vim amoris expressit, ut quod a seruis fieri consueuit hoc amatoribus non liceat dum contempti

1 *hoc schol. om. cod.* 4 demonstrauit *cod. Med.* demonstratur *Fabr.* 5 eo quod *cod.* (quia *COM. CR.*) et quod *Edd.* 8 regia port. *om. cod. Med.* 11 *hoc schol. om. cod. Med.* 15 nimium *libri.* nimirum *correxi* 17 ardentis *cod. Med. Pat.* (*sed in lemmate* ardentes). ardentes *Fabr.* 18 et cruenta dote *cod.* ex cr. c. *Med. Fabr.* cruenta c. *Fabr. Quae uncis inclusi rectissime om. cod. Med. Pat.* 28 *turbatum hoc schol. intactum relinquere satius duxi quam ariolari; uideant alii*

1* *Aen. I 695*

se deserturos minentur et sic noui ueniant, ut non abscedant priores *ACR.*

18—20. *nec p. i. t. d. rel. s. minati.* Hoc ostendit etiam illis amatoribus gratam eam esse quibus fuerit iniuriosa *POR.*

21. *iuuencis.* Filiis iuuenibus, ne rapias eos, metaphora a tauris, ut supra: [1*]

nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus *ACR.*

te suis m. m. i. *Iuuenci* ergo non tantum boues dicuntur sed et homines, quamuis in usu sit ut non nisi per diminutionem iuuenculos dicamus *POR.*

22. *te senes p.* Propter dilapidationem patrimonii quae meretricum incitamentis saepe contingit *ACR.*

22. 23. *miseraeq. n. u. n.* Timore repudii. Maior enim in recenti caritate dolor est sollicitati coniugis maior uis meretricis animum affectione occupatum uicisse *ACR.*

23. 24. *tua ne r.* Amoris aura quaeque ad te eos fert; sed utique hoc per allegoriam dicitur *POR.*

aura. Aut facilitas qua in amorem trahuntur aut unguentorum odor, ut ipse superius: [2*] 'aurae fallacis' *ACR.*

[*retardet amicos.* Ne cura amoris tui rapiantur noui illarum sponsi *ACR.*]

CARMEN II 9.

Non s. i. n. h. Valgium hac ode consularem alloquitur quem consolatur Mystae pueri sui delicati mortem grauiter ferentem indicans mala hominibus non esse continua *ACR.*

Non s. i. n. h. Hac ode Valgium consularem amicum suum solatur morte delicati pueri grauiter affectum *POR.*

4 eam *om. cod. Med. Pat., ante* etiam *addit Fabr.* 10 sed et homines *cod.* sed hom. *Edd.* 12 dilapidationem *Fabr. COM. CR.* dilacerationem *cod. Med. Illa uox est in Cod. Theodos. IIII 20, 1* (dilap. bonorum) *haec apud Arnobium II p. 74* 17 quaeque *cod. Med. Pat.* quae *Fabr.* 21 *postremum hoc schol. om. cod. Med.* 24 Mystis *libri.* Mystae *COM. CR.*

1* *Hor. Carm. II 5, 4* 2* *Carm. I 5, 11*

1. 2. *Non semp. i. n. h. m. i. a.* Latet sensus in hac elocutione; intellegi enim uult nec semper pluere nec semper agros hispidos esse, id est, horridos; per quod intellegendum aduersa hominibus non posse esse continua ac sempiterna *POR.*

2. *aut m. caspium.* Scythicum; species pro genere *ACR.*

3. *inaequales.* Iniquae periculosae *ACR.*

4. *armeniis in o. Armenia* regio est in septemtrione plaga frigore tabescens *ACR.*

5. *stat gl. iners.* Aut quae cursum gelata non habet, ut:[1*]

C o n c r e s c u n t s u b i t a e c u r r e n t i i n f l u m i n e c r u s t a e

aut quae nimietate frigoris pigros efficiat, ut:[2*]

c o n f e r t o q u e a g m i n e c e r u i
T o r p e n t m o l e n o u a *ACR.*

4. 5. *nec armeniis i. o. a. V. st. g. i.* . . . . . . nam et hic et in subiectis sensibus *semper* ex superiore per zeugma accipiendum *POR.*

7. *querceta G.* Vt pineta, aesculeta sic et querceta posuit *ACR.*

aut aquil. querceta G. Garganus mons est Apuliae, [ubi magnae quercus habebantur, quae quanto altiores sunt, tanto amplius laborant i. e. uentis agitantur]. *Querceta* autem dicuntur ut pineta et uineta, a querceis scilicet arboribus *POR.*

[*laborant.* Agitantur *ACR.*]

8. *et foliis uiduantur.* Non semper foliis uiduantur arbores; hoc est: dum in omnibus sint uices temporum continuare luctum Valgium non debere *ACR.*

9. *flebilibus modis.* Quia poeta erat Valgius et maerorem suum consolabatur luctuosis carminibus *ACR.*

5 *hoc scholion et quae secuntur duo om. cod. Med.* 15 superioribus *pr. man. cod. Ceterum quam post lemma signaui lacunam uide num sic expleri possit:* Protozeugma (*s.* Zeugma). Nam et hic e. i. s. s. semper ex superiore accipiendum *uel sic:* scilicet semper. Nam et h. e. i. s. sensibus ex sup. z. accipiendum 15. 16 accipieudum *cod.* iutelligendum *Edd.* 17 et sic *Fabr.* 19. 20 *uerba* ubi — agitantur *om. cod. Pat. Med. uncis includere dubitaui. Apud COM. CR. sic:* iu quo quercus altae nascuntur q. q. sunt alt. t. plus l. i. e. u. agitautur 22 quercis *cod.* 23 *hoc schol. om. cod. Med.* 28 luctuosis solabatur *Fabr.* consol. luct. *cod. Med.*

1* *Georg. III 360* 2* *Georg. III 369*

10. *ademptum.* Tamquam mortuum fleret solatio suo ademptum *ACR.*

9—11. *tu s. urgues flebilibus modis Mysten a. n. t. u. s. decedunt am.* Mysten semper urgues flebilibus modis i. e. instanti querela quereris uespero surgente et uespero fugiente solem, i. e. orientem, cum uesper stella quasi refugit i. e. occidit *POR.*

12. *fugiente solem.* Subintellegitur *uespero*, ut duo eum tempora tenere monstraret. Haec stella oritur occidente sole et occidit oriente [sed non uno et eodem modo] *ACR.*

[13. *at non ter aeuo functus.* Argumentum ad illius consolationem de Nestore *ACR.*]

at non t. ae. f. Nestorem significat qui traditur tribus saeculis uixisse. Antilochum autem Nestoris fuisse filium notum est *POR.*

14. *senex.* Nestor qui nonaginta annis, hoc est, tribus aetatibus uixisse firmatur; unam enim aetatem triginta annos ponebant. Non ergo eum dicit omni uita sua Antilochum filium fleuisse *ACR.*

15. *nec impubem p. T.* Troilus Priami filius aetate impar congressus Achilli, de quo Verg.:[1*]

Parte alia fugiens amissis Troilus armis
Infelix puer atque impar congressus Achilli;

tamquam nec ipse semper parentibus fletus sit *ACR.*

1 t. non mort. fl. sed sol. adempt. *Fabr. Nos cod. et Med. secuti sumus; fort. scr.* Tanq. mortuum fles et s. t. adempt. 3 flebilibus urges (*sed paulo post* urgues) *cod. et* modis *om. cum Med. et Pat.* 4 cedunt *cod. Med. Pat.* 5 *post* surgente *Edd. omittunt* et uesp. fug. *et* solem *in nouo lemmate ponunt.* Vespero surgente. Vespero fugiente solem *sic cod. quibus ipse addidi* et; *iam, puto omnia ferri possunt* 6 resurgit *Edd.* quasi refugit *cod. perbene* 8 subintell. u. *Fabr.* sub hespero *Med.* uespero *cod., qui idem* Haec stella etc. *om. cum Med. Atque ex his quae inclusimus genuina profecto non sunt, simul cum schol. quod sequitur* 13 at non *Fabr.* an ne *cod. Med. Pat.* 14 *ad haec de Nestoris aetate a Porphyrione aliter aliter ab Acrone tradita praeter alia confer quae congessit Brouckhus. ad Tibull. IIII 1, 50* 20 aetate *om. cod.* 24 ipse par. fletns sit *cod. Med.* ipse p. continue fl. s. *Fabr. Nos* semper *post* ipse *addidimus quod facillime ibi excidit* (ipsesēperparentibus)

1* *Aen. I 474*

16. *phrygiae sorores.* Quae nimium teneri sunt affectus *ACR.*

17. *desine mollium t. q.* Pro desine queri; figura ὑπαλλαγή *ACR.*

desine m. t. q. Desine mollium querelarum graeca elocutione figuratum est; alioqui nos *desine queri* dicimus *POR.*

19. *cantemus A. tr.* Tamquam si diceret: melius remoto luctu Caesaris facta cantemus *ACR.*

20. *et rigidum Niph.* Scythiae fluuium; plerique Armeniae montem putant *ACR.*

et rig. Niph. Niphates Armeniae mons est in quo magna frigora sunt *POR.*

21. *medumq. fl.* Poetice quasi et fluuius se uictum sentiat,
ut: [1*] e t p o n t e m i n d i g n a t u s A r a x e s
et: [2*] E u p h r a t e s i b a t i a m m o l l i o r u n d i s.
Vnde gentes tum uictas uult intellegi quae circa flumina sunt. *Euphratem* tamen Indorum amnem uult intellegi. Ordo est: Cantemus medum flumen uoluere minores uertices additum uictis gentibus *ACR.*

medumq. fl. g. add. uictis. Videtur Euphratem Medorum flumen significare quem ait gentibus uictis additum esse i. e. ad numerum uictarum gentium accessisse; et *additum uictis* poetice quia fracta sit ferocia impetus eius postquam uictus sit *POR.*

23. *intraque pr.* Intra constitutum; Augustus enim fines Gelonis statuit quos uicti egredi non auderent; sed praescriptis limitibus tenerentur, cum ante ubi licuisset excurrerent *ACR.*

24. *exiguis eq. c.* A Caesare determinatis *ACR.*

---

4 *post* ὑπαλλ. *Fabr. male addit* et potius noua *quae ad lemma seq. pertinent* 6 alioqui *cod.* alioquin *Edd.* desine *om. Fabr.* 13 fluuium *Fabr.* 17 tamen *cod. Med.* autem *Fabr.* 20 uictus *cod.* 22 ad numerum *cod.* a numum *Pat.* in numerum *Fabr. Med.* 23 fracta sit *cod.* sit fr. *Edd.*

1* *Aen. VIII 728* 2* *Aen. VIII 726*

CARMEN II 10.

Rectius uiues. Ad Licinium scribit monens periculosum esse magna temptare nec rursum si pericula timeantur, inter angustias humilem uitam sordide continendam, et per allegoriam nauigantium mediocritatem suadet esse sequendam. Ordo est: Licini, dum cautus horrescis procellas rectius uiues neque semper urgendo neque nimium premendo iniquum litus i. e. nauigantibus periculosum *ACR.*

Rectius u. L. Hac ode Licinium Valgium adloquitur monens periculosum esse magna temptare optimumque esse mediae uitae statum *POR.*

1. 2. *neque a. s. urguendo.* Allegoria qua significat neque magna nimis appetenda nec rursum dum periculum timeas inter angustias humilis ac sordidae uitae contineardis *POR.*

4. *litus iniq.* Periculosum propter humilitatem uadorum siue propter saxa; sed et hoc ut dixi ἀλληγορικῶς accipiendum *POR.*

5. *auream.* Beatam. Verg.: 1*

> A u r e a q u a e p e r h i b e n t i l l o s u b r e g e f u e r e
> S a e c u l a *ACR.*

6. *obsoleti.* Squallidi sordidi *ACR.*

7. 8. *caret inu. s. aula.* Inuidia mediocritatem carere dicit ex magnis aedibus, quae solent obrui inuidia *ACR.*

caret i. s. a. In hoc sobrius i. e. sapiens quod careat inuidenda aula i. e. inuidiosa honorum sublimitate *POR.*

2 temptare *cod. et Med. ut solent.* tentare. *Fabr.* 8 Valgium *cod. Med.* uulgium *Pat.* Crassum *Fabr.* adloquitur ad loquitur monens *sed* loquitur *secundo loco deleto cod.* alloq. mouens *Edd.* 9 temptare *cod. Med. Pat.* 11 nrguendo *sed sub* u *altero subposito puncto cod.* urgendo *Edd.* 12 timeas *cod.* times *Edd.* 14 litus *cod.* littus *Edd.* 18 fuere *cod.* fuerunt *Edd.* 22 ex magnis autem sedibus solet oboriri inuidia *Fabr. Vt nos cod. et Med.* 23 in hoc sobrius *addidi ex cod.* 24 inuldia *sed in marg. ab ead. m.* inuidenda *cod.* bonorum *Med. Pat.* hon. *cod. Fabr.*

1* *Aen. VIII 324*

9. *saepius u. a. i. p.* Metaphŏra ab arboribus et aedificiis tamquam quae maiora et in alto posita periculis subiacerent semper et casibus, ut Iuuenalis:[1] *

numerosa parabat
Excelsae turris tabulata unde altior esset
Casus et impulsae praeceps immane ruinae *ACR.*

saepius u. a. i. p. Per haec et quae subiecta sunt ἀλληγορικῶς significat altiora quaeque hominum magis periculis esse subiecta *POR.*

11. 12. *feriuntque s. f. montes.* Acroceraunia dicit quibus a frequenti fulmine nomen est datum *ACR.*

feriuntque s. f. montes. Et hic et in superiore *saepius* per zeugma accipiendum ut sit: saepius feriunt *POR.*

13. 14. *sperat inf. m. s. alt. s.* Qui prudenter sapit et in aduersis meliora sperat et cum prosperis rebus utitur contraria illis i. e. aduersa metuit. *Metuit secundis alteram sortem* i. e. contrariam secundis quod est aduersam *POR.*

14. *alteram sortem.* Fortunam bonam aut malam *ACR.*

15. *bene praep. p.* Instructum et genio et forti doctrina formatum pectus praeparat se ad temperandam felicitatem et ad aduersa temnenda *ACR.*

informes. Turbidas assiduis imbribus *ACR.*

informis h. reducit I. idem. Per haec et uices esse bonarum malarumque rerum probare uult *POR.*

17. *submouet.* Dat diuinitatis exemplum per immutatio-

2 tamquam *libri.* tamquam quae *correxi; item* subiacerent *pro* subiacere *quod libri habent* 5 unde *et q. s. om. cod. (Fugit hic quoque locus O. Iahnium)* 8 magis *sed* magnis *ab ead. m. in marg. scripto cod.* 12 superiori *Edd.* superiore *cod.* 13 κατὰ ζεῦγμα *Fabr.* 14 *Hoc scholion codicis beneficio Porphyrioni reddidimus; in editionibus enim omnibus haec desunt neque quicquam extat nisi:* 'Quod est aduersum' 18 fort. bon. aut m. *cod. Med. COM. CR.* contrariam sortem *Fabr.* 19 Bono instr. ingenio *Fabr.* 20 pectus *om. cod. Med.* praeparare se *cod.* praeparatum se *Med.* 21 ad aduersa tenenda *cod.* aduersam temnendam *Med.* ad fortunam aduersam contemnendam *Fabr.* 23 informis *cod. Med. Pat.* informes *Fabr.* *pro* idem *cod.* ipse et *add. ex cod., qui idem habet* malarumq. *pro* et malarum

1* *Iuuen. X 105—7*

nes temporum per quas sperare in aduersis et semper fortes esse debeamus *ACR.*

17. 18. *non si m. n. e. o. s. erit.* Generalis sententia: non semper eandem manere fortunam, ut Verg.: 1* Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore uires; et *olim* pro futuro tempore posuit, ut: 2* Hunc tu olim caelo spoliis orientis onustum Accipies *ACR.*

non si m. n. e. o. s. erit. Olim nunc futuri temporis est. *Quondam* hic interdum aut non numquam significat *POR.*

19. 20. *neque s. a. t. Ap.* Aliud numinis posuit exemplum quo eum dicat non semper bellorum tristibus occupari sed miscere debere dulcia cantilenae *ACR.*

21. *rebus ang. a. a. f. appare.* Hac allegoria praecipit nec in aduersis rebus desperandum esse et secundis non nimis confidendum *POR.*

22. *idem.* Quisquis es *ACR.*

23. *contrahes.* Supprimes. Metaphora a nauigantibus; nam sicut de incerto pelagi nautis, ita sapienti nec in aduersis desperandum nec confidendum suadet in prosperis *ACR.*

[*appare.* Obtempera *ACR.*]

CARMEN II 11.

Quid bell. Hac ode Hirpinum alloquitur ut omissa cura rerum publicarum uel negotiis quae aliena ab animo eius sint otium petat senectuti consulens, ut commodis uitae studeat celerius fugientis. Ordo est: Hirpine Quinti remittas quaerere quid cogitet bellicosus Cantaber et quid cogitet Scythes diuisus obiecto Hadria *ACR.*

1 per quae *libri* (*in cod. haec tantum:* qua sperare alterum deb.) 8 nec *pro* non *in lem. Fabr.* olim *post lem. add. ex cod.* 9 est. Quondam h. *correxi.* est nonnumqnam. Hic *Fabr.* est. Nonnumquam hic *cod. Med. Pat.* 12 debere *addidi ne sententia laboraret* 13 appar& *cod.* 18 qua *pro* nam *cod. fort. melius* 20 *postremum schol. nec suo loco positum om. cod.* 22 aliena a nobis sunt *Fabr. Med.* a nobis aliena sunt *cod.* aliena ab animo eius sint *correxi*

1* *Aen. IIII 627* 2* *Aen. I 289*

Quid b. C. e. S. H. Q. Hadria d. o. Quintium Hirpinum alloquitur hac ode, qua continetur, alienis negotiis non debere nos nimias sollicitudines adhibere, sed potius commodis uitae nostrae consulere celerius se rapienti *POR.*

bellicosus C. Hispaniarum gens pugnatrix *ACR.*

et Scythes. Scythae gens septemtrionalis *ACR.*

3. *Hadria diu. obiecto.* Mare enim prospiciens figurate Hadria genere neutro protulit *ACR.*

diuisus. Interfuso mari a nobis seiunctus *ACR.*

Hadria d. obi. Interfuso mari a nobis remotus *POR.*

4. 5. *nec trepides.* Naturam dicit hominum, si usui sufficientia quaerat et breuitatis uitae sit memor paucis posse esse contentam. Id est, non timeas paucis uti quia pauca sufficiunt in usum aeui *ACR.*

nec trepides i. u. p. ǎ. p. Nec satis agas ut habeas uitae necessaria cum pauca omnino desideret *POR.*

5. *fugit retro.* Ordo est: fugit retro leuis iuuentas et decor arida canitie pellente lasciuos amores et facilem somnum i. e. recedit et remeat a nobis procedente uita in senectutem, ut est: [1*]

Optima quaeque dies miseris mortalibus aeui
Prima fugit *ACR.*

fugit retro l. i. Id est decedit et remeat a nobis procedente uita in senectutem *POR.*

6.—8. *arida.* Sicca h. e. aut nihil in se impendente

1 Et hic Q. Hirpinum *cod.* Hic Qn. H. *Fabr.* Et hic Quintium Hirpinum *Med. Pat.* 4 celerius se rapienti *om. Fabr. add. ex cod. Med. Pat.* 7 *aut corruptum aut, idque ueri similius, omnino ab Acr. alienum, qui idem ad Carm. III 3, 5 rectius habet:* 'Adriae generis masculini est.' *(In cod. haec cum duobus prioribus schol. inepte confunduntur et miscentur)* 10 a *add. ex cod.* remoto *libri.* remotus (= remotg) *correxi* 12 sit memor *COM. CR. et Fabr.* more *cod.* moram *Med.* 13 *ante* id est *Fabr. nouum lemma ponit:* poscentis a. p. *sed om. cod. Med.* 14 usum *pro* usu *corr.* 16 natura desid. *Fabr.* natura *om. cod. Med. Pat.* (*Ceterum uerba* nec satis agas *non intellego fort. cogitandum de* fatigare *uerbo seu* fatim agere) 19 recedit et remeat *cod.* recedit et *Med.* recedit *Fabr.* 23 decidit et remanet *Med. Pat.* decedit et remanet *cod.* (*fort.* remānat)

1* *Georg. III 66*

per nimiam parsimoniam ut sunt senes aut *arida* minus in uenerem iuuene calente *ACR*.

arida p. l. a. canitie f. s. Canitie pro senecta quam aridam dicit quia senes parci ac tenaces snut *POR*.

facilemq. s. Eo quod facilem iuuenibus somnum pellat senectus, ut: [1*]

Pendebat somno iam deteriore senectus *ACR*.

9. *non s. i. f. e. honor.* Naturalibus exemplis probat nihil esse perpetuum *ACR*.

non s. i. f. e. honor u. neque u. luna r. n. u. Haec ad aetatem uult referri quia nec ipsa semper in flore iuuentae permanet *POR*.

11. *quid ae. m.* Ordo est: quid fatigas animum minorem aeternis consiliis i. e. qui non est capax aeternorum consiliorum, non enim semper subsistit in corpore. Non minorem animum ad consilia sed aeternis consiliis minorem uoluit intellegi i. e. infinitis et diuturnis *ACR*.

quid ae. m. c. a. f. Diserte; quid, inquit, animum porrigis in rerum aeternarum consulta, cum is non sufficiat breuitate uitae? *POR*.

13. *cur non.* Ordo est: cur non potamus dum licet sic temere iacentes uel sub alta platano uel sub hac alta pinu et odorati canos capillos rosa et uncti assyria nardo. Quae nunc Syria olim Assyria uocabatur. Notandum autem quod *nardum* genere feminino posuerit *ACR*.

14. *sic temere.* Passim, ut haberet licentiam ipsa lasciuia *ACR*.

1. 2 ant arida m. in uenerem calens *cod.* a. a. m. innene calens *Med.* aut. a. in Ven. m. iunene calente *Fabr.* 3 canitie *sed* a *ead. m. supra scr. cod., idem paulo post habet* canitiam (canicie *Edd.*) 5 fac. som. iun. *Edd., ut nos cod.* 10 honos *Fabr. item* nec *Fabr. Pat.* sed honor *et* neque *cod. Med.* (floribus idem *cod. Med. Pat.*) 12 permanet *cod.* permittet *Med. Pat.* pernitet *Fabr.* 14 par *pro* capax *cod. Med. fort. recte* 19 porris *et* sufficiant *pr. m. cod.* consulta *idem.* consultationem *Edd.* 23. 24 nardo, quae nnnc syria etc. *sic interpunxit Fabr. Ad nostram interpungendi rationem cfr. Porph. Fortasse haec cum nouo lemmate sic:* Assyr. nardo. Qnae etc. *post duo scholia quae secuntur ponere debebam*

1* ?

15. *canos od. c.* Absoluta locutio *canos capillos odorati* pro: habentes odoratos capillos canos *ACR.*

16. *assyriaque nardo p. u.* Ea quae nunc Syria dicitur, olim addita syllaba Assyria nominabatur et adnotandum hic quoque *nardum* feminino genere dici sicuti supra *POR.*

17. *dissipat Euhius. Euhius* Liber pater dictus eo quod cum di bellum cum Gigantibus gererent primus in leonem conuersus occidit Gigantem; ex quo facto eum Iuppiter ita laudauit: *εὖ υἱέ,* hoc est bene fili; graece enim *υἱός* filius dicitur. Haec uox etiam Bacchis in sacris tradebatur, unde Verg.: [1*]

Euhye Bacche fremens *ACR.*

dissipat Euhius curas edacis. Euhius a uoce bacchantium Liber pater *POR.*

18. *edacès.* Eo quod comedant et attenuent et consumant *ACR.*

quis puer ocius. Velut in ipso iam conuiuio uoluit uideri *ACR.*

quis p. o. r. a. F. p. p. l. Suauiter quasi in ipso iam conuiuio sit, sicut supra: [2*] quis udo
Deproperare apio coronas
Curatue myrto *POR.*

19. *ardentis F. Ardentis,* austerissimi calorem corporibus et animo concitantis, et belle *restinguet* praeiecit quia *ardentis* erat subiecturus *POR.*

20. *praetereunte l.* Fonte decurrente aqua petita tamquam potui lenior, ut: [3*]

5 supra *libri; immo infra (Epod. V 9)* dicere debebat; *an forte alio ordine Porph. Horati poemata habuisse uel certe interpretatus esse credendus est?* 6 euchius *cod.* euius *Med.* Euhyus *Fabr. Alterum* Eubius *addidi ex cod. et graeca dedi ex Fabr. in cod. et Med. sunt latinae litterae* 10 unde *cod.* ut *Edd.* 12 Baccbe fremens *om. cod. Med.* 13 dissipati *cod.* Euchius *cod. Med. Fabr., in quibus etiam* edacis *est pro* edaces a *addidi ex cod.* 22 curatque myrto *cod.* curatue myrtho *Pat.* curat de myrrbo *Med.* 23. 24 ad calorem corporibus et animo concitatis *cod.* c. corporibus et animo coucitatis *Med. Pat.* calorem corporis et animi coucitantis *Fabr.* belle *cod.* bene *Edd.* 27 leuior *Edd.* lenior *cod. COM. CR.*

1* *Aen. VII 389* 2* *Carm. II 7, 24* 3* *Georg. III 529*

fontes liquidi atque exercita cursu
Flumina *ACR.*

21. *quis deuium sc. eliciet d.* Quasi inscium plurium uiarum et domuum i. e. non publicas discurrens per domos quae publice omnino non prostet. *Scortum* autem dictum putatur a calciamentorum solo subiecto omnibus, etiam uulgaribus *ACR.*

quis deu. sc. e. Belle *deuium scortum* Lyden ait, quae corpore quidem quaestum faciat sed non publice prostet. *Deuium* est enim a uia remotum. Ceterum *scortum* meretrix *μεταφορικῶς* dicitur a *scorto* i. e. a solo calciamentorum subiecto omnibus, etiam uulgaribus *POR.*

22. *Lyden e. d. a. c. l.* Ordo est: Hirpine age dic Lyden cum eburna lyra ut religata comas in nodum comptum more Lacaenae maturet i. e. festinet, ut: [1*] Maturate fugam. Festinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere consueuerunt *ACR.*

in comptum. In compositum *ACR.*

maturet inc. L. m. c. r. n. Grate, ut solent mulieres festinantes pexum tantum capillum in nodum colligere *POR.*

Lacaenae m. In Helenae similitudinem. *Lacaenae,* Helenae, ut Vergilius: [2*]
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacaenae *ACR.*

CARMEN II 12.

Nolis l. f. Ad Maecenatem scribit poeta docens non conuenire historiam et graues res carmini lyrico sed remissas potius et iocis aptas; facta enim Caesaris ipsum Maecenatem melius executurum prosaica oratione dicit. Ordo

4 et *om. cod. fort. bene* ad publicas *Edd.* publicas *cod.* 5 non omnino *libri* 8 prostet *addidi ex cod.* 12 subiectum *cod. Med. Pat.* 14 in nodum comptum *Fabr.* in c. modum *cod.* in comptum in compositum *Med.* 21 lemma *om. cod. Med. et coniungunt cum praecedenti scholio* 23 facies *Med.* faciles *cod.* fratres *Fabr.* 24 poetae ut nec *Fabr. Med.* p. et *cod. Nos* poetae *hic omisimus et post scribit* poeta *addidimus; cfr. Forph.*

1* *Aen. I 137* 2* *Aen. II 600*

est: nolis aptari mollibus modis citharae longa bella ferae Numantiae nec dirum Hannibalem nec siculum mare purpureum poeno sanguine *ACR.*

Nolis l. f. b. N. Haec ode ad Maecenatem scribitur qua testatur poeta non conuenire historias et graues res lyrico carmini sed magis remissas et iocosas. Ceterum acta Caesaris melius ipsum scribere *POR.*

1. *ferae Num.* Propter longa bella; decimo enim anno cum Numantinis depugnatum est multa clade Romanorum *ACR.*

2. *durum Hann.* Fortem, qui summa difficultate uictus sit *ACR.*

nec siculum m. Quia ibi primum nauali certamine Romani Carthaginienses duce Lutatio uicerant *ACR.*

4. 5. *et nimium m. H.* Intolerabilem ebrietate. Hylaeus Centaurus a Perithoo inuitatus ad nuptias uisa puella permotus et dum uiolentus ei esse conaretur a Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc et in certamen itum est et usque ad pericula dimicatum; ab Hercule sunt postea superati. De his superius etiam ipse commemorat: [3*]

Centaurea manet cum Lapithis rixa super mero;

Vergilius: [4*]

Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem *ACR.*

et n. m. H. *Nimium* pro intolerabili posuit. Hylaeus unus Centaurorum fuit. Notum est autem proelium quod inter Lapithas et Centauros in conuiuio nuptiali Perithoi et Hyppodamiae exarsit *POR.*

7. *telluris i.* Gigantes dicit qui bellum numinibus indixerunt *ACR.*

telluris i. Gigantes dicit *POR.*

5 poetae *Fabr.* poeta *cod. Med. Pat.* 6 *post* ceterum *in fine paginae positum cod. Porphyrionis deficit usque ad Carm. III 8, 1 et sequenti pag. pergitur sic:* scripta est qua testatur se diem festum e. q. s. 14 Lucio *cod. Med.* Luctatio *Fabr.* L. Lutatio *COM. CR.* 17 et *addidi ex cod. et Med.*

1* *Carm. I 18, 8* 2* *Georg. II 457*

unde. A quibus. Terentius: [1*]

e praedónibus
Vnde émerat se audísse *ACR.*

unde p. f. e. d. Pro *a quibus* ut est illud Terentianum: E praedónibus Vnde émerat se audísse *POR.*

8. 9. *domus S. u.* Regia deorum, ut: [2*]
Panditur interea domus omnipotentis Olympi *ACR.*

9. 10. *tuque p. d. h.* Veritate orationis solutae melius quam equestribus i. e. metricis *ACR.*

tuque p. d. h. pr. Caes. Hoc est, soluta et ciuili oratione *POR.*

11. *ductaque per uias.* Victi enim reges in triumpho catenati ducebantur *ACR.*

13. *me dulcis d. m. Licymniae. Licymnia* aut uxor Maecenatis aut ipsius Horatii amica; *Dominae* autem ait adulescentum more qui amatas *dominas* uocant. Ordo est: Dulcis musa dominae Licymniae uoluit me dicere cantus et oculos lucide fulgentes et pectus bene fictum mutuis amoribus *ACR.*

14. *lucidum.* Nomen pro aduerbio, ut: [3*] sublime uolantes pro sublimiter, et: [4*] horrendum stridens pro horrende *ACR.*

15. *lucidum fulgentis oc.* Pro *lucide fulgentis,* ut Verg. ait: horrendum stridens pro horrende *POR.*

15. *mutuis.* Id est Alternis [et] iugalibus

16. *fidum.* Fidele, ut: [5*] fidus Achates It comes *ACR.*

et bene m. fidum p. a. Ordo est: *bene fidum* i. e. ualde fidum *POR.*

3 audisse aiebat *Med.* an. dicebat *COM. CR.* audisse *cod. Fabr.* 14 licinniae *cod.* lyciniae *Med. Fabr.* 16 adulescentum *more suo cod. et idem cum Med. et COM. CR.* dominae autem ait *om.* 19 *post* amoribus *libri statim adiungunt:* mutuis i. e. alternis (et) iugalibus 20. 21 *non repperi haec uerba sed* sublime uolans; *uide infra* 23 fulgentes *Fabr.* fulgentis *Med. Pat* 25 et *om. cod. Med.*

1* *Ter. Eunuch. I 2, 34 (114) Fleckeis.* 2* *Aen. X 1* 3* *Aen. X 662 (?)* 4* *Aen. VI 288* 5* *Aen. VI 158*

17. *quam n. f. p. d. ch.* Quam nec saltare dedecuit cum nitidis uirginibus i. e. non dedecuit illam iunctis brachiis cum nitidis uirginibus saltare in sacro die celebris Dianae. Natalis enim Dianae a uirginibus celebrabatur sicut Apollinis a pueris, ut ipse superius: [1*] Dianam tenerae dicite uirgines, Intonsum pueri dicite Cynthium *ACR.*

nec ferre pedem. Saltare. — *nec d. br.* Amplecti *POR.*

21. *num tu.* Ordo est numquid tu permutare uelis crine Licymniae, supple regna et bona quae tenuit diues Achaemenes aut mygdonias opes pinguis Phrygiae aut plenas domos Arabum, cum detorquet ceruicem ad flagrantia oscula aut negat facili saeuitia quae magis interdum gaudeat eripi, supple a poscente, interdum occupet rapere? *ACR.*

Achaemenes. Nomen regis Persarum. Lucanus: [2*]

achaemeneis decurrant Medica Susis *ACR.*

diues Achaemenes. Achaemenes rex Parthorum fuit *POR.*

22. *aut p. Ph.* Fertilis, ut: [3*]

Pinguibus hae terris habiles *ACR.*

mygdonias op. Mygdon rex Phrygiae *ACR.*

aut pinguis Phr. mygdo. o. A Mygdone rege qui Phrygiam tenuit *POR.*

23. *permutare u. c. Licymniae.* Sensus est: Num tu uelis accipere parthicas aut phrygias diuitias ut Licymniae fructum amittas? *POR.*

24. *plenas.* Diuitiarum scilicet, i. e., diuites. Et est hic sensus: Num potes tu regum opes Licimniae amori praeponere? *ACR.*

plenas aut A. d. Plenas pro opulentis dictum est *POR.*

25. *detorquet.* Flectit? Describit fastidium mulieris de-

1 dedeceret *cod.* dedecet *Med.* 6 int. p. d. Cynth. *om. cod. Med.* 7 uec durare brachia. I. e. saltare *sic Pat. Med. pro illis duobus scholiis* 12 gaudet *Fabr. Med.* gaudent *cod. in quo latet* gaudeat 15 decurrent *Fabr., om. cod. Med.; in eisdem est* fusis *ut etiam in COM. CR.* 22 lyciuiae *libri* 25 scilicet *cod. Med.* supple *Fabr.* 29 flectit *cod. Med.* inflectit *Fabr.*

1* *Hor. Carm. I 21, 1* 2* *Lucan. II 49* 3* *Georg. II 92*

torquentis se ab osculis amatoris i. e. cum flagrantibus osculis tuis ceruicem detorquet auertens se ut magis incitet, ut: 1*

Et fugit ad salices et se cupit ante uideri;

aut illud magis uolens intellegi quod ceruicem uertat ad oscula, designans quod aut facile irascatur aut facile blandiatur *ACR.*

dum flagrantia d. a. o. c. Magnifice depinxit fastidium mulieris auertentis se ab eo qui osculari se uelit; quod ideo facere solent ut irritent amantibus desiderium sui. *Flagrantia* ergo oscula maiora intellegamus h. e. ex desiderio mulieris ardentia oscula, quae oscula scilicet uelit sibi a poscente extorqueri *POR.*

26. *aut facili s. n.* Quid est facilis saeuitia, utrum quae facile nascitur an quae facile mollitur? *POR.*

27. *gaudeat eripi.* Artem meretriciam designat, cum uelut irata aut negat amatori oscula aut interdum ultro expetit sic satis faciens indignanti, ut Terentius: 2*

Nólunt ubi uelís, ubi nolis cúpiunt ultro *ACR.*

28. *interdum rapere occupet.* Ipsa rapere occupet irascenti amatori iam satisfacere cupiens. Et totum hoc mira energia expressum est *POR.*

CARMEN II 13.

Ille et nefasto. Execratur arborem cuius casu in agro suo sabino paene periclitatus est funestam eam et insitorem eius dicens. Et ordo est: Arbor, ille quicumque produxit te primum, in nepotum perniciem et obprobrium pagi posuit te et nefasto die et sacrilega manu *ACR.*

4 *postremam scholii partem inde a uerbis* aut illud *dubito num genuina sit* 14 nascitur *Med. Pat.* irascitur *Fabr.* 19 occupet *libri nostri, non* occupat ipsa *addidi ex Med. Pat.* 25 obprobrium *scripsi ex cod. Med.* oppr. *Fabr.* 25. 26 posuit te et *cod.* posuit *Fabr.* posuit &c. nephasto *sic Med. ut a* nephasto *nouum schol. male incipiat*

1* *Bucol. III 65* 2* *Ter. Eunuch. IIII 743 (813) Fleckeis.*

Ille et n. t. p. d. Hac ode exsecratur arborem in sabino agello suo quod super deambulantem se decidit ac paene oppressit. *Nefasto* autem non fasto et abominando *POR.*

2. 3. *et sacrilega m. p. arbos.* Vocatiuo casu accipe *arbos,* hoc est o arbos *POR.*

3. *in nep. p.* Nepotes pro posteris posuit *ACR.*

4. *obprob. p.* Tamquam ad totius pagi uel ad totius regionis pertineret infamiam, si famosus ager morte domini sui fuisset *ACR.*

obprob. p. Ait quasi ad illius regionis infamiam arborem se, suum scilicet dominum paene oppressisse *POR.*

6. *fregisse.* Nouo uerbo exsecratus est parricidam *ACR.*

et penetralia. Domus secreta in quibus hospes fuisset occisus et foedus hospitale uiolatum tamquam minus esset si homicidium diceret perpetratum *ACR.*

et penetralia s. n. cr. h. Hospitis sui penetralia cruore sparsisse, hoc est, hospitem in domo sua interfecisse *POR.*

8. *uenena colchica.* Species pro genere. Colchos enim Scythiae ciuitas est, ex qua Medea fuit uenenis et magica arte potens *ACR.*

ille uenena colchica. Colchica, inquit, quia Medea Colchis fuit, quam summam ueneficam fuisse historiae Graecorum tradunt *POR.*

13. *quid q. u.* Sententia qua dicit improuidas hominum

5 *post* arbos *sic pergunt Med. Pat.:* arbos nel quasi ad illius regionis infamiam arborem suum s. dominnm oppressisse. *Fabr. sic:* qnasi a. ill. reg. inf. arb. suum dom. ait oppr. *Equidem audacius hinc nouum schol. restituendum iudicaui; uide us. 4* 6 *hoc schol. om. cod.* 7 pagi — regionis *om. Med.* 10 *uidetur inter hoc schol. et quod praecedit lacuna statuenda; sed satius duxi quoquo modo ita restituere ut certe legi posset* 13 *schol. hoc quale in libris inueni intactum reliqui; meliora certe sunt quae in COM. CR. leguntur haec:* ... in quibus hospite necato ius (*apud Acr. fort.* foede ius *pro* foedus) hospitale fuisset uiolatum; minus autem diceret si homicidium diceret illic perpetratum quia ins hospitii uiolare pro maximo crimine habebatur maximoque supplicio luebatur quod Iuppiter praeceperat illud in primis seruari 18 specialem prouinciam posuit pro generali crimine *libri.* species pro genere *COM. CR. Item scribere fort. debebam* Colchis enim Scythiae prouincia est; *nam* Colchos ciuitas *uix reperiatur*

mentes nulla fatis obuiare cautela nec metuere periculum nisi cui sit proximum et tamen multos improuisis opprimi periculis *ACR.*

nauita Bosporum. Aut Bosporum pro quolibet freto dixit aut Poenum pro quolibet nauta; multum enim diuisus est Poenus a Bosporo; Bosporus enim ponti sunt fauces ubi propter angustias assidua naufragia sunt; nomen autem dicitur accepisse inde quod in bouem Io mutata transierit, quasi *βοὸς πόρος ACR.*

nauita Bosporum P. p. His et quae subiecta sunt significat unumquemque hominum non fere periculum timere nisi cum proximum sit; uerumtamen plerumque ex improuiso mala inopinata interuenire atque opprimere; [*in horas nauita Bosporum Poenus perhorrescit;*] *Bosporus* fauces pontici maris unde longissima in Africam nauigatio sit, quod ita poenus nauita eum perhorrescat. Hunc Bosporum pro quolibet freto posuit; freta autem angusta maria et concitata sunt. Omnia autem freta a feruore dicta existimantur *POR.*

17. *et celerem f.* Fugientes enim Parthi sagittis uehementiores sunt. Vergilius: [1*]

aut missam Parthi post terga sagittam *ACR.*

20. *uis.* Violentia, inexorabilitas; dum quisque timet hoc aut illud rapitur saeua morte *ACR.*

21. *quam p. f. r. P.* Ac si diceret: paruo interstitio retenti sumus. *Furua* mystico nomine dicebatur Proserpina, aut *furuae,* flauae matronymicon, ut: [2*] flaua Ceres. Alii uolunt *furuae* ut nigrae positum, unde et *furta* putant dicta, quia committuntur in obscuro *ACR.*

2 cui sit *libri.* cum fuerit *COM. CR.* cum sit *correxi; idem proponit Suring. l. l. p. 136* 3 Bosphorum *libri, sed scripsi* Bosporum *propterea quod etiam in fine scholii βοοςφόρος corruptum est ex βοὸς πόρος; idem sensit F. Ritterus.* (*Aliter rem enarrat COM. CR.*) 10 Bosph. *per* ph *libri* 12 cum proximus sit *Med.* cum proximis s. *Pat.* cum ei proximus s. *Fabr.* 13 *uerba inclusa habet Med. Pat.* In horas enim Bosphorum P. p. *Fabr.* 14 Bosphori autem fauces *Fabr.* Bosphorum fauces *Med. Pat.* ponti maris *Med. Pat.* 21 *talem locum apud Verg. non repperi; scribendum uidetur:* Lucanus: et missa P. p. t. sagitta *(I 230)* 26 patronomicon *Med.* matronomicum *cod.* 27 ut *ipse addidi*

1* *Lucan. I 230 (?)* 2* *Verg. Georg. I 96*

quam paene f. r. P. *Furua* nigra significat; unde *furta* putant dicta quod per nigriores aeris tenebras maxime fiant *POR.*

22. *et iudicantem u. Ae.* Aeacus Achillis auus, qui pro iustitiae bono etiam apud inferos iudicium meruisse perhibetur, unde et Iuuenalis: [1*] q u a s t o r q u e a t u m b r a s A e a c u s *ACR.*

23. *sedesque discretas p.* Elysias, ut Vergilius: [2*]

s e d a m o e n a p i o r u m
C o n c i l i a E l y s i u m q u e c o l o

ut ostenderet se paene inferos imminente uidisse periculo. *Discretas* i. e. separatas *ACR.*

sedesq. discretas p. *Discretas* i. e. separatas. Piorum autem sedes Elysios campos dicit quos separatos aiunt a ceteris locis inferorum *POR.*

24. 25. *aeoliis f. q. Sappho.* Sappho poetria de Aeolia fuit et ea dialecto in carminibus suis usa quam chordarum significatione commemorat. Querebatur autem Sappho de puellis suis ciuibus quod non amarent quem ipsa diligebat. Ordo est: Et quam paene uidimus Sappho aeoliis fidibus querentem de popularibus puellis *ACR.*

aeol. f. q. S. p. d. p. *Aeoliis fidibus* inquit quia Sappho aeolica dialecto in suis carminibus usa est. Queritur autem Sappho de puellis ciuibus suis quod Phaonem non ament quem ipsa diligebat amens *POR.*

26. *et t. s. p. a. A. p.* Alcaeus nomen poetae est lyrici a quo et metrum Alcaicum dictum est. Ordo est: Et paene

2 nigrorem *Med.* nigriorem *Pat.* tenebrae *Med. Pat.* 4 Aeacus Ach. auus *cod.* Ach. auus *Med.* Ach. auum *Fabr.* 12 discretas i. e. sep. *in nouo schol. ponit Fabr. Med., om. cod.* 16 poeta *cod. Med.* 17 ea *om. cod. Med., in eisdem paulo post* ciuilibus *pro* ciuibus 23 aeolide *Med. Pat.* aeolica *Fabr.* 24 odeu n. ameut quam *libri. Non dubito quin unus COM. CR. ueram scripturam seruarit in uoce* Phaonem *quam ignorantes scholiastae scribaeue aut omisisse (ut fort. apud Acronem) aut male mutasse putandi sunt. Cfr. Suring. l. l. p. 137, ubi facile intellegitur nostram sententiam ueram esse; in cod. Leidensi enim est:* eundem puerum *pro* oden, *in Franekerano* Oden puerum

1* *Iuuen. I 9* 2* *Aen. V 734*

uidimus te Alcaee plenius sonantem plectro aureo dura mala nauis et dura mala fugae et dura mala belli. *Aureo* autem *plectro* propter celebritatem carminis dixit *ACR.*

et te s. p. a. A. p. Plenius inquit sonantem quia Alcaeus robustior est, i. e. bellicas res scripsit et nauigationem suam cum a tyrannis mitylenensibus pulsus est. *Aureo* autem *plectro* propter dignitatem carminis dixit *POR.*

29. *utrumque.* Aut Sappho et Aecaeum aut fugam et pugnas aut certe carmina quae sic sancta sunt ut adyti alícuius putarentur digna secreto *ACR.*

utrumque d. s. s. m. u. d. *Vtrumque* ad Sappho et ad Alcaeum refert *POR.*

digna silentio. Id est, et suae nauigationis mala et fugae et belli audiuit eum plenius sonantem; qui res bellicas et nauigationem suam scripsit dum a Pittaco tyranno ciuitatis suae pulsus esset eo quod Mitylenensibus amorem libertatis suaderet, quos postea collecto exercitu superauit *ACR.*

32. *densum h.* Stipatum ad audiendum pugnas compositas, ut:[1*]

h a e r e t p e d e p e s d e n s u s q u e u i r o u i r.

Ordo est: Sed uulgus densum humeris magis bibit aure pugnas et exactos tyrannos. *Exactos* aut amore libertatis expulsos tyrannos aut facilitatem Alcaei expressit, ut ille carmina dulcissima fudisse uideretur. *Bibit,* auide audit *ACR.*

densum h. b. a. u. Mulitudinem significat umbrarum

4 Alcaee dura nauis plectro *in lemmate Pat. Med.* 5 robustiores i. e. bellicas *legi uult Suring. l. l. p. 138; quod idem paulo post addit* cum *exhibent Pat. Med.* 8 *hoc schol. cod. in seq. schol. post* carminis dixit *addit; item Med., quae tamen nostro loco praeterea habet:* utrumque. Id est omnia supra dicta 11 *lemma om. Fabr. et* utrumque *pro lemmate ponit* 17 *post* superauit *in cod. secuntur haec:* aureo autem plectro propter celeritatem (*scr.* celebr.) carminis dixit, *quae reposui ad uers. 26. In Med. et Fabr. haec:* Plenius] fortius. — Aureo] meliore aut aureo plectro propter celebr. carm. dixit. *Ceterum ordinem perturbatissimum in integrum restituere non potui* 18 pugnam compositos *cod. ut nos Med. Fabr.* 22 *quae post* tyrannos *extant in duo noua schol. diuisit Fabr. Vt nos cod. Med.* 25 signat *Fabr. s. Med. Pat.* significat *correxi*

1* *Aen. X 360*

ad audiendum conuenientium. *Bibit* autem *aure*, cupidissime audit significat *POR.*

33. *quid mirum.* Sensus est: Non mirandum si illum umbrae libenter audiunt cum Cerberus et angues Eumenidum stupeant admiratione carminis illius *POR.*

34. *belua centiceps.* Cerberum dixit propter multitudinem anguium qui in capite eius eminebant. Finitum numerum pro infinito posuit, ut: 1* tibi nomina mille.
Ostendit autem non immerito populos delectatos, dum Cerberus carminis potuerit amoenitate mulceri *ACR.*

belua centiceps. Cerberum dicit, et propter multitudinem anguium qui ex eo eminent *centiceps* recte dicitur *POR.*

36. *recreantur a.* Delectantur. Nam est animal anguis auditus capax mali et boni, ut: 2*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis *ACR.*

37. *quin et Prom.* Prometheus raptor per ferulam ignis diuini uulturis pastum dum carminis oblectatione teneretur oblitus est. Iapetus et Tantalus pro criminibus damnati poenarum requiem apud inferos habuisse carminum delectatione a poeta firmantur. Virg.: 3*

Quin ipsae stupuere domus atque intima leti
Tartara *ACR.*

et Pelopis parens. Tantalus scilicet *POR.*

38. *dulci laborum d. s.* Figura *decipitur laborum* pro eo quod est: fallitur in laboribus et sensum laboris amittit dum carminibus delectatur *ACR.*

laborum dicipitur sono. Audax figura *laborum decipere;* uult enim intellegi audienti illi sensum laboris auferri *POR.*

39. *nec curat Orion l.* Orion uenator fuisse narratur. Huius umbram dicit uenationi carmina praeferre, uigentem eodem apud inferos studio quod habuerat in uita, ut Verg.: 4*

8 bellua *hic libri* 12 Cerberum dicit. Propter *libri.* Cerb. d. qui propter *coni. Suring. l. l. p. 139. Nos* et *addidimus* 13 emanant *libri.* eminent *Suring. l. l. p. 139* 22 quin *libri.* atqui *COM. CR.* 28 laborum decipere *in lem. Med. Pat. et paulo post* labore decipere *Pat.* 31. 32 uigentem ibi *libri.* uig. *COM. CR.* uig. eodem *ipse temptaui*

1* *Aen. VIII 337* 2* *Bucol. VIII 71* 3* *Georg. IIII 480* 4* *Aen. VI 654*

quae cura nitentes
Pascere equos eadem sequitur tellure repostos *ACR.*

nec curat Orion. Iam dicit Orionem uocari a propriis uenandi uoluptatibus. Agitare ergo lyncas ac per hoc insequi significat *POR.*

40. *lyncas.* Id est, dammas, ut:[1*]

Quid lynces Bacchi uariae *ACR.*

CARMEN II 14.

Eheu fugaces. Praemisso doloris affectu ad Postumum queritur de uitae breuitate, quod nullus iustitia uel pietate mortem possit euadere nec imminentem horam quantumcumque differre et dicit superuacue timeri quod non potest euitari *ACR.*

Eheu f. Postume P. l. a. Ad Postumum hac ode loquitur de celeritate currentis uitae *POR.*

4. *indomitaeque m.* Quasi ferocissimae a qua nemo exoret indulgentiam, sicut et illacribabilem subiunxit Plutonem *ACR.*

indomitaeq. m. Indomitae quasi ferocissimae, quia nemo ab ea beniuolentiam et indulgentiam exorat; sic et illacrimabilem Plutone statim subicit *POR.*

5. *non si tricenis q. e. d.* Per menses singulos i. e. cotidie. Dixit autem *eunt* pro mortalitatis dolore, quasi fluunt et pereunt *ACR.*

6. *illacrimabilem.* Durum implacabilem qui nulla hostia nec si diurna sit placari possit. Dicit autem praesentia pericula magnopere homines uitare cupere cum nulla ratione possint mortem uitare *ACR.*

4 agitare ergo ac per hoc sequi significat *Med. Pat.* 8 Posthumum *Fabr. Med.* Postum. *cod.* 10 horam quantumcumq. *cod.* horam mora quantacunq. *Fabr.* horam *Med.* 13 Postume *Med. Pat.* Posth. *Fabr.* 16 subiunxit *cod.* subiungit *Edd.* 19 beniuolentiam *Med. Pat.* beneuol. *Fabr.* 21. 22 cotidie *cod.* quotidie *Edd.*

1* *Georg. III 264*

7. 8. *qui ter a. Geryonem.* Hoc est, trino corpore monstruosum quem Hercules interemit. Verg.:[1*]

[laurentia postquam]

Geryone extincto Tirynthius attigit arua

et:[2*] Tergemini nece Geryonis. Ordo est: qui compescit ter amplum Geryonem et Tityon tristi unda i. e. inferna, omnibus scilicet enauiganda quicumque uescimur terrae munere siue erimus reges siue erimus inopes coloni *ACR.*

qui ter a. Geryonem. *Ter amplum* pro trimembri dixit, et accipiendum hic extrinsecus *quamuis,* ut sit: quamuis ter amplum *POR.*

10. *quicumq. t. m. u.* Pro: quicumque uiuimus *POR.*

11. *enauiganda.* Id est, moriendum est, ut:[3*]

Nauita sed tristis nunc hos nunc accipit illos *ACR.*

12. *inopes.* Pauperes quasi praeter opes dicit *ACR.*

coloni. Optime dixit quasi nil proprium habentes sed temporales terrae cultores *ACR.*

13. *frustra cr. M. c.* Hoc est, frustra uitamus pugnas et nauigationes et pestiferum timemus auctumnum cum necesse sit omnibus mori *ACR.*

frustra c. M. c. Praesentia pericula magnopere uitare cupimus cum nulla ratione mortem effugere possimus *POR.*

14. *fractisque r. fl. Hadr.* Tempestuosis; Vergil.:[4*]

quibus omnis ab alto

Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.

Vnde et raucum sonum fracta reddit unda in scopulos *ACR.*

fractisq. r. fl. Hadr. *Fractis* pro illisis dicitur *POR.*

rauci. Tempestuosi sonori, ut Vergilius:[5*]

Iam rauca assiduo longe sale saxa sonabant *ACR.*

3 *uerba inclusa om. cod. Med.; apud Verg. sic uers. exit:* postquam laurentia uictor 4 Gerione *cod.* Geryone *Med. Fabr.* Tyrinthius *cod. Med.* 5 Geryonis (*s.* gerionis) *libri.* Gerionae *apud Vergilium* 9 Geryonem *Fabr.* gerionem *Med.-Pal.* 12 carebimus *pro* uiuimus *Med. Pal.* 13 id est *om. cod. Med.* 15 dicit *cod. Med.* dicti *Fabr.* 23 tempestuosis *om. cod.*

1* *Aen. VII 662* 2* *Aen. VIII 202* 3* *Aen. VI 315* 4* *Aen. I 160* 5* *Aen. V 866*

16. ***metuemus Austrum.*** Austro enim flante morbi generantur auctumno, unde et Iuuenalis: [1*] iam letifero cedente pruinis Auctumno *ACR.*

17. ***uisendus ater.*** Id est, uidebimus [ergo] damnatorum umbras quas uidentes beati praetereunt, at quibus scelerati iunguntur *ACR.*

languido. Tristi uel deformi pigro, ut: [2*]

tristique palus inamabilis unda *ACR.*

28. *Cocytus errans.* Flexuosus, ut: [3*]

Cocytusque sinu labens circumuenit atro *ACR.*

19. *infame.* Famosum a facti crimine; Danai enim filiae una nocte iussu patris occiderunt maritos, unde Vergil.: [4*] una sub nocte iugali Caesa manus iuuenum. Vnde pro ultione commissi criminis apud inferos urnis fractis aquam indefessae perhibentur haurire *ACR.*

19. 20. *damnatusq. l. S. Aeol. l. Damnatus laboris* dixit, ut: damnatus capitis uel iniuriarum. Haec autem poena manere apud inferos Sisyphum dicitur ut saxum contra montis uerticem uoluat, quo semper relapso finem numquam meretur laboris; de quo Vergil.: [5*]

Saxum ingens uoluunt alii

Pro hoc tamen flagitio tali poena perculsus est, quia Aeginam Aesopi filiam Iuppiter adamauit eamque custodiae patris furtim surripuit et factum Sisypho confessus est; ille humana leuitate quaerenti eam patri prodidit. Hinc tali apud inferos poena damnatus est *ACR.*

damnatusq. l. S. A. l. Damnatus laboris sic dicitur ut capitis damnatus *POR.*

2 iam letifero auctumno cedente pruinis *cod. Med.* 5 aut *libri.* at *ipse temptaui; cfr. COM. CR.* 8 tristique p. inamabilis unda *cod.* tristiq. p. innabilis unda *Med. Fabr.* tardaque palus inamabilis unda *apud Vergil.* 10 Cocytique *cod. Med.* circumuenit *cod. Med.* circumfluit *Fabr.* 14 commissi *om. Med.* criminis *om. cod.* 18 aput *haud raro cod.* 22 percussus *Fabr.* perculsus *cod. Med.* 25 cum tacere non posset *ex COM. CR. post* leuitate *uocem inserenda esse putat Suring. l. l. p. 144*

1* *Iuuen. IIII 56* 2* *Georg. IIII 478* 3* *Aen. VI 132* 4* *Aen. X 496* 5* *Aen. VI 616*

21. *linquenda.* A morientibus scilicet quia etiam dulces relinquant affectus *ACR.*

22. *neque harum.* Ordo est: neque ulla arborum harum quas colis sequetur te breuem dominum praeter inuisas cupressos i. e. rogis et luctibus consecratas. Verg.: [1*] et ferales aute cupressos Constituunt *ACR.*

23. *praeter inuisas cupr.* *Inuisas* inquit quia funeribus cupressus adhibetur *POR.*

24. *breuem dom.* Id est, parui temporis, ut: [2*] breue lilium *ACR.*

breuem dom. Id est, breuis uitae *POR.*

25. *absumet heres.* Haec cum inuectione dicuntur in eos qui nimia parsimonia conseruant quae prodigi heredes absumunt; ut Iuuenalis: [3*]

Vt locuples moriatur egens *ACR.*

absumet h. C. d. s. c. cl. Haec cum inuectione dicuntur corripienti eum quod ad nimiam parsimoniam se constringat, adseruans quo heres prodige sit abusurus *POR.*

26. 27. *mero tinguet p. s.* Solum promptuarii h. e. perfundet pauimentum neglegens heres uino deorum conuiuiis digno *ACR.*

superbo. Pro: ipse superbus. Hypallage figura *ACR.*

et m. tinguet p. s. Effusurum eum passim uina significat, quae hic magnopero seruauerat reclusa. *Superbo* autem *pauimento* pro: ipse superbus *POR.*

---

4 *post* dominum *Med. add.* i. e. parui temporis *contra sequens schol. om. Vtrumque om. cod.* 11 breuem autem dom. *Med. Pat. ut hoc schol. cum eo quod praecedit cohaereat* 15 *ut nos libri.* ut locuples moriatur egentis *COM. CR.* ut l. moriaris egentis *Iuuen. apud Iahntum quem hic locus fugisse uidetur* 17 *pro* corripienti *fort. scrib.* corripit enim. '*corrige* corripientis' *Ritterus; noli obsequi* 18 q. h. p. s. abusurus *Med. Pat.* quod h. p. s. abusurus *schol. cod. Leidensis apud Suring. l. l. p. 144.* quod h. p. s. absumpturus *Fabr.* quo — abus. *scripsi. Fort. etiam pro* adseruans *scrib.* seruans *ut* ad *ex ultima antecedentis uerbi syll. ortum credatur;* '*lege* adseuerans' *Ritterus falso, opinor* 19 tinget *cod. Med.* 23 tingit *Fabr.* tinget *Med. Pat.*

1* *Aen. VI 216* 2* *Hor. Carm. I 36, 16* 3* *Iuuen. XIIII 137*

CARMEN II 15.

Iam pauca. Antiquorum hic seueritatem et continentiam laudat et queritur de praesentis luxuria saeculi quo tanta aedificandi inuasit libido ut aedificia latius porrigendo uel captando amoenitates aspectus breui agros dicat arationibus defuturos *ACR.*

Iam p. a. i. Hac ode de luxuria praesentis saeculi loquitur. Sensus est autem: Tanta libido est hoc tempore latius porrigendi aedificia ut breui defuturi sint agri *POR.*

2. *undique l.* Non *latius extenta* sed *latius uisentur,* tamquam non in latitudinem sed in altitudinem potius extenderentur porrigendo fastigia ut lucrinus Baiarum lacus undique conspiceretur *ACR.*

undique latius u. e. l. s. l. Non tantum in altitudinem sed etiam in latitudinem student porrigere aedificia; denique undique lacus lucrinus prospicietur in Campania. Non autem *latius extenta stagna* intellegendum sed *latius uisentur POR.*

4. 5. *platanusque caelebs e. u.* Plures erunt inquit platani quam ulmi. *Platani* sine fructu sunt, magis ad amoenitatem deambulationis positae; *ulmi* utiles uitibus et necessariae sunt. Hinc notat luxum praesentis temporis eo quod myrtus aut uiolaria anteferantur oliuetis, plusque odorum copia quam fructus curentur. *Caelebs* autem, uitibus uidua; ideo oliuetum dixit *fertile priori domino* quia praesenti solam posuerat sterilitatem placere *ACR.*

platanusque cael. e. u. Caelibem platanum ait eleganter, quoniam e contrario maritari arbores dicuntur quibus uites iunguntur; per hoc autem significat non nisi luxuriae et ambi-

4 amoenitatis *cod. Med. (fort. scr.* amoenitatis aspectum *cum COM. CR.)* 10 studeretur *pro* extenderentur *cod. Med. fort. recte; an scrib. erit* studerent porrigere fastigia? 18 Platani quae *et paulo post* quia ulmi *Fabr.* quae *et* quia ulmi *cod. Med. Nos* quae *et* quia *expulimus ne loco scabritiem (fortasse etiam altius insidentem) relinqueremus* 20 uel quod *libri.* eo quod *ipsi temptauimus* 23 fertilitatem *pro* steril. *Med. Pat.* 25 caelebs *Med. Pat.* coelebs *Fabr. (Apud Acronem* celebs *cod.* caelebs *Med.)*

tiosis uoluptatibus studeri. Platanus autem in ambulacris conseritur, unde fructus nullus est *POR.*

6. *copia narium.* Odorem dixit *POR.*

7. *oliuetis.* Hoc est: ubi oliueta fuerunt. Significat autem futurum, ut oleae arbores uertantur ad conserendas ibi myrtos et uiolas et cetera quae sunt odori et uoluptati grata *POR.*

8. *fertilibus d. p.* Quae olíueta sub priore domino i. e. sub prioribus temporibus colebantur et idcirco fertilia erant *POR.*

9. *tum spissa r. l.* Infructuosa etiam laurus aut ad excludendos umbra sua solis ardores posita aut certe quia ideo in uiridariis instituebatur quod feruidis ictibus fulminum credebatur esse contraria *ACR.*

tum spissa ramis l. f. exc. i. Et *laurea* arbos infructuosa est et tantum uoluptuosis locis apta *POR.*

10. *excludet ictus.* Contra maiorum laboriosam frugalemque uitam Romuli uel Catonis dixit luxum praesentem *ACR.*

11. *praescriptum.* Praeceptum, a magistris ludi tractum qui praescripta dant pueris quae imitentur. *Intonsi* autem ideo, quia dicebant iniuriam naturae fieri si quod tegumento capitis datum fuerat amputaretur, unde et Lucanus:[1*]

I n s t o n s u s r i g i d a m i n f r o n t e m d e s c e n d e r e c a n o s
P a s s u s e r a t *ACR.*

non ita R. pr. e. i. C. a. u. n. Praescriptum praeceptum. Dicitur a magistris ludi qui scripta pueris dant praecipiuntque

3 luxus odorum *COM. CR. pro* odorum dixit 5 conseruandas *Med. Pat.* 6 quae sunt odores uoluptarii *Pat.* quae s. odori et uoluptati *Med., ut nos Fabr.* 8 que olíueta *Pat.* quae olim uera *Med. Fabr. (Ceterum hoc scholion Med. et Pat. post schol. ad uers. 12 exhibent et in eisdem sequitur:* tum spissa *etc.)* 11 *uide num sic potius scribendum sit* laurus. Spissa autem aut *etc.* 20 pueris *om. cod. Med.* 22 amputaretur *cod Med.* amputetur *Fabr.* 25 *in Fabr. pro hoc uno scholio quod ex Med. et Pat. ad uerbum dedimus male tria facta sunt:* non ita R. praesc.] Praescriptum ... imitari. *Deinde:* et intonsi C.] Int. Cat. ... erant. *Denique:* ueterumq. norma] Normam p. r. dixit *post lemma sic pergit Fabr.:* praescriptum, praeceptum dicitur a magistris ludi, qui *quam interpungendi rationem non ueram esse Acronis schol. docet et uidit Ritterus*

1* *Lucan. II 375*

imitari. *Intonsum* autem Catonem ait, quia ueteres propter seueritatem hirsuti erant. *Normam* pro regula dixit *POR.*

12. *norma.* Pro recta uitae uia posuit. Metaphora a fabris qui normam uocant ad quam opus dirigunt *ACR.*

13. *priuatus illis c. e. b. c. m.* Id est, familiarem rem angustam habebant, rem publicam magnam *POR.*

comm. magnum. Communis res magna erat illis, ut: in c o m m u n e b o n u m *ACR.*

14. 15. *nulla decempedis.* Decempeda regula est decem pedum ad quam ab artificibus fabricae mensura colligitur; id est: nulla priuata domus erat quae porticum haberet tantae magnitudinis, ut posset sufficere umbrae sole uicino septemtrionali plagae, [tunc enim paruissimae sunt umbrae;] nam hiemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius *ACR.*

nulla decempedis. Nemo inquit priuatam domum aedificans decempedis porticum septemtrioni obiectam metabatur. Septemtrioni autem obiecta porticus aestate delicatioribus grata est quia solem non contingit *POR.*

15. *metata.* Mensurata disposita; nam metari dicebantur castra, h. e., magna cura ducum peritiaque constitui. Quod augmentum luxus aedificio priuato dedit ut *metari porticum* diceret *ACR.*

16. *excipiebat Arcton.* Quae tanta esset porticus ut septemtrionali plagae sufficeret sua magnitudine et ad hanc tantum pateret pro declinatione solis et aurae exemptione. Ad caeli enim clima seu porticus ueteres seu aedificia constituebant, unde et Iuuenalis de aedificio hiemali: [1*]

e t a l g e n t e m r a p i a t c e n a t i o s o l e m *ACR.*

17. *nec fortuitum s. cesp.* Id est, non licebat neglectum horrere aut ridere eum qui super herbam recumberet aut dormiret. Per quod significat simplicem ac sine ambitu uitam

13 *uerba inclusa non sunt genuina* 15 radiis *cod. Med.* 19 *fort. scrib.* sol eam non contingit *pro* solem non c. 26 exceptione *Fabr.* exemptione *cod. et Med. (in qua praeterea hoc scholion cum antecedenti sedem mutauit)* 28 decembri hiemali *(sic) cod. Med.* de aed. h. *Fabr.* 29 cenatio *cod.* caenatio *Med.* coenatio *Fabr.* *(et sic in hac uoce ubique)* 31 rideri *libri*

1* *Iuuen. VII 183*

ueteribus Romanis fuisse nec magna cura priuatas opes curasse dum studium omne publico ornatui impenderetur et templis *ACR.*

nec fortuitum s. c. l. s. Sensus et ordo est hic: nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum i. e. non licebat irridere eum qui super stipulam recumberet aut dormiret; propter quod significat simplicem ac sine ambitione uitam ueteribus Romanis fuisse *POR.*

18—20. *oppida p. sumptu i. e. d. t. n. decorare s.* Hoc est: opera templorum in oppidis publico sumptu iubentes aedificari. Est ergo hic figura s. schema quod *ἓν διὰ δυοῖν* dicimus; unum in duos sensus diuisit; *oppida* enim et *deorum templa* pro eo quod est oppidorum templa *POR.*

CARMEN II 16.

Otium d. r. Hac ode indicat otium nemini non gratum esse atque optabile asseritque a dis stulte homines otium precari cum ipsi sibi id praestare possint si cupiditatibus modus ponatur; nullis praeterea diuitiis aut praemiis emi posse. Ordo est: Grosphe, simul atra nubes condidit lunam neque sidera fulgent certa nautis prensus in patenti Aegaeo rogat diuos otium non uenale gemmis neque auro neque purpura *ACR.*

Otium d. r. i. pat. Ae. Hac ode Grosphum equitem romanum alloquitur siciliensem indicans nemini non otium gratum esse atque optabile *POR.*

Otium d. r. i. p. prensus Ae. Dicit omnes stulte a dis otium optare cum ipsi illud sibi praestare possint quippe cum

3 ordo est: Hic nec *male interpunxit Fabr.* 6 aut sine *libri* 9 opera templorum *uerba num latina sint dubito* 10. 11 *ενδιαδυο Pat. ενδιαδυς Med. ἐνδιαδύς Fabr.* (*ἓν διὰ δυοῖν Auctar. COM. CR.* (*in quo eodem est:* Est graeca figura, quod — dicimus) 13 otium *Med.* ocium *cod. Fabr.* 17 simul ut *cod. COM. CR.* 18 praehensus *Med.* p̄nsus *cod.* prsensus *Fabr.* 21 otium *Pat.* ocium *Med. Fabr.* 24 in patenti praensus Ae. *est lemma in Fabr.* p̄ssus *Med.* pressus *Pat.* (impateuti *in eisdem*)

nullis praemiis ematur. Non enim, inquit, diuitiae aut honor prosunt cuiquam quo minus inquietam sollicitudinis mentem patiatur *POR.*

1. 2. *patenti Aegaeo.* Lato mari et ubique diffuso sine litoris alicuius aspectu. Bene *prensus* tamquam furtum nauigans faciat insidiatus sereno. *Aegaeum* autem mare ab Aegaeo Thesei patre dictum *ACR.*

3. 4. *certa sidera.* Nota aut certe fidelia quorum claritudo pernox sit ut merito eis credatur i. e. septemtrio, unde et Lucanus:[1*]

miseros fallentia nautas
Sidera non sequimur sed quae non mergitur undis
Arctos *ACR.*

5. *otium b. f.* Optabile etiam bellicosis nationibus otium dicit *ACR.*

6. *pharetra decori.* Quia sagittarum usu et armorum splendore decori sunt Persae *ACR.*

7. *non gemmis.* Otium naturale animi affirmat bonum, quod nullis possit diuitiis [uel honorum potestate] comparari *ACR.*

9. *gazae.* Diuitiae, ut:[2*] troia gaza per undas. Sensus uero est, quod non diuitiae homines ab inquietudine excusent sed quies et electa mediocritas. Ordo est: Non enim gazae neque consularis lictor submouet miseros tumultus mentis et curas uolantes circum laqueata tecta *ACR.*

10. *lictor.* Lictorem pro dignitate posuit et honore qui otium denegat *ACR.*

9 septemptrio *cod. ubique* 11 *locus lucaneus sic est in libris ut scripsimus; in Lucani edd. sic exhibetur:* ... sed qui non mergitur undis Axis inocciduus *etc.* 18 *addito lemmate* non gemmis *hoc schol. a priore seiunximus* 19 nel honorum potestate *om. cod. Med.* nel honorum splendore potestateue *melius certe COM. CR. quamquam uel sic interpretatio falsa est* 22 Hoc uero est *cod. Med.* 23 excusent *libri.* liberent *COM. CR. (Sane* excusare aliq. ab aliq. re = liberare *uix nisi apud Vlpianum* (Dig. XXVII 1, 9) *repperias)* quies et *quoniam non habui quo probabiliter emendarem intactum reliqui; fort. unci exhibendi erant*

1* *Lucan. VIII 175* 2* *Aen. I 119*

10—12. *miseros tumultus mentis.* Non alibi grauiores curas esse quam ubi maiores sunt opes demonstrat. *Volantes* autem dixit discurrentes, *laqueata tecta* sicut lacunaria Verg.:[1*]
Atque animum celerem nunc huc nunc diuidit illuc
In partesque rapit uarias perque omnia uersat
Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis —
Omnia peruolitat late loca iamque per auras
Erigitur summique ferit laquearia tecti.
Laquearia autem dicuntur opera camerae in lacus collectae; Verg.:[2*] dependent lychni laquearibus aureis *ACR.*

et curas l. c. t. u. Ostendit non alibi grauiores curas esse quam ubi maiores opes sunt *POR.*

13. *uiuitur p. b.* Paupertate sola beate approbat uiui; Lucanus:[3*] O uitae tuta facultas Pauperis angustique lares *ACR.*

14. *salinum.* Pro quocumque uase posuit fictili mensae pauperis; proprie tamen *salinum* est patella in qua dis primitiae cum sale offerebantur *ACR.*

cui p. sp. i. m. t. s. *In mensa tenui,* hoc est, in paupere. *Salinum* patella in qua primitiae dis cum sale dantur; sed nunc pro uasculo domestico salis dixit. Dicit autem bene uiui in paupertate quia paterna re familiari contentus uictum non abhorret *POR.*

15. *timor a. cupido.* *Cupido* pro auaritia dictus, ut et timor pro custodia census. Iuuenalis:[4*]
misera est magni custodia census *ACR.*

1 *totum hoc schol. ex cod. descripsimus praeterquam quod post* laqueata *addidimus* tecta; *cum cod. consentit Med. paucis exceptis quae infra posui. Male tria scholia constituit Fabr. quorum alterum est:* Circum uolantes] Volantes curas dixit discurrentes, sicut Verg. *cum duobus prioribus Verg. uersibus; tertium:* laqueata tecta] Lacunaria. Verg. Summique etc. 4 nunc hnc celerem *apud Verg. uulgo* 6 *post* aenis *unus uersus Vergilianus omissus est* 7 iamque p. a. *om. Med.* 9 opera *Fabr.* opaca *cod. Med.* (*et* lacu *Med.*) *Ceterum cfr. Seru. Verg. Aen. I 726* 10 deprendunt *cod.* 22 in *addidi ex Med. Pat. — Ceterum legas quae in Auctario COM. CR. enarratur historia*

1* *Aen. VIII 20 (et duo priores uersus etiam Aen. IIII 285)* 2* *Aen. I 726* 3* *Lucan V 527* 4* *Iuuen. XIIII 304*

nec l. s. t. a. cupido s. au. *Cupidinem* hic non puto pro amore posuisse sed pro cupiditate; quare miror masculino eum genere cupidinem dixisse cum hac significatione *haec cupido* dicatur *POR.*

17. *iaculamur.* Pro: appetimus et dum breuis uita sit maiora temptamus *ACR.*

18. *terras a. c. s. m.* Sic et Vergilius:[5*]

Atque alio quaerunt patriam sub sole iacent. *POR.*

19. 20. *quis exul s. q. f.* A uitiis auaritiae suae quis poterit fugere qui derelinquit patriam, diuitias autem quaerit mutatione terrarum, ut est: Atque alio patriam quaerunt s. s. i.? *ACR.*

patriae q. exul s. q. f. Sensus est: quis se quoque i. e. aut uitium auaritiae suae aut impatientiam suam potuit fugere, qui patriam reliquit? *POR.*

21. *scandit ae. u. n. c.* Ostendit neque mari neque terra siue militia posse quemquam curas fugere suas uel peccatum *ACR.*

scandit ae. u. n. c. Per hoc ostendit neque mari neque terra posse curas suas quemquam effugere *POR.*

22. *nec t. e. r.* Non deserit relictas turmas. *Relinquit* enim est *deserit.* Sensus autem hic est: Si equo quis uelit curas effugere, non potest, quia et ceruis et ipsis uentis sunt ueslociores *ACR.*

nec t. e. r. Id est: etiam si equo uelis curas effugere sequentur illae te tamen; sunt enim ceruis et ipsis uentis uelociores *POR.*

25. *laetus i. pr.* Plus praesenti laetitia quam spe futuri animum iuuari dicit i. e. non plus laetetur quam expedit *ACR.*

4 haec cupiditas *libri.* haec cupido *scribendum esse etiam Ritterus adnotat* 6 tentamus *Fabr.* 8 *sequeturne hinc aut apud Hor.* iaceutes *aut apud Verg.* latentem *scribendum esse, an sententiae tantum non uerba comparantur?* 9 Quis a se quoque i. e. a uitiis auaritiae suae pot. *Fabr.* *Vt nos Med. et om.* quis *uoce cod.* 14 sapieutiam suam *Med. Pat.* 15 relinquit *male Fabr.* 20 quemquam *om. libri sed deesse non potest* 22 hoc est *cod.* est pro *Fabr.* est *Med.* 23 *pro* non potest *habet* secuntur *cod. rectius si comparaueris Porph. Idem cod. cum* quis *omittat fort. scr.:* Si (*s.* etsi) equo uelis c. eff. secuntur quia *cod. Med.* qui *Fabr.* quae *male Braunh.*

1* *Georg. II 512*

laetus i. pr. Praesentibus, inquit, delectemur et fruamur, futura non quaeramus *POR.*

26. *et amara l. t. r.* Philosophicum praeceptum ad patientiam exhortans, ut aduersa laetitia temperentur et non satis prosperis credatur, maxime cum uarietate uitae nec pro uoluntate ad omnia felicitas constet nec sint aduersa continua *ACR.*

et amara l. t. r. Amaritudinem uitae hilaritate interposita leniat *POR.*

27. *nihil est ab. o. p. b.* Extrinsecus hic audiendum est: quatenus concessum omnibus non est ut per omnia beati sint *POR.*

29. *abstulit c. c. m. A.* Ostendit rerum humanarum duo inter se contraria exempla eorum qui putati felices sunt. Achilles uero uirtute praecipuus cita morte iuuenis periit *ACR.*

abstulit c. c. m. A. l. T. Ostendit diuersitatem rerum humanarum duo inter se contraria posuisse, breuem scilicet Achillis uitam et Tithoni usque ad ultimam senectutem porrectam *POR.*

30. *longa T. m. s.* Tithonus maritus Aurorae tarde mortuus est per damna deficientis aetatis. Nimis diu uiuendo enim in cicadam conuersus dicitur. Et ideo dicit nihil certum esse homini, dum illum cita mors praeuenerit, alterum uero senem consumpserit ante uita quam fatum *ACR.*

32. *porriget hora. Horam* pro tempore posuit. Sensus est: uariabilis fortuna; prospera dabitur mihi, tibi amara i. e. forsan tibi mors occurrendo me pertransibit *ACR.*

33. *te greges c.* Finito pro infinito usus est, ut: [1*]

M i l l e m e a e s i c u l i s e r r a n t i n m o n t i b u s a g n a e *ACR.*

te gr. c. s. c. m. u. Alii, inquit, diuitias insatiabili animo cupiunt, at mihi paupertatem cum animi aequitate [opto], per

3 ad *om. cod. Med.* 4 satis *libri.* minus *COM. CR. Scrib. uidetur* nimis 20 nimis diu *addidi ex COM. CR.* 22 punierit *libri.* praeuenerit (=p̄uenerit) *correxi duce COM. CR.* 24. 25 i. e. *Fabr.* i. *cod. Med.* Sensus est *COM. CR.* 25 prosperabitur *libri.* prospera dabitur *correxi* 26 pertransiet *cod. memorabili scriptura; cfr. Forcell. lex s. u.* eo 27 finito *cod.* finitum *Edd.* 30 opto *om. Pal. Med. et in eisdem paulo post* esse *deest*

1* *Bucol. II 21*

quod ostendit sic ingenia diuersa esse plerumque hominibus ut fortunas *POR.*

35. *bis afro.* Pro tyrio et inde pro carthaginiensi *ACR.*

te bis a. m. t. u. l. *Afrum* muricem pro tyrio dixit uidelicet quia Tyrii in Africam transierunt i. e. Carthaginem condiderunt; *bis tinctam* autem lanam dibapham purpuram dicit quam scimus esse pretiosissimam *POR.*

37. *mihi p. rura.* Dicit ita plerumque diuersa esse ingenia ut fortunas in diuersis studiis, ut sicut alii honoribus et diuitiis clari sint ita hic carmine illustret mediocritatem suam *ACR.*

38. *et spir. graiae t. camenae.* Dedit mihi tenue ingenium graiae musae scilicet ut possim lyrica cantare primo a Graecis inuenta. Ordo est: Et parca non mendax dedit mihi tenuem spiritum graiae camenae et spernere malignum uulgus. *Graiae camenae* i. e. graecae camenae uel quia graeci fuerunt poetae lyrici quos Horatius imitatus est Alcaeus et Sappho, uel quia primi Graeci carmina inuenisse perhibentur. *Camenae* uero genetiuus est singularis *ACR.*

et sp. gr. t. c. n. mendax. Spiritum *tenuem* subtilem accipe; *camenae* autem *Graiae* ideo dixit quod haec carmina ad imitationem Graecorum scribat; *graiae* camenae genetiuus singularis est *POR.*

parca n. m. Immutabilis; uult enim fataliter sibi hoc ingenium attributum *ACR.*

---

3 *pro* et inde *cod. Med.* sicut indum 8 *hoc schol. corruptum est; fort. sic adiuuandum:* et fort. i. d. st. ut sicut — sint, ita ipse carmine *etc.* 13 possem *libri.* possim *correxi* lyrica *COM. CR.* lyra *libri* 16 graiae camenae *in nouo lemmate ponit Fabr.* 19 uero *et* est *om. cod. Med. et Med. haec uerba:* Camenae gen. sing. *nostro scholio praeponit* 20 tenuem i. e. *libri* 22 camenae *hoc loco addidimus* 25 ing. attrib. *cod. Med.* attr. ing. *Fabr.*

CARMEN II 17.

Cur me querelis e. t. Maecenatem aegrum uelut assidens alloquitur querentem de periculo suo et pro praesenti statu optantem mortem; pro cuius affectu et amore dicit se ei esse nolle superstitem sed quasi quodam sacramento deuinctum sociandum morte cui fuerat uita coniunctus. Ordo est: Maecenas grande decus et columen mearum rerum cur me exanimas tuis querelis, nec dis nec mihi amicum est, te prius obire *ACR.*

Cur me querelis e. t. Haec dicit Maecenati assidens aegroto grauiter querenti de periculo salutis suae negatque se uelle superstitem ei uiuere mutuae caritatis pignora commendans *POR.*

2. *amicum.* Hic pro grato posuit *POR.*

5. *ah te m. s. p. a. r. Ah* interiectio dolentis. *Meae partem animae* hoc sensu quo superius dixerat amicorum animam unam in duobus corporibus constitutam: [1*]

Et sernes animae dimidium meae;

unde et *unanimes* dicti. Hoc autem dicit sine dubio: alteram partem non retinendam una pereunte, hoc est, se negat fore superstitem *ACR.*

ah te m. s. p. a. m. u. q. m. a. Sensus conceptus est ex illa amicitiae definitione quae dicit: amicitiam animam unam esse in duobus corporibus. Ergo ait: si te uis fatalis sustulerit amicum, qui pars es altera animae meae, partem quae apud me est non retinebo; quo significat non se ei superuicturum *POR.*

7. *nec carus ae. n. s. i.* Non carus inquit, ita alteri

5 *fort. rectius COM. CR. habet:* in morte *et* in uita 8 quaerelis *Med. Pat.* (querellis *in neutris libris*) 9 quaerenti *male libri* 14 *claudicantem scholii quale in libris est sententiam adiuui additis post lemma* ah *et* meae partem animae *et* unam, *dein pro* se negare *scribendo* negat fore 24 quod (*uel* q;) *libri.* quo *correxi* 26 *hoc quoque scholion (duce Porph.) audacius restituendum erat ut legi certe posset.* non ero inq. ita alteri fut. sicut ipsi

1* *Hor. Carm. I 3, 8*

sum futurus sicut tibi, nec integram uitam habiturus sum parte anima iam in te extincta. [Nec superstes integer quia tu es medietas meae animae] *ACR.*

nec c. ae. n. s. i. Nec carus, inquit, alii futurus sum sicuti tibi nec integram uitam habiturus parte scilicet animae meae in te extincta *POR.*

8. 9. *utramq. d. r.* Vnius casu dicit ambos perituros *ACR.*

utramque d. r. Id est utrumque nostrum absumet *POR.*

9. *non ego perf.* Falsum [tamquam non perfidum de ca re interposuerit ius iurandum ne ei superuiueret]. Ordo est: ego non dixi perfidum sacramentum: ibimus parati carpere supremum iter utcumque praecedes *ACR.*

non e. p. d. s. Id est, non perfidum ius iurandum de hac re a me interpositum *POR.*

11. *utcumque praecedes.* Seu aetate seu sorte praeederet in supremo mortis die comitari se asserit Maecenatem *ACR.*

supremum iter. Supremum iter illud dicit quo quasi ad inferos itur *POR.*

13. *me nec Ch.* Nullorum obiectione monstrorum societatem ait disiungi posse quae nec mortis terrore separetur *ACR.*

centim. Gigas. Briareus de quo Vergilius: [1*]

qualis centum cui brachia dicunt
Centenasque manus *ACR.*

nec si res. c. Gigas diu. umq. A te, scilicet a proposito de quo nunc apud te loquor et ante iuraui *POR.*

15. 16. *sic pot. i. pl. p.* Ac si diceret: fataliter habeo ut a te diuelli non possim *ACR.*

17. *seu Libra.* Ordo est: utrumque nostrum astrum consentit incredibili modo seu aspicit me Libra seu formidolosus Scorpius pars uiolentior horae natalis seu aspicit me Ca-

nec i. u. h. s. p. a. i. i. illo ext. *(sic!) libri confuse. Alteram eiusd. schol. partem suppositiciam censeo* 5 sicuti sum nec *Med. Pat.* 7 id est unius *libri* 8 *hoc schol. cum seq. in libris sedem mutauit* 9. 10 *uerba inclusa sine dubio non genuina sunt sed ex Porphyrionis uerbis male conflata de* obiectione *uocis ueritate dubito; COM. CR. melius habet* metu 20 ait *addidi.* separatur *libri praeter Fabr.*

1* *Aen. X 564*

pricornus tyrranus hesperiae undae. Per geniturae commemorationem horoscopos suos similes esse et inter se asserit conuenire, in quibus uitae finis apparet. Ergo dicit quod tempore uno ille aegritudine ipse casu arboris periclitatus sit *ACR.*

seu L. s. m. Sorpius asp. f. Sensus est: in quocumque signo horoscopum natiuitatis meae constitutum habeo hoc intellego tuo horoscopo conuenire ac per hoc unam genesin nos morum aequitate habere *POR.*

18. *formidolosus.* Timendus, quod naturaliter formidandus sit. Sallustius:[1*] Etiam tum potentia Cn. Pompei formidolosa erat *ACR.*

uiolentior. Prae omnibus iniquior natalis horae. Infestus enim fertur Scorpius genitarae iuxta Mathesim. Tractat genituras amborum dicens se seu horoscopum i. e. horam in qua natus est in Libra habere seu in Scorpione qui iuxta Libram est (contrarius illi Saturnus erat) seu in Capricorno horam habuit in illis diameter ei erat hic quadratus sicut et Maecenati quem Iuppiter illic positus temperauit *ACR.*

horae. Datiuus casus est *ACR.*

seu tyrannus h. C. u. Capricornum *tyrannum* dixit ideo quia hiemale signum est; oritur enim XVI. kalend. ianuarias et occidit XVIII. kal. februarias et dum sol in Capricornum uenerit tunc generat tempestates maxime in Italia. Aut ideo posuit *hesperiae undae* quia uoluit intellegi occasum signi huius magis saeuire tempestatibus quam ortum, ut per hesperiam undam occiduam partem Oceani et ex eo occasum eius uoluisset intellegi *ACR.*

seu tyr. h. C. u. *Tyrannum* nunc ideo dixit quia hoc

2 in se *libri.* inter se *COM. CR.* 7 horrospicum *Med. Pat. et apud Acronem Med.* 11 Gn. p. *(sic!) cod.* 13 *hoc schol. malui integrum ascribere quam sine certa ratione ad emendationem accedere; nam quin sit corruptum nullus dubito. Meliora certe uidentur quae COM. CR. habet* 23. 24 XIII. kal. Ianuarii et occ. XVII. (XVI *Med.*) kal. Februarii *cod. Med., ut nos Fabr. et COM. CR. (De hoc schol. idem dicendum ac de superiore)* 30 quia hoc *Med. Pat.* hunc quia *Fabr.*

1*

hiemale signum. Oritur XVI. kal. ianuarias occidit autem XVIII. kal. februarias quod tempus in undas quasi dominatur i. e. saeuit. *Hesperiae* autem *undae* quare? nisi forte uult intellegi occasum signi huius magis saeuire tempestatibus quam ortum, ut per hesperiam undam occiduam partem oceani et ex ea occasum signi huius intellegamus *POR.*

22.—24. *te Iouis i. t. S. r. erip.* Mortem dicit submouisse Iouis beneficam stellam maleficam respicientem Saturni. Ordo est: Te eripuit tutela Iouis refulgens impio Saturno et tardauit alas uolucris fati cum frequens populus ter crepuit laetum sonum in theatris. [Ostendit populum pro gratia plausum dedisse] *ACR.*

te Iouis impio tutela S. r. e. Aiunt Saturni stellam infestam esse hominibus, Iouis autem e contrario saluberrimam; Saturni pericula afferre eaque tamen euinci superfulgente Iouis stella. Per haec significat periculo aduersae ualetudinis nuper Maecenatem liberatum cum ob hanc gratificationem populus in theatro plausum edidit, eodemque similiter tempore et se periclitatum repentino arboris ictu de quo supra locutus. Ita autem idem attulit, ut illud probaret quod supra dixit: V t r u m q u e n o s t r u m i n c r e d i b i l i m o d o c o n s e n t i t a s t r u m *POR.*

25. *cum pop. fr.* Ostendit populum pro gratia, comperto quod euasisset Maecenas aegritudinis periculum, in theatro congratulantem saluti eius, absenti et adhuc inualido plausum dedisse *ACR.*

27. *me truncus ill. c.* Ad illud rettulit quod dixerat, utriusque astrum certa ratione coniunctum *ACR.*

28. *Faunus.* Deus agrestium et siluarum *ACR.*

1 XVI. kal. Ian. *et* XVIII. kalen. februarias *(sic) Pat.* XVI. calen. Ian. *et* XVIII. Calen. februarias *Med.* XVI. Cal. Ianuarii *et* XVIII. Cal. Feb. *Fabr.* 7. 8. summonisse *cod.* subm. *Edd.* 11 sonum. In theatris *sic interpunxit Fabr.* sonum in theatris *rectius Med.* (*Ceterum* in theatris *in omnibus libris.* in *om. libri Horatt.*) 12 *uerba inclusa male hic ex seq. scholio repetita esse uidentur* 13 imperio tutella *Med. Pat.* 16 haec *Pat. Med.* hoc *Fabr.* 17 cum *Pat. Med.* cui *Fabr.* gratulationem *libri. sed hoc non ferendum; aut* gratificationem *scrib. aut* ob hoc gratulabundus 23 Ostendit p. per gratiam Maecenatis comperto quod euas. aegr. periculum

29. *Mercurialium.* Doctorum, qui in tutela Mercurii sunt. Mercurius enim deus facundiae dictus est *ACR.*

31. *aedemque uot. m.* Vt memor sit uoti soluendi hortatur, quia aedem si euasisset Saluti promiserat *ACR.*

32. *nos humilem f. a.* Non humilem agnam sed humilium oblationi aptam. Maecenatis enim uelut potentis uotum fuerat *ACR.*

CARMEN II 18.

Non ebur n. a. [Metrum hipponactium. Et primus uersus est trochaicus dimeter catalecticus, una enim syllaba deest ut sit plenus dimeter; scanditur enim ita: N o n e b u r n e q u e a u r e u m. Secundus iambicus trimeter catalecticus; scanditur ita: M e a r e n i d e t i n d o m o l a c u n a r. Appellatur autem hoc metrum aliter euripideum, non quod ipse sit inuentor eius sed quod frequenter eo sit usus. Trochaicum autem metrum recipit [pedes] imparibus locis trochaeum tribrachum et interdum dactylum; in paribus autem trochaeum tribrachum dactylum spondeum anapaestum; habet penthemimerim et heptemimerim.] De continentia scribit et paupertatem suam omnibus diuitiis praefert culpans eos qui obliti breuis uitae cupiditatibus et diuitiis student *ACR.*

Non ebur n. a. Haec ode in continentiam scribitur per quam paupertatem suam omnibus diuitiis praefert *POR.*

1. *ebur.* [Ebur] pro diriuatiuo [ut sit] *eburneum.* Ordo est: non renidet in mea domo eburneum neque aureum lacunar *ACR.*

2. *renidet.* *Fulget* significat *POR.*

etc. *libri. Nos ut potuimus id egimus ut certe legi posset* 8 *Praeter libri primi carmina hoc fere solum talem metri expositionem exhibet* 16 pedes non imparibus *cod. Med.* 22 inscribitur *Med. Pat.* 25 *uerba inclusa om. cod. Med. et cod. habet* deriuatione 27 *hoc schol. in libris cum sequenti sedem mutauit*

3. *hymettiae.* Id est, de Hymetto monte marmora excisa quae thebaica dicuntur *ACR.*

trabes hymettiae. Marmor achaicum dicit quod caeditur in Hymetto monte atticae regionis *POR.*

4. *ultima recisas A.* In Numidia quae est Africae pars interior *POR.*

5. 6. *neque A. ig. h.* Ostendere uult Romanos non iure factos Attali heredes *ACR.*

neq. A. ig. heres r. occ. Attalus rex Asiae Pergami regnauit cuius hereditatem populus romanus cepit. Dicendo autem *heres occupaui* sibi suspitionem dat quasi existimans hereditatem uindicasse *POR.*

8. *clientae.* Familiares uicinae. Ostendit uotum clientum quorum uxores, cum nobilibus togae praetextae fiunt ad spem magistratuum gerendorum, purpuras carpentes iuuant matronas. Vnde dicit: dum sibi ista desunt fide se et ingenio diuitem *ACR.*

laconicas m. t. h. p. c. Hoc illo pertinet quod praetextas togas cum sibi nobiles conficiunt ad spem magistratuum agendorum uotum sit uxoribus clientum ad matronam conficientem conuenire et purpuram cum ipsa carpere *POR.*

9. *at fides et ingeni b. u. e.* Hic locus similis est illi Vergiliano: [1*]

S i n o n i n g e n t e m f o r i b u s d o m u s a l t a s u p e r b i s
M a n e s a l u t a n t u m t o t i s u o m i t a e d i b u s u n d a m *POR.*

10. 11. *pauperemq. d. m. p.* Hoc est: gratia me petit *POR.*

12. *nec pot. am.* Maecenatem significat a quo se dicit maiora non quaerere dum beatum se factum fatetur fundo ab eo in Sabinis accepto *ACR.*

11. 12. *nihil supra d. lacesso.* Nil inquit amplius deos

1 hymetie *et* hymeto *cod. Med. item cod. Med. Pal. apud Porph.* 3 *hoc schol. etiam extat in Auctario COM. CR.* 10 *posteriorem scholii partem non intellego item in sequenti scholio* 21 causa ipsius *Fabr.* cū ipsa *Med.* cum ipsa *Pal.* 26 meam gratiam appetit *COM. CR.* 31 Nihil inq. amplius Sabinis hoc est nec amplius Maec. *Pal.* nihil inq. a. Sabinis hoc est nec amplius Sabinis hoc est nec ampl. Maec. (*sic!*) *Med.*

1* *Georg. II 461*

nec amplius Maecenatem opto, qui me satis beatum fecit donando me uno fundo sabino; qua possessione contentus satis beatum me iudico *POR.*

15. *truditur d. d.* Tamquam parum esset quod dixerat diem die excludi, addidit: integri menses transiliunt. Nam per *nouas lunas* recursus mensium intellegimus *ACR.*

truditur d. d. In eos inuehitur qui intellegunt tempus uitae suae ueleciter currere, nihilominus tamen non desinunt aedificia domorum ingentia et pretiosa construere cum potius deberent, si memores mortalitatis essent, sepulcra sibi struere *POR.*

nouaeq. p. i. l. Non desinunt decrescere uel potius defectus pati *ACR.*

17. *tu sec. mar. l.* Ordo est: tu parum locuples continente ripa et immemor sepulcri locas secanda marmora sub ipsum funus et struis domos et urges submouere Bais litora obstrepentis maris *ACR.*

20 *marisque Bais obstr. u.* Ordo est: litora maris obstrepentis Bais i. e. baianis litoribus perstrepentibus. Hic autem corripit eos qui in Campania affectant molibus in mare iactis praetoria super aedificare *POR.*

21. *submouere l.* Effusionem diuitum culpat, ut Sallustius:[1*] Qui diuitias suas profundunt in extruendo mari et montibus coaequandis *ACR.*

22. *parum l. c. r.* Minus diues nisi etiam alienum inuadas elementum *ACR.*

23. 24. *quid quod u. p. r. a. t.* Accedit nunc inquit ad ambitionem tuam auaritiae scelus, quod uicinos tuos per impotentiam agris suis expellis *POR.*

26. 27. *pellitur p. i. s. f. d.* Ordo est: pellitur et uir et uxor ferens in sinu paternos deos et sordidos natos. Acerbi-

4 parum *cod. Fabr.* paruum *Med.* 12 Desinunt decresc. *Fabr.* non desinunt crescere *Med.* non des. decresc. *cod.* 16 Bais *cod.* Baiis *Edd. Item apud Porphyr.* Bais *scripsi ex Pal.* 23 profundunt *cod. Med.* 31 sordidosque natos *Fabr. et Med. et quidem haec in nouo lemmate ponunt.* et sordidos natos *cod. quo recepto unum schol. restituimus*

1* *Sallust. Cat. c. 21*

tatem facti euidenter expressit dum homines pauperes et religiosos sedibus suis uiolenter expulsos sacra deorum penatum secum ferre cum discedant et nihil amplius quam filios suos demonstrat, quos *sordidos* ad grauiorem pellentium inuidiam dixit *ACR.*

pellitur p. i. s. f. d. e. u. e. u. Hic ipsa rei acerbitas descripta est, homines pauperes ac religiosos sedibus suis pulsos etiam sacra deorum penatum secum ferre cum discedant nec aliud amplius quam filios suos, quos *sordidos* dicendo grauiorem inuidiam expellentibus facit *POR.*

29. 30. *nulla c. t.* Ordo est: nulla aula manet diuitem herum certior destinata fine rapacis Orci i. e. nulla domus expectat diuitem dominum quae certior sit destinata fine rapacis Orci eaque ui tollitur ac si diceret: quamuis serius ociusue cuncta fluant sunt tamen quae semper mansura referantur ut Roma; sed nulla domus certior se credat rapiendam et dissipandam fine rapacis Orci quam quae diuitem continet dominum domo abstracta proximi *ACR.*

nulla c. t. r. O. f. d. a. m. herum. Licet, inquit, o diues habeas quod optas scito tamen nihil tibi proprium esse magis quam mortem; illa enim quae possidentur temporalia sunt, at [enim] mors perpetua est *POR.*

32. *aequa tellus.* Superuacue dixit minoris fortunae hominum fines inuadi uel diuitiarum moles congeri dum par sit omnibus sepulcri mensura; unde et Iuuenalis: [1*]

mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula *ACR.*

34. *pueris.* Pro filiis, ut: [2*]

Ne pueri ne tanta animis assuescite bella *ACR.*

4 demonstraut *cod. Med:* 7 a religiosis *Fabr. Med. haud male quidem sed melius scribi uisum est* ac religiosos *cum praesertim* a religiosos *Pat. exhibeat. Sed utut est apud utrumque eadem scribenda erunt* 18 dominio *pro* domo *cod. Med. Ceterum monendum mihi quae inde a uerbis* eaque ui tollitur *secuntur ualde suspecta esse sed uncis includere nolui; fort. aliis continget ut emendent* 22 at et mors *Pat. Med. Simplex* at *uerum uidetur* 26 mors sola testatur hominum corpuscula *(sic!) cod. Med.*

1* *Iuuen. X 172* 2* *Aen. VI 832*

regumque pueris n. s. o. *Pueris* pro filiis positum regum; ac significat omnes et diuites et pauperes pari mortalitatis conditioni subiectos esse et idcirco non magnopere appetendos esse honores et diuitias *POR.*

satelles O. Ostendit nullis muneribus flectendos manes ut remeare possit quilibet ab inferis *ACR.*

38. *hic l. f.* Ordo est: hic uocatus atque non uocatus audit leuare pauperem functum laboribus *ACR.*

audit. Bene *audit*, quia mors ut necessitas est ita est perpetua requies laborum *ACR.*

hic l. functum p. l. u. a. non uoc. a. Belle dicitur: quia mors ut necessitas est ita tamen requies perpetua laborum *POR.*

CARMEN II 19.

Bacchum in r. Hac ode indicat a se uisum Liberum patrem in nemoribus carmina docentem, et quasi perturbatus his uisis exclamat uelut praesentiam numinis sentiens: 'Euhoe.' Ordo est: Vidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus et uidi nymphas discentes et acutas aures capripedum satyrorum *ACR.*

Bacchum i. r. r. Hac ode indicat a se uisum Liberum patrem in nemoribus carmina docentem et quasi perturbatus eis quae audierat exclamat: 'Euhoe!' *POR.*

2. *credite posteri.* Id est: etiam uos credite qui uenturi estis talia dicenti *ACR.*

1 positum. Regum autem *sic libri.* positum regum; ac *correxi* 11 inuocatus *pro* non nocatus *in lemmate Med. Pat.* Ostendere uelle uidetur *Fabr.* uelle ūr *Med.* uelle uidetur *Pat. Equidem* uelle *corruptum esse puto ex* belle *uoce Porph. usitata.* (ūr *pro* dr̄ *scriptum fuit*). *Deinde pro* quamquam *Med. et Pat. habent* quia, *quod seruaui addita nt uoce. Fort. post* tamen *excidit* etiam 16. 17 euhoe *cod.* heuohe *Med.* Euoe *Fabr. in qua eadem haec uox post* exclamat *posita est* 21 in *addidi ex Pat. Med.* 28 *hoc schol. cum sequenti in Fabr. et Med. cum duobus quae insecuntur sedem mutauit; nos utrumque sedi suae reddidimus*

3. *nymphas.* Musas; nam quidam uolunt ipsum esse Solem ipsum Apollinem ipsum Dionysium. Nam ut illi nouem sacratae sunt musae ita Soli nouem oirculi et Dionysio similiter chorus baccharum. Modo tamen pro musis nympbas inducit carmina audientes. Vergilius similiter nymphas pro musis: [1*]

Nymphae noster amor Libethrides aut mihi carmen
Quale meo Codro concedite *ACR.*

4. *capripedum satyr.* Panas dixit caprarum pedes habentes *ACR.*

acutas. Et ad audiendum et ad ipsarum aurium figuram *ACR.*

aures capr. sat. acutas. Acutas satyrorum aures non ad audiendum tantum referendas dixit sed etiam ad figuram earum; nam sic uidemus satyros fingi oblongas aures et acutas habentes *POR.*

6. *turbidum.* Turbida mens laetatur *ACR.*

8. *laetatur euhoe.* Metuit trepidat sacra sagitta se perturbatum significat; et mira energia totus hic locus explicatur et est bonus sensus: uiso enim deo quis non perturbetur licet gaudeat; et bene repetitum '*Euhoe*' quasi incitamento mentis ad banc exclamationem instigante *POR.*

8. *parce g. m. th.* Fronde . . . . Vt ueluti turbatam ostenderet mentem. Putat sibi infesto tbyrso deum imminere; *graui* autem dixit *pernicioso* ut ipse superius: [2*] grauesque principum amicitias *ACR.*

parce gr. m. th. Bene haec dicuntur ab eo qui per mentis perturbationem putet sibi infesto thyrso deum imminere *POR.*

9. *fas.* Non significat nunc *licet* sed *possibile est.* Vult

1 esse *om. cod. Med.* 9 *hoc schol. cum sequenti omnino omittit cod.* 14 eorum *libri* 18 heu ohe *sed supra* heu hoe *Med. Pat.* Euoe *Fabr.* *(et paulo post est eadem uarietas)* 23 *post* fronde *lacunam signaui explendam fort. ex COM. CR. qui habet:* fronde pampini circumuoluta hastae 24 puto *Fabr.* putat *cod. Med.*

1* *Bucol. VII 21* 2* *Hor. Carm. II 1, 4*

enim probare se deo non indignum esse mysteriisque eius quae ad sacra pertinent sufficere cantandis *ACR.*

fas p. e. m. thyiadas. Fas est nunc non significat *licet* sed *est possibile.* Vult enim probare se deo non indignum esse et mysteriis eius cum sufficiat cantandis his quae ad sacra eius pertineant *POR.*

peruicaces. Proteruas uagantes propter bacchantium discursus et saltus *ACR.*

thyadas. Bacchas, Bacchi sacerdotes insanas et furiosas a θύω, i. e. sacrifico et insanio *ACR.*

11. 12. *atque tr. l. c. i. m. Iterare* i. e. ex integro cantare et repetere uel certe manare facere uel iterum tollere. Vergilius: [1*]

Et durae quercus sudabunt roscida mella.

Ideo autem sacra commemorauit poeta quia in speluncis Dionysio uino melle et lacte sacrificabatur *ACR.*

iterare. Ex integro cantare ac repetere fas est *POR.*

13. 14. *et beatae c. ad. s. h.* Ariadnen in honorem Dionysii commemorat inter sidera collocatum quae corona dicitur data ardens a Vulcano, ut: [2*]

Gnosiaque ardentis decedat stella coronae *ACR.*

additum st. ho. Ariadnes coronam significat quam Liber inter sidera collocauit *POR.*

14. 15. *tectaque Penthei disiecta.* In quibus Pentheus captiuum Liberum patrem uinctum recluserat, ob quam causam baccharum furore discerptus est; uel certe notatur fabula eius et Agaues matris *ACR.*

1. 2 *post* eius *inserit* cum *et pro* sufficere *exhibet* sufficiat *Fabr. Vt nos cod. et Med. sed fort.* quae ad s. pert. *uncis includere debebam ut additamentum, aut omnia duce Porphyrione emendare* 7 uagantes *om. cod. Med.* 8 saltus *cod. Med.* saltatus *Fabr.* 9 Thiadas *cod.* Thyadas *Edd.* 10 *hoc schol. in nostris libris sic legitur:* Bacchas dixit a sacrificio uelut Theadas θεόν, Graeci deum ita et sacrificium uocauere *quae cum probabiliter restituere non possemus, uerba COM. CR. supra posuimus. (fort. sic temptaueris:* B. dixit a sacrificio uelut θυούσας θεῷ; graece enim θύειν sacrificare significat) 12 *uerba* uel certe m. f. u. i. tollere *addidi ex cod. et Med.* 15 speluncis *cod. Med.* speleis *Fabr.*

1* *Bucol. IIII 30* 2* *Georg. I 222*

tectaque Penthei. Pentheus Bacchum uinctum recluserat qui ob hanc causam fulmine ictus est *POR.*

16. *Thracis et exit. L.* Lycurgus legum lator cum uideret per uini temulentiam in mores multa committi abscidi iussit uineta; propter hoc iracundia Dionysii per furorem crura sua amputauit; et ideo ad laudem numinis posuit sumptum de inimico supplicium *ACR.*

exitium Lycurgi. Hic quod uites excidisset furore sibi a Libero iniecto crura sibi falce amputauit *POR.*

17. *tu flectis.* Domas siue superas tamquam eorum cursus declinans aut quia gentes multas subegit; et per amnes uoluit intellegi terras; aut flectis per gyros, quia et Dionysius Nili fontem sicut Hercules quaesiuit; aut quia muneri eius immiscentur aquae et ad suauiorem usum flectuntur *ACR.*

tu flectis amnes. Pro eo quod est domas. *Flectis* autem positum est tamquam decursus eorum declinet. An quia multas terras subegit? An uero quia uino aquae miscentur et in suauiorem usum flectuntur? *POR.*

mare barbarum. Indicum quia Indos Dionysius superauit; *barbarum* autem pro saeuo ac uiolento propter subitas tempestates *ACR.*

tu mare barb. Pro saeuo ac uiolento propter subitas tempestates dixit. *Flectis* autem ex superiore hic quoque subaudiendum *POR.*

18. *separatis.* Secretis ac remotis *ACR.*

separatis. Secretis ac remotis nunc significat *POR.*

uuidus. Vino madidus *ACR.*

uuidus in iugis. Madidus scil. propter uinum *POR.*

20. *Bistonidum. Bistonides* Thraces sunt mulieres quae in Liberi patris sacris bacchari consueuerunt angues gestantes in capite *ACR.*

1 Pentheum uinctum *libri.* Pentheus Bacchum (*s.* Liberum) uinctum *correxi* 12 giras *cod. Med.* 14 flectitur *Fabr.* flectuntur *cod. Med.* 15 *hoc schol. et quae secuntur quinque Porphyrionis in Med. et Pat. mire inter se locum mutarunt et quidem sic se excipiunt:* male barbarum — unidus — nodo coerces — sine fraude tu flectis — separatis —. *Singula suis locis restituit Fabr.* 22 subiectas *hoc loco libri; puto non recte*

nodo coerces u. Bist. s. fr. cr. Bistonides Thraces sunt quae cum in sacris Liberi patris crinibus solutis uersantur angues et in capite et in manibus gestant *POR.*

sine fraude. Sine compositione, quia comi non poterant utpote uiperini *ACR.*

sine fraude. Aut sine noxa aut sine iniuria intellegendum *POR.*

23. ***Rhoetum** r. l.* Rhoetum enim Gigantem in leonem conuersus occiderat Dionysius *ACR.*

Rhoetum r. l. u. h. M. Sic dicitur illud apud Verg.: 1*

[maculis] quem thracius albis
Portat equus bicolor maculis *POR.*

24. *horribilique mala.* Maxilla metuendus, ut Verg.: 2*

Et malae texere lupi cum dentibus albis *ACR.*

27. 28. *sed idem pacis eras m. b.* Hoc est tam belli quam pacis potens *POR.*

29. *insons C.* Non semper sed tunc *insons* cum nocere non potuit *ACR.*

te u. ins. C. Non semper *insons* sed tibi insons i. e. qui nocere non potuit *POR.*

30. *cornu d.* Libero cornua nonnulli assignant quoniam uinolentia proteruitatem et contumaciam consueuit augere *ACR.*

aureo cornu d. Cornua Libero patri et nonnullis aliis assignantur quoniam scilicet uinolentia proteruitatem et contumaciam addere solet quae per cornua significatur *POR.*

leniter att. c. Suauiter ut solent dominis facere blandientes *POR.*

31. *et reced.* Ordo est: et tetigit pedes et crura recedentis *ACR.*

4 *hoc schol. nec intellegere nec in integrum restituere potui; ergo intactum reliqui* 9 ceciderat *cod.* 11 maculis *omnes libri hic habent sed huc ex seq. uersu male irrepsit* 13 *hoc schol. om. cod., in Med. cum sequenti sedem mutauit* 15 erat *libri* 17 *hoc Acronis schol. uide ne ad sequens Porphyrionis emendandum sit; ex eodem fonte utrumque originem duxit* 22 uinolentia *Med. cod.* uiolentia *Fabr.* 25 uinolentia *Med. Pal.* uiol. *Fabr.*

1* *Aen. V 565* 2* *Aen. XI 681*

trilingui o. Dicitur enim Dionysius et apud inferos regnasse ut etiam ipsi ita ut Dianae triplex daretur potestas *ACR.*

CARMEN II 20.

Non u. n. t. f. p. Allegoricos significat se in cygni figuram mutandum et carmina sua totum orbem impletura; unde et se immortalem futurum promittit. Auis enim in quam se transfigurandum dicit canora est ut poetae merito conueniat et Apollini consecrata. *Non usitata* autem propterea quia non uulgaria nec communia scripsit. Ordo est: Ego biformis uates ferar per liquidum aethera non usitata nec tenui penna *ACR.*

Non u. n. t. f. p. Poetice significat se in cygni formam transiturum et dulcedine cantus totum orbem impleturum. *Non usitata* hoc est, non uulgari, nec enim uulgaria scribit *POR.*

2. *biformis. Biformem* autem se dicit quod et lyrica scribat et hexametros *POR.*

4. *inuidiaque m.* Ego qui maior sum inuidia relinquam urbes. Inuidia enim maiorem se dicit quia maioribus inuidetur *ACR.*

5. 6. *non ego p. s. p.* Non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus *ACR.*

non ego p. s. p. Hoc est, non ego ignobilis, quem putatis humilibus parentibus natum *POR.*

non ego q. u. Ordo est: Maecenas, non obibo ego quem uocas dilecte, nec cohibebor stygia unda. Significat carmina non obire per quae aeternitatem ipse mereatur *ACR.*

non ego q. u. d. M. o. Negat se obiturum quo per allegoriam intellegi uult carmina sua semper floritura *POR.*

9. *iam iam res.* Iam se dicit in formam cygni transire *ACR.*

iam i. r. Iam dicit se in cygnum transfigurari *POR.*

4 cygni *et apud Acronem et apud Porph. libri* 13. 14 *a* non usitata *Fabr. nouum schol. incipit* 26 quae per *male Fabr.*

13. *uisam gem. l. B.* Toto orbe se uulgandum promittit ut etiam perueniat ad barbaras nationes; nam per commemorationem gentium omnes terrae partes significat *ACR.*

iam D. ocior I. u. g. l. Bospori. Hoc significat, carmina sua ad extrema usque orbis terrarum et ad barbaras etiam gentes peruentura. *Gementis* autem Bospori h. e. perstrepentis ac sonantis *POR.*

15. *Syrtesq. g.* Libycas; Vergilius: [1*] nunc promite uires Nunc animos quibus in gaetulis Syrtibus usi *ACR.*

16. *hyperboreosq. c.* Thracios. Hi ultra aquilonis flatus septemtrioni subiacent, ut est: [2*] Quin et hyperboreo septem subiecta trioni Gens effrena uirum *ACR.*

hyp. c. Qui ultra flatus aquilonis septemtrioni subiacent *POR.*

18. *marsae coh.* Pro Italiae militibus dixit ut ostenderet solos Romanos Dacis esse terrori *ACR.*

marsae coh. Italorum militum accipe. Marsi enim Itali sunt *POR.*

20. *Rhodanique potor.* Hispani et Galli *ACR.*

21. *neniae.* Carmen funebre *ACR.*

absint i. f. neniae. Neniae enim sunt cantus funerum *POR.*

22. *luctusq. t.* Propter habitum lugentium dixit *ACR.*

luctusq. t. Turpem autem ipsum luctum ait squalore lugentium *POR.*

24. *superuacuos h.* Superuacue enim honorari mortuos multi dixerunt, maxime Horatius qui immortalitatem se uideri uult per carmina consecutum, nam et Vergilius: [3*]

uano maesti comitamur honore *ACR.*

superu. h. Superuacua est enim sepultura eis qui immortalitatem uidentur per carmina consequi *POR.*

---

1 *hoc schol. om. cod. et in Med. cum seq. sedem mutauit* 8 nunc promitte *libri.* nunc illas promite *apud Vergil.* 12 quin et *Fabr. Med.* talis *apud Vergil. Sed in cod. alius locus refertur:* Solum hyperboreas glacies Tanaimque niualem *(Georg. IIII 516). Quae secuntur in Acr. cod. desunt* 24 squalore lug. *om. Med. Pat.*

1* *Aen. V 191* 2* *Georg. III 381 (IIII 516)* 3* *Aen. XI 52*

SCHOLIA
IN CARMINVM LIB. III.

CARMEN III 1.

Odi profanum u. e. a. fauete linguis. Haec uox in sacrificiis frequentabatur qua significarent, bona omina haberi. Quod opportune hic poeta posuit, quia sacerdotem musarum se dicturus erat inferius ut praedicendo *profanos* sacrorum se meminisse monstraret. Vergilius: [1*] p r o c u l o p r o c u l e s t e p r o f a n i. *Profani* dicebantur sacris non initiati qui fanum intrare non poterant. Hic tamen per allegoriam *profanos* imperitos dixit qui merito doctis perosi sunt. *Odi* modo praesentis est temporis aliquando tamen pro praeterito ponitur. *Fauete.* Silete modo. [sicut et Seruius in V Aeneidos locum istum exponit ubi dicit Vergilius: [2*] O r e f a u e t e o m n e s e t c i n g i t e t e m p o r a r a m i s: 'Ore fauete. Apto sermone usus est et sacrificio et ludis; nam in sacris taciturnitas in ludis necessarius fauor est. Fauet autem ore etiam quis per taciturnitatem. Horatius: Fauete linguis c. n. p. a. m. s.'] *ACR.*

1 *ACRONIS COMMENTARIA IN Qu. HOR. FL. CARM. LIB. TERTIū inscripsit Med.* 2 nt bona omina haberentur *libri* 10 Fauete e. q. s. *ad uerbum descripsimus ex cod. cui consentit Med. nisi quod* locum istum om. *Contra Fabr. sic:* Fauete l.] Cantate mecum. Vergil.: Ore fauete etc. *Verba inclusa non ab Acrone profecta esse posse sed interpolatori hic deberi etiam Ritterus uidit. Olim a sciolo margine fort. ascripta mox in Acronis uerba migrarunt*

1* *Aen. VII 258* 2* *Aen. V 71*

Odi p. u. e. a. Indoctos detestatur. Haec autem ode multipliciter per uarios deducta est sensus. *Profanum uulgus* allegoricos indoctos dicit. Certe *profani* proprie dicuntur sacris non initiati; ergo quasi musarum profanos dixit *POR.*

2. *fauete linguis.* Haec uox in sacrificiis usurpatur et significat, bona omina habere; quod opportune hic poeta intulit, qui et *profanum* praedicendo et musarum sacerdotem subiciendo sacrorum meminerat *POR.*

carmina n. p. a. Ordo est: Ego sacerdos musarum canto uirginibus et pueris carmina non prius audita; a Romanis supple, quamuis Laeuius lyrica carmina ante Horatium scripserit; dixit autem ut illa non ad plenum et exacte facta monstraret *ACR.*

carmina n. p. a. Romanis utique non prius audita quamuis Laeuius lyrica ante Horatium scripserit; sed uidentur illa non Graecorum lege ad lyricum characterem exacta *POR.*

4. *canto.* Promittit se carmen prolaturum quo teneras aetates ad utilia instituat quibus ad uitam beatam peruenire possint *POR.*

uirg. p. c. Dicit se carmen proditurum quod teneras aetates instituat quibus rebus ad beatam uitam peruenire possint *POR.*

5. *regum tim.* Ordo est: Imperium regum timendorum est in proprios greges; imperium Iouis clari giganteo trium-

1 *PORPHYRII LIBER TERTIVS inscr. Med.* 5 Hic mos *libri.* haec uox *correxi* 7 profanos *et paulo post* sacerdotes *libri; nos singularem numerum reduximus* praecedendo *Fabr.* 11 *mire in poetae huius nomine libri dissentiunt:* Bebius *Fabr.* lesbum *cod.* lesbius *Med. Apud Porph.:* Bebius *Fabr.* Linius *Med. Pat. et Auctar. COM. CR. Contra in COM. CR. ipso longe alia res est:* 'Lesbius poeta ... scripserit, ea non erant Latina sed Graeca.' *Equidem scripsi* Laeuium *de quo cfr. Bernhardy litt. Rom. adnott. 167 et 431. Sed dubia res est propter nomina simillima:* Bauius, Naeuius, Maeuius *de quibus cfr. Bernhard. adnot. 189. Estré prosopogr. p. 101 sqq.*
12 dixit autem *addidimus* ad *om. Fabr.; fort. postrema haec uerba corrupta sunt et Porphyr. duce emendanda* 15. 16 uidetur illa non *Med. Pat.* uidetur non illa *Fabr.* uidentur illa non *Auctar. COM. CR. (Ceterum hoc schol. post duo sequentia in libris apparet)* 21 rebus *addidimus* (ad honesta quibus *COM. CR.*) *et fort. idem apud Acronem fuit*

pho et cuncta mouentis supercilio est in ipsos greges. Vnde et Vergil.: [1*]

O pater o hominum diuumque aeterna potestas

ut philosophice ostendat neminem hominum esse a metu immunem omnesque uindictae numinum subiacere *ACR.*

regum t. i. p. gr. Zeugma est; et enim *est imperium* et ad superiorem sensum referamus, quia totum tale est: Reg. tim. in prop. greg. imperium est. Et per hoc ostendit neminem hominum a metu mortis immunem esse ac per hoc, et infimos et maximos eisdem conditionibus subiectos esse *POR.*

9. *est ut uiro u. l. o. a. s. (et cetera)* Per hoc ostendit studia quidem et gradus bonorum et mores diuersa esse hominibus conditionem tamen mortalitatis unam esse *POR.*

latius o. a. Digerat in ordinem; uinearum satorem dicit *ACR.*

10. 11. *hic g. d. i. c.* In campo enim martio comitia erant populi romani et eo descendebant qui honorem petere uoluerunt *ACR.*

hic g. d. i. c. p. Campum magistratuum petendorum locum significat *POR.*

13. *contendat.* Non nulli [autem] distinguunt ut hic melior fama et moribus contendat cum supradicto scilicet qui generosior petitor descendit in campum. Potest autem et sic dici: contendat, i. e., uiuat melior fama et moribus; ut ostendat uarios actus hominum una necessitate perire *ACR.*

necessitas. Id est, mors, et per hoc ostendit studia quidem diuersa esse hominibus et morum et honorum gradus conditionem tamen mortalitatis unam esse *ACR.*

16. *omne c. m. u.* Aut quia in urnam omnium nomina

3 diuumq. *libri.* rerumque *apud Vergilium uulgo* 6 ζεῦγμα est et hic intellegendum imperium ut ad sub. s. ref. *Fabr.* Zeugma est et hic ut imperium et ad sup. s. ref. *Pat.* Z. est et hic imp. ut ad s. s. ref. *Med.* (*Poteramus etiam:* necesse est enim ut imperium etc.) 11 et cetera *add. ex Med. Pat.* 18 noluissent *libri* 21 *aut ante* non nulli *lacuna est aut* autem *delendum* 27 ad morum et h. gradus *cod. Med. (nec falsum hoc est).* et m. et h. gradibus *Fabr. (fort.* et mores et bonorum gradus *cfr. Porph.)*

1* *Aen. X 18*

qui honores petebant mitti consueuerant ut qui sorte egressi fuissent de ipsis iudicaretur, aut secundum opinionem illam uulgarem qua affirmabant sorte singulos ab Orco ad mortem trahi, ut est: et uana uersat in urna. *Mouet* autem est uoluit ad sortiendum fatum *ACR.*

omne capax mouet u. n. Haec secundum illam uulgarem opinionem dicuntur qua affirmatur sorte ductos ad mortem ab Orco trahi *POR.*

17. *cui super.* Desuper ut: [1*] ligna super foco [large reponens] et per allegoriam significat neminem deliciose et libenter uiuere sub metu. Et sumpsit exemplum a Dionysio Siculorum tyranno magnae saeuitiae, cuius dum potentia et copiae a Damocle quodam philosopho laudarentur, quod ad luxum ei cuncta suppeterent, rogato eodem philosopho ad prandium destrictum gladium super ipsum tyrannus a culmine iussit ligatum seta pendere; quo metu perculsus philosophus regalibus et apparatis copiis uti non potuit. Tunc Dionysius timenti respondit, hoc modo tyrannos uiuere et inter summos apparatus imminentibus urgeri periculis *ACR.*

destrictus ensis c. s. i. c. p. Per allegoriam significat neminem libenter posse uiuere sub metu. Et sumpsit in exemplum Damoclem, super quem Dionysius Siciliae tyrannus seta gladium suspendit antepositis epulis quam amplissimis et ceteris quae ad uoluptatem animos aduocare possunt; per quem ostendit similiter regiam uitam splendore rerum suarum uti non posse quia semper insidiarum metu suspecta sit *POR.*

20. *non auium c. c.* Propter illos Siculorum reges qui aut pro sollicitudine aut pro deliciis sine auium cantu et sine citharae sono dormire non poterant *ACR.*

10 large reponens *om. cod. Med.* 11 et *ante* sumpsit *add. ex cod. cfr. Porph. schol.* 12 a Diogene quodam *cod. Med.* 15 destrictum *cod.* distr. *Edd.* 21 destrictus *scripsi quia cod. sic habet supra p. 45, 14.* districtus *Edd.* 22 sub metu *Med. Fabr.* q. mutat *Pal. unde fort. scr.* cum metuat 22. 23 in exempl. Diogenem *Med. Pal.* exemplum Dimoclis *Fabr.* 29 aut pro sollicitudine *add. ex cod. et Med.*

1* *Hor. Carm. I 9, 5*

non a. c. c. s. red. Hoc ideo dixit quoniam quidam regum Siculorum per nimias delicias ad citharae et auium cantum dormiebant *POR*.

21. 22. *somnus a. l. u.* Lenis i. e. altus quo rustici aut lassitudine laboris utuntur aut animi securitate. Vergilius: [1*]

At secura quies et nescia fallere uita.

Ordo est: Lenis somnus agrestium uirorum non fastidit humiles domos et umbrosam ripam et non fastidit desiderantem quod satis est. *Tempe agitata zephyris* i. e. loca nemorosa et amoena ruris *ACR*.

somnus a. l. u. n. humilis d. f. Ordo est: non fastidit humiles domos et ideo apud *non* particulam subdistinguendum *POR*.

24. *quod satis est.* Quod sufficit ad uictum cultumque agri non ad ambitum diuitiarum. Hic autem conuertenda est oratio, ut tumultuosum mare et saeuus impetus cadentis arcturi aut orientis haedi non sollicitet somnum et cetera...... *cadentis et orientis* qui aut in ortu aut in occasu faciunt tempestates ut: [2*]

Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis
Haedorumque dies seruandi et lucidus anguis

et alibi: [3*] pluuialibus haedis *ACR*.

27. 28. *nec s. A. c. i. a. o. haedi.* E contrario (est enim antitheton) cadenti orientem posuit. Valet autem arcturum occasu suo magis tempestates concitare *POR*.

30. *fundusque m.* Qui agricolae spem nihil ferendo deceperit. Ordo est: Et non sollicitat illum fundus mendax ar-

10 est *addidimus* 12 humilis *libri omnes in lemmate, at paulo post* humiles ideo fastidit *Fabr.* 13 et ideo humilis a non particula subd. *Fabr. ut nos Med. Pat. nisi quod* particula *habent* 18 sollicitat *Fabr.* scilicet *pr. m. cod.* solicitet *in marg. cum Med.* *post* cetera *lacunam signaui;* similia aut *cod.* similia. Aut aedi *Med.* similiter ἀντίθετα hoedi *Fabr.* 24 E contr. est ant. c. o. opposuit *Fabr. Pat.* E c. ē. ant. c. o. posuit *Med.* 25 ualet *Pat. Med.* uult *Fabr.* 26 magis *Pat. Med.* maiores *Fabr.*

1* *Georg. II 467* 2* *Georg. I 205* 3* *Aen. VIIII 665*

bore culpante nunc aquas nunc sidera torrentia agros nunc iniquas i. e. nimias et graues hiemes *ACR*.

non uerb. gr. u. f. m. Per zeugma ex superiore et hic accipiendum *sollicitat*. *Fundus* autem *mendax* merito dicitur qui plerumque cultoris sui spem fallit non perferens ad maturitatem fructus quos ostenderat *POR*.

arbore. Quae florum ubertatem non perferat ad fructum pomorum, ut Vergil. cum de fructifera loquitur:[1*]

Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat totidem auetumno matura tenebat *ACR*.

30—32. *arbore n. a. c. n. t. a. s. n. h. i.* Hic illud ostendit quod dixerat: *fundusque mendax*. Plerumque autem sterilitas arboris euenit per nimias aquas interdum per siccitates aliquando per uiolentiam frigorum *POR*.

33. *contracta p. ae. s.* Bene dixit *pisces* non beluas ut augeret breuitatem angustiati maris quam exiguitas tanta sentiret *ACR*.

contracta p. a. s. Transit ad eos qui per nimiam luxuriam elaborant sibi aedificia in mari ponere *POR*.

34. *iactis i. a. m.* Verbo ipso usus est fabricantium. *Iaci* enim in mare moles dicuntur quotiens excluditur aqua *ACR*.

35. *caementa*. Fundamenta ubi aedificium consistit *ACR*.

redemptor. Fabricae susceptor aut certe qui redimat terras cum famulis et easdem fastidiat maria struens. Ordo est: frequens redemptor et dominus fastidiosus terrae cum famulis demittit huc caementa *ACR*.

37. 38. *sed timor e. m. sc. e.* Ad illa redit quae beatam uitam adimant, ostendens nec mari nec terra quemquam posse auaritiae aut animi sui uitia fugere *ACR*.

sed t. e. m. sc. e. Redit ad illa quae beatam uitam adimunt *POR*.

40. *post eq. s. a. c.* Id est: quocumque ierit auarus siue

1 nunc *ante* agros *male Fabr. add.* 4 sollicitat *om. libri omnes* 7 perferat *cod. Med.* prof. *Fabr.* 15 beluas *cod. Med.* bell. *Fabr.* 21 quotiens *cod. Med. ubique*

1* *Georg. IIII 142*

in mare siue in aera siue per terram, semper sequitur illum atra cura *ACR.*

neque decedit ae. tr. p. e. s. a. c. Hic ostendit neque terra neque mari quemquam posse effugere insita animi uitia *POR.*

41. *quod si d.* Superfluum dicit ambitum fabricandi et diuitiarum appetitum dum dolores et maerorem auferre non possunt *ACR.*

quod si d. n. ph. l. n. p. s. cl. Sensus est: Si dolorem corporis animique nulli diuitiarum apparatus excludere possunt cur laboremus in acquirenda re? *POR.*

nec phrygius l. Synnadicus. In Synnada enim Phrygiae ciuitate marmora ipsa caeduntur *ACR.*

nec phr. l. Marmor est Synnadicum. Synnada enim esse dicitur urbs Phrygiae iuxta quam hoc marmor caeditur *POR.*

42. *nec p. s. cl.* Non enim omnem purpuram sidere clariorem intellegi uult *POR.*

44. *achaem. c.* Persicum; Achaemenii enim Persae dicti ab Achaemene rege. Vnde *costum* uenit *ACR.*

achaem. c. Odoramentum est quoddam gratissimum. Achaemeni autem Persae dicuntur ab Achaemene rege qui quondam totum orbem tenuit *POR.*

45. *inuidendis p.* Ambitiosis ianuis, ut est: [1*]

Nec uarios inhiant pulchra testudine postes *ACR.*

cur inuid. p. Id est magnificis ac nobilibus *POR.*

46. *sublime.* Aut altum aut marmoribus ornatum intellegitur *ACR.*

et nouo sublimi r. m. a. Ordo est: Ritu nouo sublime atrium cur moliar? *Sublimitatem* autem et ad multitudinem referre possumus et ad magnificentiam *POR.*

moliar. Extruam, ut: [2*]

Molirique arcem et manibus subuoluere saxa *ACR.*

47. *cur ualle p. sab. d.* Si sollicitudine careri non potest nec commutationibus debent augeri diuitiae *ACR.*

13 Synnadi *libri.* Synnada *scripsi quode cfr. Forc. lex.* 14 urbs *addidi.* (Dicuntur *libri quia etiam* Synnada, orum *extat*) 18 unde costum uenit *fort. cum COM. CR. post* persicum *collocanda sunt* 32 carere *libri.* careri *corr.*

[1*] *Georg. II 463* [2*] *Aen. I 424*

cur u. p. s. d. op. Cur, inquit, relicto sabino agro ubi securam uitam ago contentus appetam amplissimas domuum fundorumque possesiones quae mihi oneri et molestiae sunt *POR.*

48. *operosiores.* Cum magno opere acquisitas ac si diceret laboriosiores *ACR.*

CARMEN III 2.

Angustam. Hanc oden generaliter ad amicos scribit, commonens beatiorem uitam feliciorcmque esse pauperi, suadens, ita adulescentes institui debere ut paupertate et exercitio ad militiam firmentur *ACR.*

Angustam amice p. p. Suadet breuiorem uiam faciliioremque esse pauperi ad beatam uitam si ita instituatur ut in subiectis ostendat *POR.*

1. *angustam.* Difficilem arduam *ACR.*

2. *robustus u. m. p.* Hoc est: cum ita robustus est ac per hoc cum adulescens est. *Acri militia* aut in acri militia accipe aut per acrem militiam *POR.*

3. *Parthos.* [Pro quibuslibet hostibus.] Species pro genere *ACR.*

et Parthos f. Parthos pro quibuslibet hostibus accipe *POR.*

5. *sub diuo.* In campo, ut: [1*]

in ripa gelidique sub aetheris axe *ACR.*

et trepidis. Aut in bellis in quibus semper trepidatur aut in periculosis laboribus. Sic educatum inquit adulescentem ita clarum esse debere gloria bellicarum rerum nt etiam mulieribus et puellis hostium notus sit ipsa assiduitate bellandi *ACR.*

1. 2 ubi securam *Pat.* sub quo sec. *Med. Fabr.* 8 faciilioremque *cod. Med.* 9 adulesc. eorum *cod.* 11 amice *Pat Med.* amici *Fabr.* 13 ostendet *libri* 14 *hoc schol. om. cod. Med.* 16 Acri autem mll. *Fabr.* autem *om. Med. Pat.* 18 *uerba inclusa om. cod. Med.* 21 diuo *cod. Med.* dio *Fabr.*

1* *Aen. VIII 28*

6. *illum ex m. h.* Tam clarus sit inquit in gloria bellicarum rerum adulescens ut uulgo etiam mulieribus et puellis hostium notus sit, quae utique nisi frequentes in bello non prospiciunt *POR.*

9. *suspiret.* Cum illum prospexerit timore suspiret, ne aut maritus eius aut sponsus militem romanum prouocans, nescius artis bellicae intereat. Ordo est: Prospiciens illum ex hosticis moenibus matrona bellantis tyranni et adulta uirgo suspiret: 'Eheu' ne regius sponsus rudis agminum lacessat leonem asperum tactu quem rapit cruenta ira per medias caedes. Seruauit metaphoram ut quia romanum militem leoni comparauit adderet impetum, [ut: [1*] Contra tela furit] *ACR.*

10. 11. *asperum t. l.* Hoc est qui asper est ut leo; *asperum tactu* autem qui si tactus i. e. laesus est asperatur *POR.*

14. *mors et f.* Fugacem .... qui fugat agentis est non patientis. Ostendit uero eos magis periclitari qui fugiunt *ACR.*

mors et f. persequitur u. Hic ostendit eos maxime periclitari qui fugiunt *POR.*

15. *iuuentae.* Genetiuus est; ab eo enim quod est *iuuenta iuuentae* declinatur *ACR.*

16. *timidoue t.* Hoc est fugientium, ut est: [2*]

et in tergum fugientibus ingerit hastas.

Tergum autem pro quibuscumque membris posuit posterioribus quae uulnerari solent his qui in proelio fugiunt *ACR.*

17. *uirtus.* Virtutem per se claram ornare honores non ornari dicit ab honoribus. *Repulsam* uero meruisse dicebantur

9 ehu *cod.* heu heu *Med.* 11 quia — comparauit *cod. Med.* qui — comparauerat *Fabr.* 12 *uerba* ut: contra t. f. *om. Med.* 16 *lacunam signaui fort. sic explendam:* qui fugit non qui fugat quia fugat agentis etc. *Apud COM. CR. est:* Fugientem. Ost. — fugiunt. Est et fugax a fugo; sed hoc ag. e. n. pat. (*At* fugax *a* fugo *non extat*) 17 uero *addidi* 24 hinc raptas fugientibus i. h. In tergum *sic apud Vergil.* 27 *hoc scholion in libris non hoc loco sed ad uers. 21 legitur; cuius transpositionis causa in eo quaerenda quod uterque uersus* uirtus *uoce incipit* 28 meruisse *cod. Fabr.* habuisse *Med. COM. CR.*

1* (?) 2* *Aen. VIIII 760*

qui honorem petentes repudiati fuissent. Quod cum euenisset Catoni uiro claro, uirtutis suae conscius corruptum populi iudicium contempsit et hoc quidem iuxta Stoicorum sectam qui dicunt uirtutem solam sufficere ad beatam uitam. Modo uero generaliter *repulsa* accipienda est: uirtutem infamem ac sordidam numquam esse posse *ACR.*

17. *uirtus r. n. s.* Haec de Stoicorum secta sunt qui dicunt, uirtutem solam sufficere ad beatam uitam. *Repulsam* autem generaliter accipit pro infamia ac turpitudine. Hoc enim ait: Virtus infamis ac sordida numquam esse potest *POR.*

18. *intaminatis.* Incorruptis aut sine macula repulsae *ACR.*

19. *secures.* Pro fascibus posuit aut pro potestate, ut: [1*] Saeuumque securi Aspice Torquatum. Hic itaque talis dum in se habet honorem nec ex populi potestate sumit nec ab alio dignatur accipere *ACR.*

nec sumit aut p. s. a. p. au. Id est: haec potestate propria coronatur nec quisquam alius illi auferre potest quod in ipsa posita est *POR.*

20. *arbitrio p. a.* Populi fauore, ut Lucanus: [2*]

popularibus auris
Impelli plausuque sui gaudere theatri;

et Verg.: [3*] Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris *ACR.*

21. *recludens cael.* Aperiens etiam caelum, ut: [4*]

ardens euexit ad aethera uirtus *ACR.*

22. *negata uia.* Vt Verg.: [5*] Insuetum per iter *ACR.*

negata temptat iter uia. Negata scil. omnibus. Hic autem intellegi uult per uirtutem acquirere posse homines immortalitatem qui mortali conditione sunt *POR.*

3 et hoc tamen *libri.* et hoc quidem *uide num recte emendauerim* 18 nec sumit nec ponit *Med. Pat.* 19 nec q;a nō alius *Pat.* nec quia non a. *Med.* quia non alius *Fabr.* 29 temptat ire *Pat.* tentat ire *Fabr.* t. i. *Med. Ceterum hoc schol. cum duobus seqq. in Pat. et Med. sedem mutauit*

1* *Aen. VI 824* 2* *Lucan. I 132* 3* *Aen. VI 816* 4* *Aen. VI 130* 5* *Aen. VI 16*

23. *coetusq. u.* Vilium hominum consortia *ACR.*

24. *spernit h.* Vt Verg.: [1*] T e r r e n i q u e h e b e t a n t a r t u s et alibi: [2*] q u a m e q u o q u e p o s s i m T o l l e r e h u m o *ACR.*

fugiente penna. Tamquam ipsius uirtutis fama terras fugiens caelum petat *ACR.*

25. *est et. fid. t. s.* Ostendit uirtutem etiam secreti tenacem *ACR.*

est e. f. t. s. Inter uirtutes scilicet *POR.*

26. *uetabo.* Ordo est: uetabo sit mecum sub eisdem trabibus et soluat mecum fragilem phaselon qui uulgauit sacrum Cereris. *Sacra Cereris* mystica erant nec ea uulgari licebat propter hoc quod occulte consiliis usa est donec filiam suam repereret. Vnde et Vergilius: [3*] e t f i d a s i l e n t i a s a c r i s. Et dicit se cum sacrilego nec nauigare nec manere uelle ne inuoluatur illius [poena et] periculis *ACR.*

uetabo q. C. s. uulgarit ar. Absit, inquit, ut sub eodem tecto mecum sint et cum his nauigem qui linguam suam usque ad proditionem mysteriorum Cereris producunt *POR.*

29. *soluat.* *Soluere* dixit in pelagus [nauim] dimittere: [4*] S o l u i t e u e l a c i t i *ACR.*

phaselon. *Phaselus* uelox et oblonga nauis est, ut Vergilius: [5*]

E t p i c t i s c i r c u m u e h i t u r s u a r u r a p h a s e l i s *ACR.*

30. *neglectus incesto addidit.* Hoc est ad supplicium incesti i. e. noxii *ACR.*

integrum. Innocentem, ut: [6*] I n t e g e r u i t a e s c e l e r i s q u e p u r u s *ACR.*

31. *antecedentem.* Praeeuntem; tamquam raro poena

11 phaselon *cod.* phaselum *Edd.; item ad uers. 29* uulgauit *cod. Med. Fabr. non* uulgarit *ut meliores codd. Horatt.* 12 ea *addidi* 14 *pro* et fida *libri Verg.* hinc fida 15 sacrilegio *Fabr.* 16 *uerba* poena et *om. cod. Med.* 20 nauim *om. cod. Med. COM. CR.* 24 pictis — phaselis *cod. Med. et optt. codd. Verg.* picto — phaselo *Fabr.* 25 *in lemmate* inc. addidit *addidi*; *quod si nolueris maior lacuna statuenda ex COM. CR. fort. sic explenda:* Contemptus. Hoc est a. s. i. i. e. noxii addidit integrum

1* *Aen. VI 732* 2* *Georg. III 8* 3* *Aen. III 112* 4* *Aen. IIII 574* 5* *Georg. IIII 289* 6* *Hor. Carm. I 22, 1*

deserat scelestum et quamuis tarde tamen puniat meritum nec ab eo possit euadi nec effugi. Vergilius: [1*]

Distulit in seram commissa piacula mortem *ACR.*

31. 32. *raro a. sc. d. p. p. claudo.* Hoc proximum est illi quod dicitur deos iratos pedes laneos habere quia non numquam tarde ueniunt nocentibus. Secundum haec ergo *poena pede claudo* dicta est quam raro deseruisse antecedentem scelestum ait. Significat difficile non esse persequi eum cui ob meritum aliquod poena debetur *POR.*

CARMEN III 3.

Iustum et ten. In secta stoica hoc dicitur: Iustum uirum honestique propositi non terreri ciuium opinionibus uel minis exigentium ut aliquid forte rationi contrarium fiat. Ordo est: Iustum uirum et tenacem propositi non quatit solida mente ardor ciuium iubentium praua *ACR.*

Iustum ac. ten. p. u. Non est alia haec ode ac superior sed illi adhaeret. Quare falluntur qui eas separant quippe quae manifeste cohaereant. In secta stoica et hoc dicitur, iustum uirum honestique propositi non terreri ciuium opinionibus exigentium ut aliquid contra rationem faciat *POR.*

2. *ardor p. i.* Seditio iniqua sperantium *ACR.*

3. *uultus.* Seueritas. — *Instantis tyr.* Imminentis terrentis *ACR.*

4. *mente solida.* Dicit iusti ac constantis uiri solidam mentem quae minis non quatitur tyranni; aut certe *mentem* pro *consilio* intellegi uoluit, ut Verg.: [2*]

9 poena *om. Pal. Med.* 10 et *libri, contra apud Porph.* ac *libri* 12 exigendum *cod. Med.* 13 *ordinem qualis in libris est:* Iustum uirum mente sol. et ten. prop. non *etc. seruare nolui* 15 *priorem partem qua docetur hanc oden cum praecedenti cohaerere Med. et Pal. ualde mirum est quod habent ad uers. 17. Cfr. ibidem* 18 honesti *libri.* honestique *correxi*

[1*] *Aen. VI 569* [2*] *Aen. XII 554 (et V 827 cfr. adnot. crit. pag. seq.)*

Hic mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit et:[1*]
Qua facere id possis nostram nunc accipe mentem
Et graditur a populo ad regem a rege ad elementum ab elemento ad deum a deo ad mundum *ACR.*

non u. i. ty. m. q. s. Id est eum quem iustum ac tenacem propositi ait; ergo sensus est: Sapientem uirum non quatit i. e. non conturbat minax uultus tyranni, ideo scilicet quia solida mente est i. e. firma et constanti *POR.*

5. *inquieti.* Scilicet Austro duce [cuius commotione mare sequatur]. Vnum pendet ex altero *ACR.*

6. *Adriae.* Masculini generis est..... *ACR.*

7. *si fractus ill. o.* Ad emphasin animi constantis rettulit. Lucanus:[2*] sic cum ruit arduus aether Terra labat *ACR.*

9. *hac arte P.* Hac uirtute *POR.*

h. a. P. e. uagus Herc. Qui orbem omnem peragrauit, ut Verg.:[3*]
Nec uero Alcides tantum telluris obiuit *ACR.*

et u. Herc. *Vagus* dictus est quia orbem terrarum peragrauit *POR.*

10. *enisus.* Incumbens *ACR.*

arces a. igneas. Id est sidereas ac per hoc caelestes *POR.*

1 *pro hoc priore uersu in cod. et Med. hic est:* Hic patris Aeneae suspensam blanda uicissim Gaudia pertemptant mentem *(Aen. V 827) quae eadem nostris duobus exemplis praemittit COM. CR.* 4 Et hoc anget per enfasin et graditur a populo *cod.* Et h. a. per ecbasin e. gr. a p. *Med.* Et h. a. per ἔκβασιν et gradus; nam a populo *Fabr. In fine* labitur *Fabr. Med.* terra labet *cod. Vnde patet uerba seq. scholii hic male repetita fuisse* 10. 11 *uerba inclusa om. cod. Med. hic et in seq. schol. add.* (c. commotionem m. s.) 11 ex altero *cod. Med.* ab alt. *Fabr.* 12 *lacunosa puto haec* 14. 15 terra labat *hic om. cod. (uid. supra ad u. 4) et Med. Apud Lucan. haec habes:* quis cum ruat a. ae. T. labet. *Ceterum cfr. adnot. supra positam sub 4*

16 *hoc schol. om. Fabr.* hac arte P. hac u. *(sic!) Med.* hac arte. Hac animi uirtute *COM. CR. Vt nos Pat.* 22 *hoc schol. cum seq. uulgo confunditur:* Enisus incumbens semidei etc. *cod.* Innisus inc. semidei *Med.* Iunixus. Recumbens incumbens. Semidei etc. *Fabr.*

1* *Aen. I 676* 2* *Lucan. II 290* 3* *Aen. VI 801*

11. *quos inter A.* Bene quia et ipse uirtutis cultor est *POR.*

recumbens. Semidei uocabantur qui ob merita deorum adhibebantur conuiuiis; quod Horatius modo Augusto dedit sicut Vergilius Aeolo:[1*]

tu das epulis accumbere diuum *ACR.*

12. *purpureo.* Pulchro, ut est:[2*] roseoque haec insuper addidit ore *ACR.*

purpureo b. o. n. *Purpureo ore* claro et splendido, ut Verg.:[3*] Lumenque iuuentae Purpureum *POR.*

nectar. Potus numinum *ACR.*

bibet. Vtcumque ad hoc meritum peruenerit uia uirtutis *ACR.*

13. *hac.* Virtute scilicet *POR.*

hac te merentem. Quasi militantem *ACR.*

merentem. Merentem quomodo accipimus, utrum simpliciter dignum, an ut mereri stipendia milites dicimus? *POR.*

15. *collo trah.* Potentiae numinis dedit iugo feras subdere. [Ideo quantum ad mortales *indociles* quantum ad potentiam Dionysii ex more doctas] *ACR.*

indocili i. c. t. Alioquin indocili; non utique etiam sub Libero qui eas docuerit iugum suum trahere *POR.*

hac Quirinus. Virtute animi. Quirinum siue Romulum in honorem Augusti laudat et ipsum ut Martis filium, deum pro uirtute factum, Acherontem mortuis deputatum uitasse

8 *inde ab hoc schol. usque ad uers. 16 in libris omnia ita disiecta et lacerata sunt apud Acr. ut nullo pacto in integrum restitui posse uideantur:* ore. bibet ut cumque ad hoc meritum peruenerit uirtutis uia nectar potus numinum hac te iubet quasi militantem collonis dedit iugo feras subdere ideo quantum a. m. ind. q. ad potestatem Dion. ex more doctas hac quae uirtute animi *etc. cod. Paucis mutatis Med. sic:* ore. Bibet — numinum. Hac quasi mil. collo trahi pot. num. dedit. Collo trahentes potent. num. dedit — potentiam Dion. — hac uirt. animi *etc.* — *Fabr.* ore. Nectar] p. num. — Hac te mer.] Vtcunq. ad hoc meritum peru. an uirtutis uia. An merentem quasi milit. — Collo trah.] Potentiae etc. doctas. Hac.] Virtute animi *etc. Hisce subsidiis restitutionem uix templandam esse putamus; Porphyrionis scholia minore clade adfecta apparent*

1* *Aen. I 79* 2* *Aen. II 592* 3* *Aen. I 590*

confirmat. *Equos* uero *Martis* pro *pugnando insigni* posuit *ACR.*

17. *consiliantibus.* Consilium habentibus dis de recipiendo Romulo in numerum deorum *ACR.*

g. e. consil. I. diuis. Consiliantibus nunc in consilio agentibus intellegendum. Est autem sensus: .... Significat hoc Romulum in caelum receptum Iunone mitigata Romanis quibus aliquamdiu propter iram quam in Troianos habuit irata fuit *POR.*

18. *Ilion Ilion.* Repetitio nominis interdum iracundiam interdum laudem significat, ut: [1*] Ah Corydon Corydon quae te dementia cepit et: [2*] Ex illo Corydon est tempore nobis. Ordo est: Fatalis et incestus iudex et peregrina mulier uertit in puluerem Ilion Ilion damnatum mihi et castae Mineruae cum populo et fraudulento duce, ex quo Laomedon destituit deos pacta mercede *ACR.*

Ilion Ilion. Haec iam Iunonis uerba sunt in consilio *POR.*

19. *fatalis.* Alexander per quem deleretur Ilion, ut: [3*] Cum fatalis equus saltu super ardua uenit — P. *ACR.*

20. *et mulier p. u. Peregrina* dixit ad exaggerationem, ut Verg.: [4*]

Femina qua nostris errans in finibus urbem
[Constituit] *ACR.*

21. *ex quo d. d.* Laomedon enim pro murorum Troiae perfectione non soluerat uotum numinibus promissum, ut Vergilius: [5*] necdum
Laomedonteae sentis periuria gentis? *ACR.*

6 *lacunam signauimus de explenda eadem nimis dubii.* Iunone elocuta quae erat cum diis apud quos consilio loquebatur gratum locuta consiliantibus *libri. Hisce Med. Pat. haec subiungunt:* Non est alia haec oda etc. *(cfr. ad uers. 1)* quippe cum manifeste haereat hoc modo. Hac Quirinus M. e. A. f. gr. elocuta consil. Iun. diis 14 *post alterum* Ilion *addit Fabr.* inquam *quod quid sibi uelit nescio; in cod. et Med. deest* 19 Ilion *Fabr. Med.* et alium *cod.* 21 Peregrinam Helenam dixit *Fabr. Vt nos cod. Med.* 24 constituit *om. cod. Med. Apud Verg. legitur:* Exiguam pretio posuit

1* *Bucol. II 69* 2* *Bucol. VII 70* 3* *Aen. VI 515* 4* *Aen. IIII 211* 5* *Aen. IIII 541*

23. *damnatum*. [Traditum] Destinatum ad perdendum. Verg.: [1*]

hic Iuno seaeas saeuissima portas
Prima tenet.

Bene autem *castae* qui *incestus iudex* dixerat *ACR*.

mihi c. damnatum M. Pro *a me* damnatum scil. Ilion [cestusque] *POR*.

25. *Lacaenae a.* Helenae Menelai uxoris quam Alexander pulchritudine sua et ornatu persuasam rapuit. Verg.[2*]

At non sic phrygius penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam troianas uexit ad urbes *ACR*.

iam n. L. sp. ad. f. h. Eleganter haec dicuntur quasi ostendat Iuno se ad satisfactionem usque ultionem percepisse de Troianis *POR*.

26. *famosus h.* Infamis qui fidem uiolauerit hospitii hospitis coniugem rapiendo *ACR*.

nec Pr. d. Domum pro genere posuit. Paris enim fuit Priami filius. Verg.: [3*]

Da propriam Thymbraee domum da moenia f. *ACR*.

28. *hectoreis op.* Vt: [4*] decimum quod distulit Hector in annum. Opes autem pro auxiliis ponuntur tamquam sint auxilio uitae, ut Terentius: [5*]

Iunó Lucina fér opem serua me óbsecro *ACR*.

29. *nostrisque duct. s. b.* Id est quod tantum fuerat ut deorum seditionibus hoc est discordiis et dissensionibus in decennium traheretur *ACR*.

30. *resedit*. Finitum est; ut: [6*] omnisq. repente resedit Flatus *ACR*.

protinus. Dehinc, ut Vergilius: [7*]

Mos erat hesperio in Latio quem protinus urbes
Albanae coluere sacrum *ACR*.

1 traditum *om. cod. Med.* 7 cestusque *Pal. Med. recte om.* 8 Lacaenae. Adulterae H. *male interpungit Fabr.* (adulterae *uel om. cod.*) 19 patriam *pro* propriam *COM. CR.*

1* *Aen. II 611* 2* *Aen. VII 363* 3* *Aen. III 85* 4* *Aen. VIIII 153* 5* *Ter. Andr. III 1, 15 (473) Fleckeis.* 6* *Aen. VII 27* 7* *Aen. VII 601*

31. *et inuis. n.* Odiosum sibi Romulum dixit; per genus enim Romuli Carthago deleta est. *Nepos* autem Iunonis fuit per Martem quem Iouis et Iunonis filium Homerus affirmat. *ACR.*

32. *troica.* Pro troiana. Ilia enim Troiana genere fuit, ut Verg.:[1*] donec regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia pr. *ACR.*

33. *Marti redon.* Quamuis sit de troiano genere pro patre suo Romulum regnare concedam *ACR.*

34. *inire sedes.* Aedificare; permittam, inquit, illum indigetem fieri *ACR.*

ducere. Propinare, potare i. e. deorum conuiuiis etiam interesse permittam *ACR.*

discere nectaris sucos. Id est assuescere saporibus nectaris *POR.*

36. *quietis ord. p. d.* Philosophi enim hanc beatitudinem dis dederunt qua eos otiosos esse et nihil curare nec alicuius rei sollicitudine teneri dicant semel mundo lege disposito, unde Vergilius:[2*]

Scilicet is superis labor est ea cura quietos
Sollicitat *ACR.*

37. *dum longus i. s. Ilion.* Tolerabilius se ferre confirmat ut longo spatio maris intericeto Romae regnent potius Troianorum nepotes quam ut Ilion fruatur imperio *ACR.*

dum long. Dum longe sit, inquit, ab Ilio Roma in qualibet parte orbis Romani quantum in me est regnent. Eleganter hic peruicacia iratae in Troianos deae exprimitur *POR.*

39. *regnanto.* Pro, regnent. [Secunda pro tertia persona est, ut .et illud uergilianum:[3*]

1 *in libris est:* dixit; nepos enim — affirmat; per genus autem — deleta est. *Nos correximus* 8. 9 patri suo *libri.* pro p. s. *COM. CR.* 10 uel *libri.* illum *correxi* 14 discere *Med. Pat.* ducere *Fabr.* sucos *Med.* succos *Fabr.* succum *Pat.* 24 ut illo fruantur imperio *cod. Med.* 25 *hoc schol. in libris coniungitur cum schol. ad u. 34; nos addito lemmate huc reduximus* 26 regnet *Fabr.* 28 *aut mirum additamentum inest in uerbis:* Secunda etc. *aut locus est lacunosus.* (ut sunto pro sint futuro pro praesenti *(sic !) COM. CR.*) *Videtur autem qui haec conflauit in suo poetae exemplari* regnato *habuisse pro* regnāto

1* *Aen. I 273* 2* *Aen. IIII 379* 3* *Aen. V 314*

Tertius argolica galea hac contentus abito] *POR.*

41. *insultet a.* Libere superuagetur et conculcet, ut: [1*] Insultare solo et gressus glomerare superbos *ACR.*

dum Pr. P. busto i. arm. Hoc est, pascendo supergrediatur *POR.*

42. *inultae.* Illaesae securae. Siluosis enim et desertis locis ferae catulos tuto celant, ut: [2*] siluas et lustra ferarum *ACR.*

et catulos f. c. i. Perite, quasi desertam esse uelit Troiam *POR.*

stet Capitolium. Dummodo Ilion ruat *ACR.*

43. *triumphatisque M.* Species participii est, ut: [3*] quondam regnata Lycurgo et: [4*] bacchatamque iugis Naxon et: [5*] triumphata Coryntho et: [6*] regnata per arua *ACR.*

44. *dare i. Medis.* Medos hic pro omnibus gentibus posuit ac si diceret per triumphum subditis hostibus leges imponat *ACR.*

horrenda l. n. i. u. Non perpetuo epitheto horrendam Romam dicit sed barbaris horrendam *POR.*

45. *qua medius liq.* Gaditanum mare dicit; inde enim incipit Europa secerni a Libya *ACR.*

qua m. l. s. E. ab A. Gaditanum fretum significat; inde enim incipit discerni Europa a Libya *POR.*

47. *ab Afro.* Ab Africa synecdochicos i. e. per quae loca diuiduntur Europa et Africa duae partes mundi *ACR.*

48. *qua timidus r. a. Nilus.* Non semper tumidus sed turgidus tum cum rigat *POR.*

49. *aurum inrepertum.* Etiam Roma aurum contemnet quod multo utilius est omnibus hominibus cum latet adhuc sub terra; minus enim causas auaritiae praestat. Fortiorem ergo dicit Romam contemnendo aurum fore quam in usus co-

1 hac galea *apud Vergil.* 7 saltus ac lustra *apud Vergil.* 11 *hoc schol. om. cod. Med.* 19 perpetuum epitheton *Pal. Med.* 23 mare fretum *(sic!) Pal. Med.* 29 inrepertum *cod.* irr. *Edd.* 30 omnibus *add. ex cod. Med.*

1* *Georg. III 117* 2* *Georg. II 471* 3* *Aen. III 14* 4* *Aen. III 125* 5* *Aen. VI 836* 6* *Aen. VI 793*

gendo. Veteres enim Romani in hoc plurimum potuerunt quod amatores paupertatis diuitias posthabebant, ut: [1*] paruoque potentem Fabricium et te sulco Serrane serentem. Ordo est: fortior spernere aurum inrepertum et sic melius situm cum terra celat quam cogere in usus humanos dextra rapiente omne sacrum *ACR.*

aurum inrepertum e. s. m. s. c. t. c. s. fortior. Bene aurum utilius ait esse prius quam de metallis effodiatur quoniam effossum causam praestat auaritiae et sceleribus. Populum autem romanum ait constantissimum aurum contemnere merito quoniam apud ueteres paupertas magis in honore erat quam diuitiae *POR.*

52. *omne sacrum r. d.* Sacra enim omnium gentium rapuere Romani non modo aurum. *Dextram* autem aut pro auaritia aut pro bello posuit, ut Vergil.: [2*]

quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames

et Iuuenalis: [3*] Atque omni ex crimine lucrum — Quaesitum *ACR.*

omne s. rapiente d. Non Romanorum scilicet dextra sed deorum qui cogunt aurum in usus romanos. Extrinsecus autem hic accipienda uox est *et,* ut sit: *etiam* sacrum rapiente dextra *POR.*

53. *terminus.* Finis naturae quo mundi spatia terminantur, ad quem adhuc armis dicit perueniri ambitu gloriae siue auri cupidine *ACR.*

54. *qua parte deb. i.* Κεκαυμένην dixit inhabitabilem, ut Vergil.: [4*]

Semper sole rubens et torrida semper ab igni;

in qua incendium ita semper est, ut furor bacchantibus dominetur ideoque dicit *debacchentur ACR.*

1 Veteres enim — posthabebant *simul cum uerbis* et te sulco S. *om. cod. Med.* 3 uel te sulco *apud Vergil.* 13 *hoc schol. uulgo cum praecedenti in unum coniungitur; nos addito lemmate disiunximus* 18 *hunc Acronis locum om. O. Iahnius* 27 *κεραυνομένην Fabr.* cecaumen *cod.* ceraumenen *Med.*

1* *Aen. VI 843* 2* *Aen. III 56* 3* *Iuuen. XIII 24* 4* *Georg. I 234*

uisere g. q. p. d. i. Australem cardinem significat qui est torrentissimus *POR.*

56. *qua neb. p. r.* Septemtrionalem significat cardinem hoc est niualem, ut item Vergilius: [1*] Caerulea glacie concretae atque imbribus atris *ACR.*

57. *sed. bell. f. Q.* Constituo sancio Romanis hoc ius fatorum ut perniciosum habeant per se reparari Troiam *ACR.*

58. *ne nimium pii.* Qui nelint praestare parentibus contra uoluntatem deorum *ACR.*

62. *tristi cl. it.* Hoc ideo quidam dictum uolunt quo Fimbria legatus Cinnae Ilion temporibus sullanis oppugnauerit ac diruerit qui mox seditione militum peremptus est. Ordo est: Fortuna Troiae renascens lugubri alite iterabitur tristi clade me coniuge et sorore Iouis ducente uictrices cateruas *ACR.*

Troiae ren. al. l. f. tr. cl. iterabitur. Ordo et sensus est: Fortuna Troiae alite lugubri i. e. malo auspicio renascens iterata excidio cadet. Hic autem sensus inde conceptus est quod Flauius Fimbria legatus Cinnae Ilium temporibus sullanis oppugnauit ac diruit quem mox seditio militum occidit *POR.*

64. *coniuge m. I. et sor.* Sic Vergilius: [2*]

Ast ego quae diuum incedo regina Iouisque
Et soror et coniunx *ACR.*

65. *ter s. r. m. aeneus.* Hic aut quotiens reparata fuerit diruendam dicit ut finitum pro infinito ponat, aut ter Troiam significat periisse semel ab Hercule secundo a Graecis pro repetenda Helena tertio a Fimbria *ACR.*

67. *ter uxor.* Quidam Andromachen intellegi uolunt propter Hectorum et Astyanacta *ACR.*

69. *non haec iocosae conuenient l.* Id est, non talia con-

7 reparare *libri* 8 *ante* praestare *ex COM. CR. fort. addendum fuit* iusta 17 renascenti *libri omnes.* renascens *correxi* 24 quotiens *cod. Med. ubique* 25 tertio *Med. Fabr.* tertiam *cod. (aut* ter *aut* ter iam *scribi potest)* 27 repetenda *addidi ex COM. CR.* 30 haec — conueniet *cod. Fabr.* haec — conueniunt *Med. Apud Porphyr.:* hoc conueniet *Med. Pat.* haec conueniet *Fabr. Equidem ex utroque scholio conlegerim* haec conuenient *Hor. scripsisse*

1* *Georg. I 236* 2* *Aen. I 46*

ueniunt nostrae propositioni. A Iunonis uerbis in se poeta conuertitur *ACR.*

non hoc iocosae conueniet l. q. m. t. Nunc his uerbis ad se conuersus poeta ait, non se recte facere quod lyrico carmine cui iocosa conueniant seueriora loquatur *POR.*

70. *peruicax.* Licentiosa uel reprehensibilis *ACR.*

desine peru. r. s. d. Peruicax nunc pro licentiore dicitur *POR.*

72. *modis.* Modulationibus metrorum *ACR.*

et magna m. t. p. Sensus est: Desine magnas res quae heroico carmini magis conueniunt extenuare humilitate lyrici carminis *POR.*

CARMEN III 4.

Descende c. Id est desine loqui de deis. Propterea dixit *descende caelo* tamquam iam uelit musam transire a uerbis Iunonis quae eam uelut in caelo habuisse ostenderat. Ordo est: Tibia descende caelo et Calliope regina age dic longum melos. *Melos* autem specialiter dici nolunt cantum pastoralem; est autem indeclinabile neutri generis *ACR.*

Descende caelo, dic. a. t. Inuocat musam ut se iuuet in carminibus; sed quod ait *Descende caelo* ad illud pertinet quod uelit iam transire a Iunonis sermonibus quos in caelo habuisse eam ostenderat *POR.*

3. *acuta.* Sonora liquida conueniente melodiis *ACR.*

auditis. Dum ad solam Calliopen loqueretur dixit *auditis,* ut: [1*] V o s, o C a l l i o p e, p r e c o r a s p i r a t e c a n e n t i Et quasi deae praesentiam se sentire ait tamquam uenerit inuocata *ACR.*

9 modulationis *Fabr.* 19 et *post* caelo *in lemmate om. libri nostri* 20 *memoratu certe dignum est et Acronem et Porphyrionem hoc carmen cum eo quod praecedit eodem modo coniungere. Falli autem Porph. docuit Ritterus* 24 cum *corrigi uult Ritterus* 25 ut *addidi ex cod. Med.*

1* *Aen. VIIII 523*

auditis? Hic distinguendum et pronuntiandum interrogatiua figura. Dicit autem audire se uocem musae cantus, an numquid hoc imaginor errore mentis quem nimio poeticae studio concepi? *POR.*

an me ludit. Insania est quod appellabatur *ἐνθουσιασμός.* Velut interrogans sodales suos posuit i. e. an dum spero me audiri a te erro et non audior i. e. decipior dulci amore poetico? Ordo est: Videor audiri et uideor errare per pios lucos i. e. uideor mihi audire scil. cantus uestros; tamquam diceret: uere audio cantus et lucis intersum aut errore mentis imaginor quem studio concepi poetico, aut certe per amoenos lucos elysii uere uideo musas errare *ACR.*

audire et uid. p. Hic *pios* dixit pro dis et hoc pro musis dictum est. *POR.*

9. *Vultur. Vultur* mons Apuliae. *Fabulosam* uero nutricem appellauit quod hae fere alumnis suis narrare fabulas solent. Ordo est: Me puerum fatigatum somno et ludo texere palumbes noua fronde in Vulture apulo extra limen fabulosae Apuliae meae nutricis. Prouinciae nomen posuit pro nutricis quia inde Horatius fuit *ACR.*

me f. V. i. apulo Nutricis e. limen Apuliae. Vultur mons in Apulia ubi dicit se poeta educatum a nutrice, quam fabulosam appellauit quod nutrices alumnis suis fere fabulas narrare soleant *POR.*

11. *ludo f. s.* Ordo est: Me puerum fatigatum ludo et somno texere palumbes noua fronde in Vulture apulo extra limen Apuliae fabulosae nutricis; prouinciae nomen pro nutrice posuit *POR.*

3 aut numquid *libri.* an *scripsi. Ceterum ne sic quidem scholion bene se habet* 5 insania est *addidi et cum uerbis* quod app. *ἐνθουσιασμός quae uulgo in fine praecedentis scholii ponuntur huc transduxi. Hoc quoque scholion aliis purgandum relinquo* 18 appulo *et* appuliae *Med.* 21 appullo *et* Apuliae *Pat. Med.* nutricis *omnes et Acronis et Porphyrionis libri* 22 a nutrice *om. Med. Pat. Ceterum noli cum Rittero haec pro nugis habere; immo nutricis nomen pro* Apuliae *restituendum certo certius uidetur; Froehnerus in Philologo XII 1 et* Pollia *et* Pullia *quattuor locis ex inscriptt. comprobauit; ego nunc scripserim* nutricis extra lumina Pulliae *pro eo quod in 'Emendatt. meis Venusinis 1856' proposui* prouidae

12. *fronde noua.* Viridi non antiqua nec arida, quae odore et umbra somnos nutriret. Sic Verg.: [1*]
F l o r i b u s et d u l c i a s p i r a n s c o m p l e c t i t u r u m b r a *ACR.*

14. *Acherontiae.* Acherontia ciuitas est Apuliae contermina Lucaniae quam ob hoc nidum appellauit quia parua est et in montis constituta summitate sicut nidi auium in summis arboribus *ACR.*

quicumq. c. n. Ach. Acherontia oppidum est Lucaniae quam nidum appellat quod parua est et in summo monte constituta, sicut nidi auium in summis arboribus solent esse *POR.*

15. *saltusque bantinos.* Bantia ciuitas est Apuliae contermina uenusinae ciuitati. Huius territorium pascuis amoenatur cui campi subiecti siue uiciui sunt qui *matini* appellantur nunc abusiue *ACR.*

saltusq. bantinos. Bantia oppidum est in Apulia *POR.*

16. *humilis Forenti.* Forentum oppidum est Apuliae uenusinae ciuitati uicinum quod *humile* appellauit quia in ualle situm est; sed nunc sine habitatore est *ACR.*

et aruum p. t. h. Forenti. Forentum oppidum est et ipsum in Lucania quod ideo *humile* appellauit quod in ualle est positum *POR.*

18. *premerer.* Tegerer defensarer *ACR.*

19. *sacra lauroq. coll. m.* Laurum sacrum ait non propter solum Apollinem sed etiam propter se, eo quod paruus extra limen Apuliae expositus lauro et myrto columbis deferentibus tectus sit in omen futuri poetae. Laurus enim dicata Apollini est et myrtus Veneri [quae lyrae erat et luxurioso futura] cum lyrico carmine res uenereas describeret *ACR.*

ut premerer s. l. c. m. Sacram laurum non ideo tantum

12 batinos *Fabr.* banthinos *cod. Med. item* banthia *cod. Med.* Batina *Fabr. Cfr. Liu. XXVII 24 ubi legitur* Venusiam Bantiamque *ex optt. codd.* 16 batinos *et* Batina *apud Porph. libri omnes; sed hic quoque ueram scripturam reduxi* 17 Forentum *pro* Ferentum, *quod in omnibus libris est et apud Acr. et apud Por. restitui* 28 *uerba inclusa non adsecutus sum et pro* dum *scripsi* cum

1* *Aen. I 694*

dixit quod sit in tutela Apollinis sed etiam quod uelit se diuinitus ea coopertum a columbis intellegi *POR.*

20. *non sine dis a. i. Impauidus,* ut:[1*] animosum pectus honesti Spadices. Ordo est: Camenae, ego infans animosus non sine dis uester tollor in arduos Sabinos etc. Prodigium autem [fauore] diuinitatis et securitatis suae fuisse confirmat tamquam si numen sibi inesse uelit intellegi. Vbicumque sum, inquit, uester sum, o musae, cuius infantiam uos custodisse manifestum est, significans quod ubique nihil aliud quam studia musarum scribendo carmina colat, ut est:[2*]

Me uero primum dulces ante omnia musae
Quarum sacra fero ingenti percussus amore
Accipiant *ACR.*

non sine dis a. i. Ideo quia solitudinem nemoris non expauerat cum esset et solus et infans; quod ipsum prodigium dicit diuinitatis cuiusdum quam in se esse intellegi uult *POR.*

21. *uester Camenae u. i. a. t. S.* Vbicumque inquit sum, uester sum, o musae, cuius infantiam manifestum est uos custodisse. Per hoc autem significat se ubicumque fuerit nihil aliud quam studia musica colere *POR.*

23. *supinum.* Montuosum, ut:[3*] Collesque supinos. Situm autem ciuitatis descripsit quia in ascensu montis est constituta *ACR.*

seu Tibur supinum s. p. pl. B. Supinum inquit Tibur ad situm eius montis respiciens, nam in latere montis constitutum est *POR.*

24. *seu liq. pl. B. Liquidae* aut inter aquas constitutae aut deliciosae siue puri aeris *ACR.*

25. *uestris a. f.* Ordo est: Me amicum uestris fontibus et choris non extinxit Philippis acies uersa retro non deuota

5 *fort. a* uester tollor *nouum schol. incipiendum est* 6 fauore *uox quid sibi hic uelit nescio* 10 studia scribendo carmina musarum *sic uulgo uerba ponuntur* 12 percusus *cod.* percussus *Med.* perculsus *Fabr.* (*Apud Vergil. optt. codd.* percussus) 25 aspiciens *libri.* respiciens *corr.* 27 liquidae *post lemma addidi* inter aquas *cod. Med.* in aquas *Fabr.*

1* *Georg. III 81* 2* *Georg. II 475—78* 3* *Georg. II 276*

arbos nec Palinurus sicula unda. Philippis enim a Bruto et a Cassio dimicatum est in quorum parte Horatius fuit *ACR.*

uestris a. f. e. ch. Sub Bruto se militasse Horatius saepe ostendit et periclitatum cum ab Augusto partes eius fusae sunt. Quod periculum nunc ait praesidio musarum se euasisse *POR.*

27. *deuota non e. arbos. Deuota* nunc euitanda ac per hoc execrabilis et detestabilis *POR.*

28. *Palinurus.* Promontorium est Siciliae non a Palinuro Aeneae gubernatore dictum sed ab Hannibale ubi redeuntem se Horatius de Macedonia periclitatum dixit quia est et nauibus periculosus locus *ACR.*

nec s. P. u. Ostendit se etiam in mari circa Palinurum promontorium periclitatum *POR.*

29. *utcumque.* Vbicumque; saepe enim ueteres *ut* pro *ubi* ponebant, ut Verg.:[1*] l a b i t u r i n f e l i x c a e s i s u t f o r t e i u u e n c i s *ACR.*

utcumque m. a. ę. Vtcumque pro *ubicumque* accipe; *ut* enim ueteres nonnunquam pro *ubi* particula ponebant, ut Vergilius in V.: c a e s i s u t f o r t e i u u e n c i s pro *ubi caesis* et Ouidius:[2*]

Q u a q u e f u i t t e l l u s i l l i c e t p o n t u s e t a e r *POR.*

30. *nauita. Nauitam* hic pro nauigante posuit *ACR.*

nauita. Id est nauigans *POR.*

Bosporum. Mare sic a natatu bouis dictum *ACR.*

31. *et urentes harenas.* Calentes. In Assyria enim regione Persarum uehementior est sol; ubi et Antonius dum ad Cleopatram uult reuerti morbo exercitum perdidit *ACR.*

32. *litoris assyrii u.* Ordo est: Et ego uiator libens uisam arentes harenas assyrii litoris et Britannos feros hospitibus et Concanum lactum equino sanguine. *Litus* enim

7 arbor *Med. Pal.* 16 labitur infelix *addidi ex cod. Med.* 19 pro tali particula *libri.* pro u b i part. *correxi* 23 nauitam *cod. Med.* nusquam *(sic!) Fabr.* 26 urentes har. *cod. Med. cum optt. codd. Horatianis.* arentes har. *Fabr.* 30 arentes *hoc loco non* urentes *omnes libri*

1* *Aen. V 329* 2* *Ouid. Metam. I 15*

camporum extremitatem ueteres dieebant. Verg.:[1*] iacet ingens litore truneus et:[2*] eui litus arandum Cuique loei leges dedimus *ACR.*

33. *feros.* Inhospitales. Britanni enim immolare hospites dicebantur *ACR.*

34. *et laetum e. s. Concanum.* Concani gens Hispaniae dieebantur uel ut quidam uolunt Thraeiae qui cum uinum deesset laete et sanguine utebantur; de quibus ait Vergil.[3*] Et lae coneretum cum sanguine potat equino *ACR.*

et laetum e. s. C. Concani Hispaniae gens uel ut alii dicunt Seythiae quos ostendit equino uesci sanguine; de qua Vergil. sie ait: et lae eoncretum e. s. p. equino *POR.*

35. *uisam.* In omnibus subaudiendum est: uteumque mecum eritis *ACR.*

pharetratos Gelonos. Geloni gens Seythiae sagittis potens. Vergil.:[4*] Et gens illa quidem sumptis haud tarda pharetris *ACR.*

36. *inuiolatus.* Intaetus musarum tuitione *ACR.*

amnem. Tanaim aut Histrum, de quo Verg.:[5*]
qua scythieae gentes maeoticaque unda
Turbidus et torquens flauentes hister haren. *ACR.*

et scythicum inuiol. amnem. Seythicum amnem Tanaim significare uidetur. *Inuiolatus* autem ad superiores sensus per zeugma referendum *POR.*

37. *uos Caes. altum mil.* Magnum fortem siue triumpho sublimem. Ordo est: Vos recreatis pierio antro Caesarem altum militia quaerentem finire labores simul abdidit oppidis fessas eohortes. *Fessas* hie non lassas sed a labore quiescentes; ad hiemandum enim de castris ad oppida dueebantur exereitus. *Abdidit:* interius recondidit *ACR.*

7 quibus dum *libri.* qui cum *correxi* 9 concretum *cod. Med.* conceptum *Fabr.* 19 aut Histrum *et priorem uersum Vergilianum om. cod. Med.* 21 hister harenas *cod. Med.* ister ar. *Fabr.* 28. 29 *inepta sunt illa:* Fessas — quiescentes; *fort. scribendum erat:* Fessas i. e. lassas, ut a labore quiescerent *cfr. COM. CR.* 30 *ab* abdidit *nouum schol. uulgo incipiunt*

1* *Aen. II 556* 2* *Aen. IIII 212* 3* *Georg. III 463* 4* *Georg. II 125* 5* *Georg. III 349*

uos Caes. a. m. s. f. c. abdidit op. Etiam Caesarem altum, inquit, uos recreatis cum in hibernis constituit exercitum; per quod etiam Caesarem studiosum fuisse poeticae ostendit *POR.*

39. *finire q. l.* Necessitates bellorum ad praesens releuare *ACR.*

40. *pierio antro.* Musico secreto, ut ostenderet Caesarem poeticae quoque artis studiosum *ACR.*

41. *uos l. c. e. datis.* Per musas i. e. per studia litterarum intellegi uult mentem sapientia roborari. *Lene* enim consilium sapientium ad philosophiae moderationem dicit *ACR.*

uos lene c. e. d. e. d. g. a. Per musas i. e. per studium litterarum ad sapientiam corroborari mentem intellegi uult. *Lene* enim consilium sapientiam dicit *POR.*

42. *scimus ut i. Titanas.* Ordo est: Scimus ut sustulerit impios Titanas caduco fulmine et inmanem turbam, unus qui temperat inertem terram et uentosum mare et qui aequo imperio regit tristia regna et urbes et diuos et mortales turbas *ACR.*

Titanas. Hic per Titanas ostendit uires sine prudentia non solum uanas esse sed etiam sibi aduersas. Vnde et Gigantum posuit exemplum qui irrationabili furore aduersus deos arma sustulerunt *ACR.*

scimus ut impios T. imm. turbam. Hac parte quasi ostendit uires sine prudentia non tantum uanas esse uerum etiam sibi aduersarias. Per quod probat istud quod supra dixerat: *uos lene consilium* datis et dato gaudetis *POR.*

45. *inertem.* Aut quae eos genuerit qui uicti sunt aut quae iacet semper nec agitatur aut fertur motu ut alia elementa, ut Verg.: 1*

D e s p i c i e n s m a r e u e l i u o l u m t e r r a s q u e i a c e n t. *ACR.*

46. *tristia.* De statu suo semper sollicita *ACR.*

49. *magnum i. t. i. I.* Ordo est: illa horrida iuuentus fidens brachiis et fratres tendentes imposuisse Pelion Olympo intulerant magnum terrorem Ioui. Melius intellegitur *horrida iuuentus* quam *horrida brachiis,* ut: 2*

1* *Aen. I 224* 2* *Aen. VI 582*

Hic et Alcidas geminos inmania uidi
Corpora;

aut *brachia* pro uiribus accipienda sunt *ACR*.

50. *fidens i. h. b.* Ordo est: fidens brachiis iuuentus horrida. Melius enim intellegitur *horrida iuuentus* quam *horrida brachiis POR*.

51. *tendentes*. Contendentes montibus montes imponere, ut Verg.:[1*] Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet atque Ossae frondosum inuoluere Olympum *ACR*.

fratresque t. o. P. imp. O. Tendentes pro contendentes. De hoc autem et Vergilius sic loquitur: Ter sunt conati etc. Olympum Ter pater extructos deiecit fulmine montes *POR*.

53. *Tiphoeus et u. M.* Nomina Gigantum recenset *ACR*.

54. *minaci*. Sublimi eminenti, ut:[2*]

mediaeque minans illabitur urbi *ACR*.

aut quid minaci P. st. Sic et Vergilius: mediaeq. minans ill. urbi, nisi quod et in ipsa corporis altitudine minae quaedam uidentur esse atque horror, ut:[3*] minaeque Murorum ingentes *POR*.

55. *euulsisque truncis*. Tantae enim erat uirtutis ut truncos arborum iaceret in hostes *ACR*.

57. *aegida*. Clipeum Mineruae; similiter Vergilius:[4*] Contra Neptunum et Venerem contraque Mineru. Tela tenens

[*Aegis* est pellis caprae Amaltheae qua nutritus est Iuppiter] *ACR*.

58. *ruentes*. Inconsiderate uenientes *ACR*.

hinc. Id est ex parte Iouis *ACR*.

auidus. Propter ignis rapacitatem, ut:[5*]

20 ut *et locum Verg. om. Med. Pat.* 24 similiter *om. cod. Med.* 26 tela teneus *Edd., om. cod.* tela tenent *apud Verg.* 27 Aegis — Iuppiter *haec om. cod. Med.*

1* *Georg. I 281—83* 2* *Aen. II 239* 3* *Aen. IIII 88* 4* *Aen. VIII 699* 5* *Aen. II 757*

Ilicet ignis edax summa ad fastigia uento Voluitur *ACR.*

hinc auidus s. V. Auidum Vulcanum dixit propter ignis auiditatem *POR.*

60. *numquam h. positurus a.* Numquam positurus pro: qui numquam ponet *POR.*

61. *qui rore p. C.* Castalia fons est Lyciae ubi Apollo armentum dicitur pauisse siue in monte Parnaso, ut Vergilius:[1*] Castaliam molli deuertitur orbita cliuo cum Parnasum significaret *ACR.*

qui r. p. C. l. cr. Castalia fons est in monte Parnaso *POR.*

62. *crines s. Solutos* crines dixit significans studium capillorum ut crinem fingens *ACR.*

63. *dumeta.* Nemora; sed propter asperitatem loci *dumeta* dixit *ACR.*

natalemque s. Deli insulae in qua natus memoratur *ACR.*

natalemq. s. Natalem siluam nunc in qua natus est Apollo; aliter *diem natalem* dicimus quo quis natus est *POR.*

64. *patareus.* Patara ciuitas Lyciae in qua Apollo maxime colitur, ut Statius:[2*] seu Lyciae Patareis — Exercent dumeta iugis *ACR.*

delius et patareus A. Delius a Delo insula dicitur, patareus autem a Patara quae est in Lycia *POR.*

65. *uis consili e.* Ignara; generalis sententia est nec specialiter pertinens ad Gigantes: quod robur corporis sine prudentia periculosum sit et inefficax *ACR.*

uis consili e. Haec et generalis sententia est et specialiter praeterea nunc ad Gigantes pertinet *POR.*

66. *uim temp.* Virtutem moderatam etiam a deis dicit iuuari, quod uult ad Augustum reuerti qui et fortis erat et sapiens, per quae ad culmen peruenit imperii *ACR.*

1 illicet *cod.* tecti *Med. Fabr.* uento *cod. et apud Vergil. editt.* 9 Castiliae *Fabr. male* deuertitur *cod.* diuertitur *Edd.* 16 *post* memoratur *uacuum spatium uiginti fere litterarum relictum est quasi graeca aliqua excidissent* 20 saeuae licia paterae *cod. Med. Cfr. Statium ubi sic est in Editionibus:* et si Lyciae Pataraea niuosis Exercent dumeta iugis 29. 30 etiam a deo dicit iuuari *cod.* et ideo dicit iuu. *Med.* et ideo dicit eam iuu. *Fabr.*

1* *Georg. II 293* 2* *Stat. Theb. I 696*

uim temp. d. q. pro. i. m. Hoc ad Augustum uult referri quem scilicet fortem intellegi uult et doctum, per quae ad sublimitatem imperii fama peruenerit *POR.*

67. *item odere uires.* Id est execrabiles dis sunt uires quae omnem iniquitatem animo meditantur *ACR.*

69. *testis.* Superiorem sententiam personarum confirmat exemplis *ACR.*

centimanus g. Briareus, ut Verg.: [1*] Et centumgeminus Briareus *ACR.*

71. *temptator O. D.* Orion uenator fuit qui stuprare conatus Dianam eius sagittis occisus est *ACR.*

notus et i. tempt. O. D. Et hic *testis est mearum sententiarum* accipe. Orion autem Dianam stuprare cum temptasset sagitta eius occisus est *POR.*

73. *iniecta m. t. d. s.* Dolet, inquit, terra quod ita iniecta est super Gigantes ut eos quos filios eius uolunt suis montibus premat; unde Iuuenalis: [2*]
Vnde fit ut malim fraterculus esse Gigantum *ACR.*

iniecta m. t. d. s. Terra, inquit, mater dolet filios suos Gigantes montibus suis se premere *POR.*

74. *maeretque p.* Ita Verg.: [3*] Hic genus antiquum terrae titania pubes *ACR.*

luridum. Squalidum et inferno colore foedatum *ACR.*

75. 76. *nec peredit i. c. i. A.* Aetna mons Siciliae Encelado superpositus quem ad poenae perpetuitatem semper ardere commemorat sicut et Tityi iecur a uulture indefesso pastu non posse consumi, ut Verg.: [4*]

rostroque immanis uultur adunco
Immortale iecur tondens fecundaque poenis —
Viscera nec fibris requies datur ulla renatis *ACR.*

4. 5 uirtutes quae *cod. Med.* 10 temptator *cod. Med. ut solent item apud Porph. Pal. Med.* 18 *locum om. O. Iahn. in Iuu.* 25 suppositus *cod. et hic et apud Porphyr. male Fabr.* superpositus *rell. Edd.* 30 nec fibris — renatis *om. cod. Apud Verg. post* uiscera *sic pergitur* rimaturque epulis habitatque sub alto Pectore nec fibris

1* *Aen. VI 287* 2* *Iuuen. IIII 98* 3* *Aen. VI 580* 4* *Aen. VI 598—600*

nec p. i. c. i. A. Aetna mons Encelado superpositus est quem ait quamuis ardeat non tamen absumi ut semper eum premat *POR.*

77. *incontinentis.* Libidinosi, qui Latonam uoluerit stuprare. Tityus Gigas fuit in nouem terrae iugeribus cubans; sic Verg.: [1*] per tota nouem cui iugera corpus — Porrigitur *ACR.*

incont. n. T. i. r. a. Incontinentis, libidinosi. Hic autem adortus est [Proserpinam uel (ut alii aiunt)] Latonam ob quod iecur eius semper renascens a uulture consumitur *POR.*

80. *Pirithoum c. c. - Cohibent,* reprimunt restringunt. Pirithous enim conatus Proserpinam rapere catenis dicitur innodatus, ut: [2*] Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti *ACR.*

amat tr. P. c. c. Atque hic Proserpinam rapere temptauit, ob quod dicitur catenis innodatus esse apud inferos *POR.*

CARMEN III 5.

1. *Caelo ton.* Lucanus: [3*] Per fulmina tantum — Sciret adhuc solum caelo regnare tonantem. Ergo si famae, inquit, tanta magnitudine deos esse credimus quanto magis de Augusti diuinitate credendum est; cuius uirtutem et potentiam non audiri asserit sed uideri. Ordo est: Augustus adiectis Britannis imperio et grauibus Persis habebitur praesens diuus. Per has gentes ab ultimo occidente usque ad orientem continuasse imperium prouincias acquirendo confirmat Augustum *ACR.*

Caelo t. cr. I. r. Famae, inquit, de Iouis magnitudine credimus, quanto magis de Augusti credendum est cuius uirtutem et potentiam non audimus sed uidemus *POR.*

9 *uerba inclusa ex ultimo scholio ab inscio sciolo hic addita crediderim*
20 tantum *libri.* tanta *correxi et post* deos *addidi* esse *ex COM. CR.*
1* *Aen. VI 596* 2* *Aen. VI 397* 3* *Lucan. III 319*

4. *grauibusque Persis.* Perniciosis, propter mortem Crassi et caedem Romanorum *ACR.*

adiectis Br. i. gr. Persis. Per has gentes ab ultima occidentis plaga usque ad orientalem per continuationem adiunxisse imperio suo terras Augustum intellegi uult *POR.*

5. *milesne Cr. c. b.* Cum magnitudinem rerum gestarum Augusti commemorasset indignatur eos qui sub Crasso militauerant oblitos romanae uirtutis apud Parthos resedisse turpitudinemque captiuitatis aequo animo ferre *POR.*

6. *turpis m. u. e. h. pro c. i. m. consenuit.* Sic ordinandum: et hostium socerorum in armis consenuit; nam illa '*pro curia inuersique mores*' per exclamationem et per medium, quod est graece *διὰ μέσον*, illata esse dicuntur. Puta autem hoc eum dixisse: Itane hoc Romanus fecit, o mores quam inuersi estis et o curia quam indignas res passa es sub rege medo! Medum suo more pro Partho posuit *POR.*

7. *pro curia.* *Pro* exclamatio dolentis est; *curia,* quae tam indignum casum pertulerit *ACR.*

inuersique m. Quia minuerunt famam senatus. Ideo autem dedecus Crassi commemorat ut plus Augustum faciat imminere. *Inuersos* autem dixit mores hostium quia uictores erant non quod iam non essent sub Romanorum iugo positi *ACR.*

9. *Marsus et Apulus.* Commemorando milites romanos significat qui ad bellum persicum profecti et cum Crasso superati uxores a uictoribus acceperunt ut uitam mererentur et uelut propriis in sedibus omnem iam aetatem agerent. Hi enim milites apud Romanos clariores erant, ut: [1*] H a e c g e n u s a c r e u i r u m M a r s a s p u b e m q u e s a b e l l a m *ACR.*

10. *anciliorum n. et t.* *Ancilia* arma Romani de caelo

7 in eos *Fabr.* eos *Med. Pat.* 11. 12 nam illa per excl. per medium est quse gr. *δ. μεσ.* illata esse dicuntur pro cur. inuersiq. m. *Pat. Eadem sed* illa *pro* illata *Med. Vt nos Fabr. nisi quod* et *post* excl. *addidimus* 13 poeta autem hoc cum dixisset *Med. Fabr.* puta a. h. eum dixisse *rectissime Pat.* 17 proh *libri* *Post lemma sic in libris:* Exclamatio dolentis curiae est quae *etc. Nos correximus* 28. 29 hoc genus *cod. Med.* hic g. *Fabr.* haec g. *apud Vergilium*

1* *Georg. II 167*

meruisse pro uirtutis insigni dicebantur; et ideo hic arma pro uirtute, pro dignitate togam posuit *ACR.*

11. *aet. Vestae.* Aeterni ignis qui in ara eius indefesse colebatur, ut: 1* Vos aeterni ignes et non uiolabile uestrum Testor numen *ACR.*

10. 11. *anciliorum et n. et t. c. ae. V.* Per *ancilia* et *Vestam* sacra ac religiones romanas uult intellegi. *Aeternam* autem Vestam propter aeternos qui in ara eius coluntur ignes dixit *POR.*

12. *incolumi I. e. u. R.* Quasi diceret aut stante mundo aut saluo Capitolio uel rerum natura et romana urbe. Non enim mirum si Roma capta et Capitolio diruto consenescerent sub rege medo; sed incolumi Capitolio et urbe Roma turpissimum est consenescere sub hostilibus armis *ACR.*

incolumi I. Mire *incolumi Ioue,* ac si diceret: stante mundo incolumi et rerum natura *POR.*

13. *hoc c. m. p. Reguli.* Id est: hoc prouiderat nequis uitam ex captiuitate speraret sed potius pro libertate moreretur. Captus enim Regulus imperator romanus a Poenis dum pro commutatione captiuorum Romam ab Afris missus fuisset, hanc sententiam in senatu dixit: ne captiui aut commutarentur aut redimerentur, ut in posterum disciplina militaris tali exemplo ne deperiret nec militi spes alia salutis nisi in armis esset. Vnde milites Crassi notat, qui Reguli dissimiles animo [erant] uitam captiuitate pepigerint *ACR.*

hoc c. m. p. R. Ne quis scilicet uitam captiuitate speraret sed potius pro libertate moreretur *POR.*

14. *conditionibus f.* Turpibus, qui captiuos Afrorum pro se reddi noluisset *ACR.*

1 hic *cod.* haec *Edd.* 4 et non uiol. nostrum numen *cod., om. Fabr., ut nos Med. et apud Verg.* 6 et nominis et t. *hic libri cum optt. codd. Horatt., apud Acronem uero prius* et *om.* 16 et *om. Med. Pat.* 20 communicatione *male Fabr.* 21 aut commutarentur *om. Fabr. item* aut redimerentur *cod.* (aut redderentur *Med.*) 24 fuisset *cod. Med.* notat *om. Fabr. Med.* nocte *cod.* notat *COM. CR.* 25 erant *recte om. COM. CR.* pepigerint *cod. COM. CR.* pepigerunt *Fabr. Med.*

1* *Aen. II 154*

diss. cond. f. Quod captiuos Afrorum noluit pro se reddi *POR.*

16. *perniciem u. i. ae.* In futurum perniciem processuram, si tale duceretur exemplum Romanis non percuntibus qui capi poterant *ACR.*

ex tr. p. u. i. ae. Perniciem hinc processuram in futurum tempus si exemplum tale iudicet *POR.*

17. *immiserabilis.* Tamquam non essent digni misericordia in bello capti. Ordo est: nisi pubes captiua immiserabilis periret esset pernicies ueniens in aeuum *ACR.*

si n. periret imm. p. c. Id est si non perissent captiui quorum nemo eorum misereri deberet *POR.*

18. *signa ego p.* Allocutio Reguli in senatu de turpitudine et inertia captiuorum *ACR.*

signa e. p. aff. d. Haec uerba sunt Reguli dissuadentis ne permutatio captiuorum fieret. Indicat autem indignatione quantum turpitudinis militibus romanis esset cum facile se captiuitati tradere uiderentur *POR.*

20. *militibus s. c. d.* Vt suorum significaret ignauiam nec eos redemptione dignos, nudatos eos sine caede et commissione pugnae dixit armis, ut: [1*]

c u r a n t e t u b a m t r e m o r o c c u p a t a r t u s *ACR.*

22. *libero.* Aut *nudo* dixit aut qui cum ingenui essent ne occiderentur seruire uoluerunt et ligari *ACR.*

23. *portasq. n. cl.* Id est, Afros non timentes et quasi iam uictores recolentes agros quos cum exercitu romano ipse uastauerat *ACR.*

24. *et arua m. c. p. n.* Vidi, inquit, Poenos agros suos colere, qui agri iam a nobis ante fuerant uastati *POR.*

25. *auro repensus sc. a. m. r.* Per ironiam dicit sub hoc sensu: Ergo fortior miles procederet ad pugnam pretio redemptus? Et significat non posse in acie fortiter stare militem qui uiuere redemptione didicerit; aut certe acrior ad

3 futurorum *libri.* *deinde* processuram *cod.* processurum *Edd.* 4 deduceretur *Fabr.*

1* *Aen. XI 424*

uitia redibit i. e. deterior redemptus, uelut qui culpam hauserit damno? *ACR.*

auro r. sc. a. m. r. Ironia cuius sensus ualet: Fortior redibit miles ad pugnam pretio redemptus? Quod significat non posse fortiter in acie stare militem qui didicerit uictum se posse uiuere *POR.*

26. *flagitio add. d.* Id est, contra consuetudinem romanam et disciplinam est ut milites pretio non uirtute liberentur *ACR.*

fl. add. d. Turpitudini, inquit, romanae quae per ignauiam militum accidit insuper uos adiungitis damnum pecuniae qua eos redimere uultis *POR.*

27. 28. *neque a. c. l. r. m. f.* Sicut fuco, inquit, lana medicata ad pristinum iam non potest colorem reuerti, ita miles uitio captiuitatis imbutus ad pristinam non potest reuerti uirtutem *ACR.*

neque a. c. l. r. m. f. Vt lana, inquit, medicata i. e. infecta numquam ad pristinum redit colorem ita miles imbutus uitio captiuitatis non erit fortis *POR.*

29. *nec u. uirtus.* Atqui ait Vergilius:[1*]

Q u o n d a m e t i a m u i c t i s r e d i t i n p r a e c o r d i a u i r t u s.

Sed tales sententiae non semper generales sunt sed interdum pro negotiorum qualitate mutantur *ACR.*

nec uera uirtus. Inuiolata incorrupta *ACR.*

30. *reponi.* Reddi restitui *ACR.*

deterioribus. Deterior a bono peior a malo dicimus *ACR.*

31. *extricata.* Expedita liberata. Et sensus est: Sicut cerua plagis erepta consuetudinem non potest mutare fugiendi,

1 rediet *cod. Ceterum nos bis interrogationis signum posuimus quod in libris non est* 22 tales *addidi ex COM. CR. qui idem sic (fort. melius) habet:* Sed ait quondam i. e. aliquando; nam tales sent. *etc.* 23 firmantur *libri.* mutantur *COM. CR.* 24 *hoc schol. et sequens om. cod.* 26 a *utroque loco om. cod. fort. melius.* dicimus *cod. Med.* dicitur *Fabr. Ceterum ad hoc schol. cfr. Nonium p. 432 et Seru. Verg. Georg. IIII 89 ubi idem discrimen enarratur; similiter COM. CR.:* deterior ratione boni, peior a malo pendet

1* *Aen. II 366*

ita et miles qui se perfidiae hostium commiserit constantiam pugnandi habere non poterit *ACR*.

32. *plagis*. Retibus; *plagae* autem proprie funes retium sunt *ACR*.

34. *proteret*. Conteret. *Marte altero:* Restaurato bello ad proelium non reuertetur. Ordo est: Qui iners sensit lora restrictis lacertis et timuit mortem i. e. uinciri se pertulit timore mortis, proteret Poenos altero marte, si cerua pugnet extricata densis plagis *ACR*.

et m. Poenos p. a. Id est, iterum constitutus ad pugnam hostis prodierit *POR*.

37. *hic*. In bello *ACR*.

inscius. Ignarus rerum et per hoc ignauus qui nesciret uitam uiro forti potius de armis sperandam *ACR*.

38. *pacem d. miscuit*. Qui tamquam in pace se hostibus credidit dum se debuerat armis tueri *ACR*.

o pudor. Romanorum; *o* exclamatio dolentis *ACR*.

39. *o m. Carth. Magna* enim Carthago ab accolis uocabatur; sed hic eam poeta dedecore Romanorum maiorem ait factam *ACR*.

37.—40. *hic unde u. s. inscius p. d. m. o. p. o. m. C. p. a. I. r.* Sic uocabatur Carthago *magna* ab adcolis; quam ait dedecore magno Romanorum altiorem factam *POR*.

40. *altior It. r.* Indignatio romani ducis est, qui non uirtutibus urbis contulit Carthaginem sed ruinis ut miseriis fortior crederetur non rebus praeclaris *ACR*.

41. *fertur p. c. o.* Ad augmentum uirtutis pertinet quod castam pro patria Regulus contempsit uxorem; impudica enim iure potuit contemni; indecorum enim duxit matronam roma-

6 reuerti *cod. Med.* 7 et tim. mort. restr. lacertis *Fabr.* (lora) strictis lac. et t. mort. restr. lac. *Med. Vt nos cod. COM. CR.* 8 si — pugnet *cod. Med.* sic — pugnat *Fabr. male* 13 uesciret *cod.* nesciat *Edd.* 14 de armis *cod. Med.* in armis *Fabr.* 16 credidit — debuerit *cod.* credit — debuerit *Med.* crediderit — debuerit *Fabr. Vt nos COM. CR.* 19 poetam *Fabr.* 22 Sic uoc. C. m. quam ait d. et dolis magnis R. a f.* *sic libri. Nos pro* et dolis *scripsimus* ab adcolis; *pro* magnis *aut* magno *aut* magis *scr. uidebatur* 24 est *add. ex cod.; reliqua corrigere non potui:* contudit *COM. CR.* — et miseriis *et* in rebus *cod. Med.*

nam seruum h. e. captiuum osculo dignum putare. Neglexit etiam paruos filios qui pro aetatis infirmitate miserationem patris mereri potuerint *ACR.*

f. p. c. o. p. n. u. c. m. ab se remouisse. Affirmatur Regulus cum Romam captiuus deductus esset a Poenis auersatus uxoris osculum, dicens inhonestum matronae esse eum qui sit infamiae captiuitatis damnatus i. e. seruus factus maritum agnoscere. Bene ergo additum *pudicae coniugis*, ne putaret illum ideo osculum coniugis auersatum quod de pudicitia eius iniquius sensisset *POR.*

[42. *ut capitis m.* Vt insanus. Minoratio enim cerebri *ἀπορίαν* infert *ACR.*]

44. *toruus.* Terribilis, ut Vergil: [1*] O p t i m a t o r u a e f o r m a b o u i s. [*Humi posuisse uultum*] i. e. in terra deiecto uultu ne ad affectum uel aspectum traheretur *ACR.*

et uirilem t. h. p. uultum. Id est, ad humum uultum deiecisse. *Virilem* autem uultum ad uirtutem animi eius cum hoc faceret referens dixit *POR.*

46. *numquam a. d.* Qualem sententiam nemo umquam de se dedisset *ACR.*

donec labentes c. p. f. a. n. a. d. Generaliter accipiendum, scil. qualem sententiam nemo umquam de se tulisset *POR.*

48. *egregius.* Gloriosus; qui exulem se esse maluerit quam cum infamia redimi; et est occultum *ἀντίθετον.* Nam *maerentibus* egregium exulem opposuit. Mirum est ergo, ut ceteris pro se maerentibus ipse constans animo probaretur *ACR.*

egregius p. e. Hoc est, gloriosus, qui se exulem maluerit esse quam cum infamia redimi et est occultum *ἀντίθετον.* *Maerentibus* amicis egregium exulem opposuit, quae figura

4 ab se *Pat. Med.* a se *Fabr.* 6 eum esse *libri* 11 '*in commentarium Acronis barbara manu haec illata sunt*' *recte Ritterus* 14 *uerba inclusa recte om. cod. Med.* 15 ad affectum uel aspectum *cod.* ad aff. aspectu *Med.* ad aff. uel aspectu *Fabr.* 16 *hoc schol. cum inseq. sedem in libris mutauit* 19 nemo nunquam *Fabr.* 22 scilicet *addidi ex Pat. Med.*

1* *Georg. III 51*

cam uim habet, ut ostendat ingens miraculum fuisse in hoc, quod cum amici pro eo maesti essent ipse tamen laetus ad hostem redierit *POR.*

49. *atqui sc. q. s. b. t. p.* Qui hac securitate uoluntatis suae impleto consilio rediret ad poenam contemnens certa sibi et promissa supplicia tamquam impetratis negotiis iniunctis uel ad otium reuerteretur uel ad praemium *ACR.*

52. *et populum r. m.* Scilicet romanum. Cum illi populus resisteret ad Africam properanti tam securo et pertinaci animo ipse omnes deseruit quam solet quis relictis negotiis amicorum aut clientum litibus definitis ad praedia sua proficisci propter uoluptates, quasi uolens molestiis carere *ACR.*

53. *quam s. c. l. n.* Cum populus, inquit, ei obsisteret ne in Africam portaretur non aliter eos reliquit quam solent principes ciuitatis negotiorum diiudicatis iuribus uel prolatis rebus otiosa mente urbem relinquere festinantes in praedia sua *POR.*

55. *uenafranos.* Venafrum ciuitas Campaniae est unde et uenafranus. Ad amoenitatis autem exemplum delitiosas posuit ciuitates *ACR.*

56. *lacedaemonium.* A Lacedaemoniis conditum *ACR.*

CARMEN III 6.

Delicta maiorum. Peccata antiquorum Romanorum *ACR.*

Delicta m. imm. lues. Hoc ex tradita persuasione scriptum est qua aiunt poenas posteros expendere saepe quas maiores effugerint *POR.*

2. *refeceris.* Instauraueris, ut Vergil.:[1*]

S e m p e r e n i m r e f i c e a c n e p o s t a m i s s a r e q u i r a s
A n t e u e n i *ACR.*

9 tum *Fabr.* 12 uoluptates *cod. Med.* uoluptatem *Fabr.* 17 festinantes otiose *Fabr.* 25 qui *libri.* quia *Ritterus.* qua *correxi* in posteros *Pat. Med.*

1* *Georg. III 70*

donec refeceris. Pro donec reficias *POR.*

4. *foeda.* Aut inculta aut per nimiam uetustatem sordentia *ACR.*

5. *dis te m. q. g. imp.* Hoc est quanto te minorem dis geris tanto latius imperas. Nam cultu deorum Romam creuisse refert et sumpsisse principium a deorum cultu. Eandem suadet felicitatem debere usque ad exitum custodiri *ACR.*

6. *hinc omne pr.* Hoc ex tradita persuasione scriptum est qua aiunt poenas in posteros expertes saepe differri quas maiores effugerint; ita eos non sua sed maiorum culpa percelli *ACR.*

hinc om. pr. Subaudienda est extrinsecus particula *habes* et est sensus: Hinc omne principium imperii habes quod deos colas; ergo ut imperium perseueret, perseuera deos colere *POR.*

7. 8. *di m. n. d. H. m. l.* Frequenter enim romani duces non addicentibus auspiciis dimicantes grandi exercitus clade superati sunt *ACR.*

9. *iam bis Monesis et P. m.* Moneses et Pacorus reges Persarum fuerunt, aduersus quos Romani contra numinum uoluntatem pugnauerunt infeliciter. Bis autem Parthos uictōriam rettulisse ob hoc dixit quia et ante Crassum et post Decidium Saxam cum exercitibus occiderunt *ACR.*

iam bis Monesis e. P. m. Hi Parthorum reges fuerunt. Bis autem Parthos rettulisse de nobis uictoriam dixit quia et Crassum antea et tum Decidium Saxam cum exercitibus occiderant *POR.*

10. *inauspicatos.* Id est, incomitatos dis, contemnentes auspiciorum necessariam ueritatem *ACR.*

5 tanto diis *cod. Med.* (*fort. latet* diutius) 6 a deorum — custodiri *om. cod.* 9 qua *cod. Med. (confirmatur hinc nostra apud Porph. emendatio).* quia *Fabr.* 10 effugerint *cod.* effugerunt *Edd.* 19 Monesis *omnes libri et hic et apud Porphyr.* 23 Decium Sextum *libri.* Didium Saxam *COM. CR. (Cfr. de re Velleius II 78. Dio XLVIII 24 sqq.)* 26 Decium Sextum *Med. Fabr.* Dētium sagam (*sic!*) *Pat.* 28 inauspicatos *cod. (sic et uetustissimus A apud Ritterum).* non ausp. *Edd.* incomit. *cod. Med.* non c. *Fabr.*

11. *et adiecisse.* Id est, ex praeda Romanorum torques suos auxisse uictores *ACR.*

et adi. pr. t. e. Ea praeda quam nobis detraxerunt torques suos exiguos ante ampliasse gaudent; hoc enim nunc significat *renidet POR.*

12. *renidet.* Splendet eo quod reparati torques et maiores facti ipsa nouitate fulgerent *ACR.*

13. *paene occ. s. d. u.* Occupatis enim ciuili bello Romanis data est occasio hostibus commouendi bella et Dacis et Aegyptiis quos poeta Aethiopas appellauit propter bellum Cleopatrae *ACR.*

paene occ. s. d. u. D. Seditionibus, inquit, districtum populum romanum ex occasione paene barbari deleuerunt *POR.*

14. *Dacus.* Germanus, ut: [1*]

Aut coniurato descendens Dacus ab Histro *ACR.*

17. *fecunda c. s. n. p. i.* Saecula etiam sanctum matrimoniorum foedus per adulteria asserit corrupisse; inde fieri ut inutiles consiliis publicis et probis actibus generentur. Quidam etiam uolunt ipsum Augustum tangi his uersibus qui alienam coniugem tulerit et genus bonum patris sanguinis alieni coitus admixtione polluerit *ACR.*

fec. c. s. Nostrae scilicet nuptias primum inquinauere; per nuptias inquinatas uult ostendere nos ex ipsa culpa progeneratos ac merito nihil rectum in uita facere *POR.*

19. 20. *hoc f. d. cl. i. p. p. fluxit.* Turpes, inquit, coitus feminarum descendunt in liberos quoque deinde in rem publicam *POR.*

21. *ionicos.* Graecos; ipsi enim primi saltationem membrorum gestibus inuenerunt unde postea Pantomimi facti *ACR.*

motus d. g. i. Id est, molles saltus quos primi Iones inuenerunt *POR.*

9 bella sed et Aeg. *Fabr.* bella et aegiptus *cod.* b. et aegyptiis *Med.* et Dacis et Aeg. *etiam COM. CR.* 20 enim *cod. Med.* etiam *Fabr.* (*fort.* autem *scr. erat*)

1* *Georg. II 497*

et fing. artibus. Componitur, ut:[1*] et corpora fingere lingua. Significat autem per hoc institui et molliores saltus *ACR.*

et fing. artubus. Artubus legendum quia non uenit a nominatiuo *artes* sed *artus.* Significat autem per id molliores saltus puellas discere, hoc est, turpes et libidinosos motus rerum uenerearum *POR.*

24. *de tenero m. ungui.* [Initio] id est ab immatura et prima aetate. *Meditatur* autem exercet, ut Verg.:[2*]

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem *ACR.*

de tenero m. ungui. Hoc prouerbium de Graeco est quod dicunt *ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων* quod significat a prima infantia *POR.*

26. *inter mariti uina.* Aut in ipsis nuptiis aut inter domestica conuiuia *ACR.*

neque eligit cui d. impermissa r. Sensus est: Neque ex occasione extincti subito in conuiuio luminis properat adulter post interuallum occulte scilicet facere non permittente tantum sed etiam iubente marito *POR.*

27. *intermissa.* Interlassata *ACR.*

28. *gaudia.* Voluptates stupri. *Raptim.* Hoc impatientia incestus ostenditur *ACR.*

luminibus rem. Taedis faculis ad admittendum crimen obscuritate procurata, hoc est, remotis lucernis *ACR.*

29. *sed iussa.* Aut a libidine [instigata] aut a corruptore. Vt Iuuenalis:[3*]

doctus spectare lacunar
Doctus et ad calicem uigilanti stertere naso *ACR.*

30. *institor.* mercator *ACR.*

1 artibus *cod.* artubus *Edd.* 2. 3. et molliores saltus *cod.* et moll. saltatus *Fabr.* meliores saltus *Med.* 9 autem *recte cod. Med.* amorem *male Fabr.* 12 *ἐξ απαλωϱ ονυχωϱ Pat. ἐξαπαλωϱ οϱοχσοϱ Med.* 15 intermissa *Pat.* impermissa *Med. Fabr.* 17 occultari *Pat. Med. Ceterum hoc quoque schol. aliis emendandum relinquo* 19 intermissa *cod. Med.* impermissa *Fabr. quod falsum esse ipsa interpretatio* interlassata *ostendit* 20 raptim *addidi et pro* hic *ex cod. scripsi* hoc 23 procurata est *male Fabr.* 24 instigata *om. cod. Med. et in eisdem non post* corrupt. *nouum lemma sequitur* non sine c. s. m. *ut in Fabr.* 27 *alterum uers. om. cod. item duo scholia quae secuntur*

1* *Aen. VIII 634* 2* *Aen. IIII 171* 3* *Iuuen. I 56*

32. *Dedecorum.* Incestuum *ACR.*

dedec. p. emptor. Qui dedecora i. e. adulteria magno pretio emit *POR.*

33. *non h. i. orta p.* Tamquam legitimis concepti nuptiis fuerint nec ex huiusmodi nati hominibus illi Romani qui omnes uicerunt *ACR.*

non h. i. o. p. i. ae. s. punico. Melioribus, inquit, fuit orta parentibus iuuentus illa apud antiquos nostros quae bella punica pro patria naualibus proeliis gessit *POR.*

34. *infecit ae. s. pun.* Lutatium significat qui nauali bello apud Siciliam cum Hannibale multa Poenorum caede pugnauit *ACR.*

35. *Pyrrumq.* Pyrrus Epirotarum rex Antiochiam auxiliis adiuuans uictus est a Romanis cum ipso Antiocho rege Syriae a quo et ciuitas nomen accepit Antiochia *ACR.*

36. *Hannib. dirum.* Aut crudelem aut pugnacem qui ab Africano ad ultimum uictus est *ACR.*

37. *sed rusticorum m. m. p.* Hodieque ex rusticis milites lecti meliores habentur *POR.*

mascula. Fortis robusta *ACR.*

sabellis. Aut sabinis aut marsis, ut: [1*]

dentesque sabellicus exacuit sus *ACR.*

39. *uersare glaebas.* Arare, ut Verg.: [2*]

Ante supinatas aquiloni ostendere glaebas *ACR.*

40. *et seuerae m. a. a. r. p. f.* Bene et mirabiliter simplicitatem et patientiam laboris in iuuenibus per hanc commemorationem ostendit eo, quod ita se subdant imperiis matrum ut ad earum operentur arbitrium et quia haec rusticis est consuetudo ut post laborem cum lignis reuertantur ad suos. *Seuerae,* castae *ACR.*

seuerae m. a. a. r. p. f. Mire simplicitatem et patientiam laboris in iuuenibus per id ostendit quod etiam matrum

9 et naualibus *Med. Pat.* 10 Luctatium *libri* 13 Pyrrus *sic ubique cod.* Antiochum *Fabr.* Antiochiam *cod. Med.* 25 *pro* moraliter *quam uocem suspectam habeo scripsi* mirabiliter. *Eodem ducit quod Porph. habe* mire 28 uel quia *libri.* et quia *corr.*

1* *Georg. III 255* 2* *Georg. II 261*

potestati se subicerent cum et ad arbitrium earum operarentur *POR.*

41. *sol ubi m.* Vt Vergilius: [1*]
E t s o l c r e s c e n t e s d e c e d e n s d u p l i c a t u m b r a s *ACR.*

43. *bobus fat.* Vt Vergilius: [2*]
A s p i c e a r a t r a i u g o r e f e r u n t s u s p e n s a i u u e n c i *ACR.*

amicum. Gratum, laborantibus scilicet, ob capessendam quietem *ACR.*

amicum t. a. Amicum laborantibus ad capessendam quietem *POR.*

45. *damnosa q. n. imm. d.* Ac si diceret: Cuncta in peius ruunt eo quod nihil aeternum sit, [sed processu temporum omnia in peius labantur]. Vnde dictum est: [3*] N i h i l e s t e n i m o p e r e e t m a n u f a c t u m q u o d n o n c o n f i c i a t c o n s u m a t q u e u e t u s t a s *ACR.*

damnosa q. n. i. d. Hoc ideo dicit quoniam uidentur omnia per processum temporum in deterius labi *POR.*

47. *tulit nos neq.* [Id est peiores]. Nequitiam parentum dicit augeri in posteris *ACR.*

mox daturos. Nos scilicet allaturos peiores [et uitiosiores] filios *ACR.*

46.—48. *aetas p. p. a. t. n. n. m. d. progeniem u.* Damnosam rem mira facilitate et breuitate successu temporum in deterius labi demonstrat *POR.*

---

1 subicerent *Pat. hic et alias saepe recte; nos hanc scribendi rationem ubique secuti sumus* 7 capescendam *cod. Med.* compescendam *Fabr.* capess. *corr. ad Porph.* 12. 13 *uerba inclusa ex Porph. male huc translata uidentur* 18 i. e. peiores *om. cod. Med.* 19 per posteros *Fabr.* in posteros *cod. Med.* in posteris *corr. ad COM. CR.* 20. 21 et uitiosiores *om. cod. Med.* 22 prolem *Pat. Med.* 23. 24 in *et* demonstrat *om. Pat. Med.*

1* *Bucol. II 67* 2* *Bucol. II 66* 3* *Cic. pro Marcello c. 4*

CARMEN III 7.

Quid fl. A. Ad Asterien amici sui coniugem scribit et eam solatur Gygis mariti sui absentia maestam, monens ut custodiat castitatem nec alterius adulescentis blanditiis aut specie capiatur dum maritum sperare debeat primo uere rediturum. Ordo est: Asterie quid fles Gygen iuuenem constantis fidei quem restituent tibi primo uere candidi Fauonii thyna merce beatum? *ACR.*

Quid fl. A. Hac ode consolatur puellam desiderio coniugis sui maestam et simul monet ne alicuius adulescentis blanditiis aut specie ipsa capiatur; et est ordo: Quid fles Asterie Gygen quem tibi restituent Fauonii primo uere thyna merce beatum? Bithyni iuncti sunt Thynis, utraque autem gens ponto confinis est *POR.*

2. *quem t. candidi.* Sereni prosperi. Iste enim uentus uerno tempore frequentius flat *ACR.*

3. *thyna.* Bithyna. Quidam enim uolunt Thynam ciuitatem uicinam Bithyniae dictam Ponto confinem; quidam thynnum piscem magis intellegendum suadent *ACR.*

6. *notis. Notos* pro quibuslibet uentis posuit *ACR.*

ille notis a. Notis pro quibuslibet uentis positum est *POR.*

ad Oricum. Ciuitas Ciliciae, ut:[1*] A u t o r i c i a t e r e b i n t h o *ACR.*

6. *post i. c. s.* Haedos uidetur significare quorum ortus et occasus concitant tempestates; de quibus Verg.:[2*] p l u u i a-

2 absentia *COM. CR.* amore *libri* 4 debet *libri.* 5 gigen *hic et supra cod. Item apud Porph.* 17. 18 thynum *cod.* tynum *Med. Ceterum cfr. COM. CR.:* quos (*sc.* Thynos) quidam sic nominatos uolunt a thyno pisce qui eo loci multus capi solet; *atque haec nostris Acronianis sine dubio probabiliora* 22 Ciliciae *Edd.* sciliciae *cod. At non* Ciliciae *sed* Epiri *est ciuitas; cfr. Seru. ad l. l.*

1* *Aen. X 136* 2* *Aen. VIIII 665*

libus haedis, et alibi:[1*] haedorumque dies seruandi. *Insana*, tempestuosa *ACR*.

post i. c. s. Haedos uidetur significare quorum ortus et occasus concitant tempestates. Horum etiam Vergilius meminit dicens: Quantus ab occasu ueniens pluuialibus haedis Verberat imber humum *POR*.

frigidas n. Duplici modo accipi debet uel propter hiemem quae peregrinantibus acerbior semper uidetur uel propter solitudinem quia sine suis erat et uelut abstinens frigebat *ACR*.

frigidas. Duplici modo accipe et propter hiemem qua peregrini retinentur et propter solitudinem *POR*.

8. *insomnis.* Velut ob uxoris amorem non dormiens, ut:[2*] nec umquam Soluitur in somnos *ACR*.

9. *atqui s. nuntius h.* Gygen a Chloe hospita sua dicit adamatum; quam contemni [dicit] prae dilectione uel desiderio uxoris absentis, quamquam etiam per internuntios temptet; ita eum pro castitate moriturum sicut hi quorum inferius exempla commemorat. Ordo est: Atqui uafer nuntius sollicitae hospitae temptat illum mille modis dicens suspirare miseram Chloen et uri tuis ignibus et refert ut perfida mulier impulerit Proetum credulum falsis criminibus maturare necem nimis casto Bellerophonti *ACR*.

atqui soll. n. h. Dicit Gygen ab hospita Chloe amari et ab ea nuntium amoris ad eum mitti *POR*.

10. 11. *tuis ignibus.* Quia etiam tu ureris tui mariti amore *ACR*.

et mis. t. d. ig. u. *Tuis ignibus*, quibus ipsa tu ureris i. e. mariti tui amore *POR*.

12. *uafer.* Ad suadendum callidus et astutus siue malignus qui nitebatur continentiam superare *ACR*.

1 et alibi etc. tempest. *om. cod.* 2 insana tempestuosa *sequenti schol. postponit Med.* Insana i. e. intempestuosa *Fabr.* 8 quia sine ea cubaret *OOM. CR.* *unde fort. apud Acr. scr.* q. s. ea cubabat 12 uxoris amore *Fabr. Med.* ab ux. amore *cod.* ob ux. am. *corr.* 14 affirmat *Fabr.* dicit *cod. Med.* *(alterum* dicit *suppositicium est)* 16 quem etiam p. i. terret *libri.* quamquam et. p. i. temptet *correxi* 22 bellorofonti *cod.* Belloroph. *Med.*

1* *Georg. I 205* 2* *Aen. IIII 529*

temptat m. u. m. Vafer nuntius i. e. callidus ad suadendum *POR.*

13. *ut.* Quemadmodum *ACR.*

mulier perfida. Stenoboea siue Antea uxor fuit Proeti quam commemorat amore Bellerophontis inflammatam; qui dum uoluptati eius consentire noluisset in adulterii crimen uocatus est. Quod exemplum Gygi ad acquiescendi terrorem significat a suadente propositum, ne eadem continentia etiam ipse periclitaretur *ACR.*

ut Pr. m. p. c. Stenoboeam significat Proeti uxorem quae Bellerophontem hospitem amauit et non consentientem sibi ut adulterum criminata est *POR.*

maturare n. r. Nuntius Gygi historiam, qua Bellerophontes periclitatus, ostendit quod hospitae in amorem non consentiret per exemplum eum terrens ne idem et ipse patiatur *POR.*

17. *narrat p. d. P. t.* Peleus adamatus est ab Hippolyta Acasti uxore; quae dum despiceretur ab eo questa marito est se stupri interpellatum. Indignatus Acastus Peleum inuitatum duxit uenandi gratia in Pelion ibique eum inermem reliquit a Centauris perimendum; qui seruatus a Chirone collecto exercitu euertit Acasti regnum et Hippolytam supplicio merito factis affecit. Ordo est: Narrat Pelea paene datum tartaro dum abstinens fugit magnessam Hippolyten et fallax frustra monet historias docentes peccare *ACR.*

18. *magnessam Hippolyten. Magnes* Thessaliae ciuitas est, quam per discretionem Hippolytes Caucasiae commemorat et Amazoniae uxoris Thesei *ACR.*

magn. Hypp. d. f. a. Haec est quae nupta fuisse Eurypylo traditur *POR.*

19. *et pecc. d. Et alias* supple, quia et hae quas supra dixit reliquerant exempla peccandi *ACR.*

4 Antia *libri.* Antea *corr.* 6 uoluptati *cod. Med.* uolunt. *Fabr.* 7 acquiescendum *cod.* 11 non *male om. Fabr.* 18 interpellatam *cod. Fabr.* comp. *Med.* 22 fatis aff. *Fabr.* satis aff. *Med.* satisfecit *cod.* factis aff. *cum COM. CR.* 23 Hippolyten *hoc loco recte libri; sic et infra Acro et Porph. in lemmatis* 25 Magnes *libri.* Magnessa *COM. CR.* (*fort.* Magnesia) 28. 29 Euripilo *Fabr.* Euryphilo *Pal. Med.* 30 sub (= supple) *cod.* subauditur *Edd.* hae *Fabr.* et hae *cod. Med.*

et pecc. docentis f. historias monet. Subaudiendum *et alias,* quia et hae quas supra rettulit docent peccare *POR.*

21. *scop. s. I.* Metaphora a nauigantibus, quod ita amantis non audiret preces quemadmodum si a periclitantibus rogentur scopuli, ut est: [1*]

sed nullis ille mouetur
Fletibus aut uoces ullas tractabilis audit *ACR.*

scopuli s. I. Icari scopuli pro Icarii maris scopulis sed hos pro quibusque posuit. *Surdi* autem scopuli a periclitantibus dici solent quod quasi preces eorum non exaudiant *POR.*

22. *Adhuc integer.* Adhuc contemnens eam; quasi eum demonstret trahi posse in posterum si diutius immoretur *ACR.*

23. *Enipeus.* Nomen uicini petulantis *ACR.*

24. *plus iusto.* Plus aequo [uel] non pro forma sed pro libidine ne plus placeat quam debet uicinus, quod prius commemorando mariti honestatem suadet, ut illud: [2*] seruataque serues Troia fidem *ACR.*

25. *quamuis n. a.* Ordo est: Quamuis non alius aeque conspicitur sciens flectere equum in martio gramine nec quisquam aeque citus denatat tusco alueo *ACR.*

26. *gramine martio.* In campo martio bellicis artibus exerceri consueuerat romana iuuentus quibus ita Enipeum ceteros praeire dicit ut merito amari posset si pudicitiae custodia non resisteret *ACR.*

25. 26. *quamuis n. d. f. e. sc. et reliqua.* Notum est iuuentutem romanam apud ueteres exercitatam in campo martio et post hoc exercitium natare solitam fuisse in Tiberi quia peritia natandi rebus militaribus esset necessaria. Dicit ergo Enipeum non debere puellae huic placere licet gloriose in exercitio inter aequales uersetur *POR.*

1 docentis *Pal. Med.* (*in eisdem* historiam) 2 et *ante* hae *addidi* 12 si *add. ex cod. Med.* 13 Enipeus *cod. Med.* Eniph. *Fabr.* 17 serues *cod. Med.* seruet *Fabr. Celerum non me fugit hoc schol. nondum sanum esse* 20 tusco *cod. Med.* thusco *Fabr.* 23 possit *libri* 28 sit *libri*

1* *Aen. IIII 438* 2* *Aen. II 159*

30. *despice.* Deorsum aspicias, hoc est, nec ad uoluptuosos cantus nec ad amantis preces permota despice *ACR.*

29. 30. *prima n. d. c. n. i. u. s. c. q. d. t.* Ne cum ille quasi Gyges uespertino cantu ad fenestram Asteries tibicinum adhibere soleat illa cupiditate audiendi per fenestram despiceret atque ita cupida uidendi sui ac sollicitata diem daret *POR.*

CARMEN III 8.

Martiis caelebs. Vt uiduae sine uiris ita caelibes sine uxoribus dicebantur *ACR.*

Martiis c. q. a. kal. Haec ode ad Maecenatem scripta est qua testatur se diem festum martiarum kalendarum gerere quod hac luce maximum periculum effugerit arbore infracta paene elisus. Kalendae autem martiae hodie quoque matronarum dies festus est. Ait ergo non mirari debere Maecenatem quod diem kalendarum martiarum celebret quamuis matronam i. e. uxorem non habeat *POR.*

1. *kalendis m.* Matronalia dicebantur eo quod mariti pro conseruatione coniugii supplicabant et erat dies proprie festus matronis. Ad Maecenatem ergo scribit Horatius non eum debere mirari quod kalendis martiis dum sit sine uxore sacrificet. Hac enim die se casu arboris commemorat liberatum et esse eam seruatae salutis festiuam. Ordo est: Maecenas docte sermonis utriusque linguae i. e. graecae et latinae lin-

3 *post hoc lemma:* prima n. d. clande neque despice uias s. c. q. tibiae *add. Med. Pat.* tempore *in quo quid lateat nescio; (fortasse:* sibi temperet) 10 *hic lacuna Porph. codicis desinit uoce* maecenatem 11 martiarum kalendarum *cod.* martiarum kalen. *sic Pat. Med.* martiarum calendis *Fabr. (ceterum scrip.* kal. *pro* cal. *hic propter consensum librorum praeter Fabr.)* 12 infracta *cod.* fracta *Edd.* 14 ergo *cod.* enim *Edd.* irasci *libri.* mirari *correxi* 15 quam *Fabr.* quamuis *rell.* 17 kal. *cod.* cal. *Edd.* 22 et seruatae salutis festiua *sic libri; retinui Fabr. scripturam quamuis ne ea quid mihi satis faciat* 23 sermonis *cod. Med. cum optt. Hor. codd. item* turis *non* thuris. *(Fortasse hoc schol. contra libros primo loco ponere debebam)*

guae miraris quid caelebs agam martiis kalendis quid uelint flores et acerra plena turis et carbo positus in uiuo cespite *ACR.*

2. *et acerra turis.* Turibulum [ministerialis] patina fictilis *ACR.*

4. *docte sermonis u. l.* Hoc ad Maecenatem adnectendum; nam sic ordinaudum est: Maec. docte sermonis utriusque linguae et intellegendum graecae et latinae [chartac] *POR.*

6. *uoueram dulces e.* Modo reddit rationem cur faciat hoc; illo die se uouisse dicit quo est periculo arboris ereptus *ACR.*

6. 7. *et album L. c.* Superis aptior erat alba uictima; nam dis infernalibus semper nigra offerri debet, ut:[1*]

huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet

Dicit autem promisisse se Libero patri caprum album et dulces epulas eo die quo paene interemptus ictu arboris fuit. Caper autem Libero dabatur quod uinetis esset contrarius; unde Verg.:[2*] Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Caeditur *ACR.*

7. *prope f.* Extiuctus siue sepultus *ACR.*

9. *hic dies.* Ordo est: hic dies festus redeunte anno dimouebit corticem amphorae astrictum pice institutae bibere fumum consule Tullo *ACR.*

10. *dimouebit.* Accipiet in usum conuiuii uinum quod fumo inueterabatur *ACR.*

12. *consule.* [Consulem] Pro uetustate posuit *ACR.*

10—12. *corticem astrictum p. d. amphorae f. b. i.* Dicit se hoc kalendarum die amphoram ad sacrificium et con-

4 patinae *libri. Ceterum et falsa et barbara est interpretatio;* ministerialis *ne latinum quidem est* 6 sermonis *cod. Med. Pat.* 6. 7 adnectendum *cod.* ann. *Edd.* 8 cartae (*s.* chartac) *recte om. cod. ortum enim est ex* corticem *uoce quae est prima seq. lemmatis* 9 rationem *add. ex cod.* 13 debent *libri* ut huc te casta *cod.* ut hic te c. *Med.* ut hic: Tum casta *Fabr.* 16 dicit e. q. s. *om. cod. et Med. fort. recte* promittere *Fabr. item paulo post* sit 27 consulem *om. cod. Med.* 28 adstr. *cod.* astr. *Edd. Sed infra et ipse cod.* astrictum

1* *Aen. V 735* 2* *Georg. II 380*

uiuium aperturum quam cortice picato operuerit et in fumario posuerit consule Tullo. *Corticem* pro cortici i. e. accusatiuum casum pro datiuo posuisse uidetur, ut sit sensus: cortici fumum dimouebit pice astrictum. Et *fumum* utique pro fauilla fumi dixit, quae sidere solet super ad cooperimentum amphorae *ACR.*

consule Tullo. Soliti erant uinum recondere in amphoris in quarum fundo nomen consulis scribebant sicque in fumario domus suae collocabant scilicet ut ueniente tempore quo illud bibituri erant scirent quot annorum esset, dicentes illo uel illo consule esse uinum reconditum *POR.*

13. *sume M. cyathos centum.* Sensus est: licet centum cyathos bibas innocui erunt *POR.*

cyathos. Cyathos mensuras dixit quas pro sexta parte sextarii dicebant *ACR.*

14. *centum.* Verbo usus est conuiuarum: *centum cyathos,* siue finitum pro infinito posuit, ut: [1*]

tibi nomina mille *ACR.*

uigiles l. Vigilantes in officio luminis *ACR.*

15. *procul o. e.* Ita innocuum uinum se exhibiturum promittit ut nec oneret nec per ebrietatem lites prouocet, ut: [2*]

timor omnis abesto *ACR.*

pr. o. esto c. e. i. Esto pro erit. Dicit autem adeo innocuum esse uinum quod exhibiturus sit ut potantes nec oneret nec per ebrietatem ad lites incitet *POR.*

17. *mitte ciuilis s. u. curas.* Noli inquit sollicitus esse de salute urbis cum sint tuta omnia et solue animam ad laetitiam in conuiuio meo *POR.*

18. *occidit D. C. a.* Cotison nomen regis Dacorum quo

2 *post* Tullo *in cod. Med. et Pat. secuntur schol. ad. uu. 13 et 15 et tum iterum lemmate* corticem astr. p. d. a. f. *addito sequitur:* corticem etc. *contra schol. quod sequitur cum lemmate* 'cons. Tullo' *omnino om.* 3 uidetur *om. cod.* uī *Med. Pat. quod facile ante* ut *excidit* 14 *alterum* cyathos *add. ex cod.* 19 uigilantibus *cod. (Verba* in officio luminis *eicienda fort. erant)* 23 dicit adeo autem *Edd.* d. autem adeo *cod.* 24. 25 honeret *et* hebrietatem *cod.* 26 ciuilis *cod. Pat.* ciuiles *Fabr.*

1* *Aen. VII 337* 2* *Aen. XI 14*

uicto suadet aliquatenus a curis publicis Maecenatem recedere debere et priuato secum indulgere conuiuio *ACR.*

20. *dissidet.* Dissentit discordat eo quod ciuilia inter se Medi bella gererent nec eis per discordiam rebellare Romanis uacaret *ACR.*

21. *Medus i. t. l. diss. a.* Medos significat inter se seditionibus occupatos esse *POR.*

21. *uetus h.* *Vetus* i. e. diuturnus *ACR.*

seruit hisp. u. h. o. Orae genitiuus casus et hispanae eiusdem casus est *POR.*

22. *Cantaber.* Gens Hispaniae. *Sera domitus c.* Tarda, quia diu bellum cum his gestum est et cum difficultate ab Augusto superati sunt. Et iam Romanis seruire dicit uictos et subditos *ACR.*

Cantaber s. d. c. Sera inquit *catena*, quia diu bellum cum eis gestum est et tarde uicti sunt *POR.*

23. *iam Sc. l. m. a.* Vt eos distentis arcubus uictos et fugientes ostenderet, ut:[1*]
laxos humeris referunt languentibus arcus *ACR.*

25. *neglegens.* Supple: *esto,* quod pro securitate posuit, qua non timeret nequa res publica parte laboraret; ut e contrario Vergil.:[2*] securus amorum Germanae *ACR.*

neglegens nequa p. l. Neglegens nunc pro securo positum est, ut e contrario Vergilius *securus* pro neglegente posuit: securus amorum Germanae *POR.*

26. *nimium cauere.* Curare uel sollicitus esse *ACR.*

parce p. n. c. Cum sis, inquit, priuatus noli adrogare tibi rei publicae curam *POR.*

---

1. 2 publ. recedi et pr. se exercere conu. Maecenatem *sic cod. Med.* 8 *hoc schol. om. cod. Med.* 15 sera inquit cat. *add ex cod.* 17 distensis *cod. Med.* 21 qua *cod. Med.* quia *Fabr.* nequa *una uoce cod. Acr. et Porph.* 23 neglegens *ter rectissime cod. Totum schol. om. Edd. omnes* 27 adrogare *cod. Med. Pat.* arr. *Fabr.* 28 tibi diu *cod.*

1* *Aen. XI 874* 2* *Aen. I 350*

CARMEN III 9.

Donec gratus. Hac ode alternis uicibus respondentem sibi Lydiam amicam facit et agit cum ea de instauratione gratiae qua promerita beatiorem se affirmat rege Persarum. *Donec* quamdiu *ACR.*

Donec gr. e. t. Hac ode alternis uicibus respondentem sibi Lydiam amicam facit. Agit autem cum ea de instauratione gratiae. *Donec* autem pro *quamdiu* positum est *POR.*

2. *nec q. potior.* Melior i. e. cum nemo mihi a te praeferretur *ACR.*

nec q. p. brachia c. c. i. d. Id est, non quemquam me potiorem habebas cui ceruicis tuae amplexus permitteres *POR.*

4. *Persarum u. r. b.* Persarum enim reges deliciosis copiis utebantur *ACR.*

5. *donec non alia mag.* Hic pro Lydiae persona respondet *ACR.*

donec non alia m. a. Dehine quattuor uersibus Lydia respondet et deinceps ut dixi uices inter eos sunt dicendi ac respondendi quaternis uersibus *POR.*

6. *arsisti.* Amasti, ut: [1*] A r d e t a m a n s D i d o *ACR.*

neque e. Lyd. p. Chloen. Id est, non erat inferior apud te Chloe. Chloe nomen alterius amicae *ACR.*

neque e. L. p. Ch. Neque Lydiam i. e. me postponebas Chloe *POR.*

7. *multi L. n.* Magnae famae, magnae formae et Iliae matri Romuli praeferenda *ACR.*

multi L. n. Id est, magni nominis ac per hoc clarae famae *POR.*

2 eadem de inst. *Fabr.* eadem instanrationem *cod. Med.* 11 cum *pro* cui *cod.* 14 alia *et Acr. et Porph. cod. cum optt. codd. Horatt. non* aliam per L. personam *cod. Med.* 17 deince *supra scr.* ps *ead. m. cod.* deinde *Edd. minus bene* 21 *alterum* Chloe *addidi*

1* *Aen. IIII 101*

9. *me nunc.* Horatius respondet. *Thressa* Thracia, ut:[1*] Thressa genus Pholoe geminique sub ub. nati *ACR.*

12. *si parcent a. f. s.* Si fata parcent illi diu uiuendo cupio pro ea mori. Ad augmentum amoris paratum se dicit mori, si pro altero hoc fata fieri patiantur iuxta illud:[2*]

Si fratrem Pollux alterna morte redemit *ACR.*

pro q. n. m. m. s. parcent a. f. s. Id est, si mea morte illius animae fata parcant ut superstitem eam mihi faciant fata *POR.*

13. *me torret.* Ex persona Lydiae usque ad finem. Ordo est: Thurini Ornyti filius Calais me torret. Thurii Bruttiorum oppidum unde Ornytum dicit fuisse *ACR.*

Thurini C. f. Ornyti. Ordo est et sensus: Thurini Ornyti filius Calais nomine. *Thurini* autem, qui est a Thuriis oppido Italiae *POR.*

15. *pro quo b. p. m.* Quam earum habeat Calain per hyperbolen expressit, bis se paratum mori pro illo dicens, quod ideo intulit ut illum uinceret quia dixerat se paratum pro Chloe mori *POR.*

17. *quid s. p. r. V.* Secunda uice tamquam sua ipsius. Hoc est: si ad amorem redimus priorem *ACR.*

quid s. p. r. V. Hic iam temptare incipit Lydiam an redire secum in gratiam uelit *POR.*

1 Thressa Thracia ut *cod.* Cressa Thr. ut *Med. In loco Verg.* cressa *etiam cod.* Thressa] Thressa Thracia etc. *ut nouum schol. sit Fabr.* 2 gem. s. ub. nati *om. Fabr.* 3. 4 *fort. pro* uiuendo *scr.* seruando 5 patiantur *cod.* patientur *Med.* paterentur *Fabr.* 8 parcant *Fabr.* 12 Thirini *et deinde* Thyrius *cod. idem* orniti. *Fabr.* ornithi 12 Thura *Fabr.* Thyrius *cod.* Thurinum *Med. (graece est Θούριοι)* 14 turini *sed* h *supra scr. cod.* Orniti *pr. m. cod. sed eadem mutauit in* Ornyti 15 Thura *Pat. Med.* tura *(hic) cod.* Thuriis *correxi; cfr. Estré prosopogr. p. 518. et quos ibi adfert alios uiros doctos; atque ego nunc nullus dubito quin Sybaris Carm. I 8 idem sit ac Calais; plura alias* 17 quantum carum *cod. Med. Pat.* (Calain *non* Calaim *cod.*) 18 *περυπερβολην cod.* per *υπερβ. Med. Pat. καθ' ὑπερβ. Fabr.* 19 *pro* quia *fort.* qui *scrib.* 21 sua et ipsius *libri* 22 hoc est *addidi* si amorem reddimus priorem *Edd., ut nos cod.*

1* *Aen. V 285* 2* *Aen. VI 121*

18. *iugo c. aeneo.* Forti inexpugnabili; ad perpetuitatem redeuntis gratiae iugum aeneum posuit; aes enim non sicut ferrum rubigine consumitur. Vnde et Vergil.:[1*] et centum uinctus aenis Post tergum nodis, ut uelut aeternam pacem futuram per furoris aenea uincula monstraret *ACR.*

diductusq. i. c. aeneo. Si rursus, inquit, nos Venus iungit ac firmat perpetua coniunctione; hoc enim per iugum aeneum dicit; aeris namque materia non sicut ferrum rubigine consumitur. Quare et Vergilius non ob aliud mihi uidetur dixisse: et centum uinctis aenis Post tergum nodis, nisi ut perpetuam pacem per aenea furoris uincula futuram ostenderet *POR.*

19. *excutitur.* Pro expellitur *ACR.*

s. f. excutitur. Pro expellitur positum est *POR.*

21. *sidere p.* Vt Verg.:[2*] Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda. *Ille* Calais *ACR.*

9. *sidere clarior.* Calais scilicet *POR.*

23. *irac. Hadria.* Sicut illud: [3*]

Amántium ira amóris integrátio est *ACR.*

irac. Hadria. Hadria pro hadriatico mari dicitur *POR.*

24. *tecum uiuere am.* Vt: [4*]

Vna salus ambobus erit *ACR.*

tecum obeam. Vt: [5*]

tecum consumerer aeuo *ACR.*

---

2 reuertentis *cod. idem semper* aenea 3 et *add. ex cod. Ceterum hoc in cod. est postremum schol., relicua desunt* 5 per *addidi* monstrarent *libri. Cfr. Porphyr. schol.* 6 deductosque *cod.* did. *Edd.* aeneo *pr. m. cod. fere ubique, saepe tamen* h *supra scr. rarissime* aheneus 7 per hoc enim iugum *libri sed aut* propter hoc *scrib. aut ut fecimus transponendum* 17 clarior *cod. Pal. Med.* pulchrior *Fabr. et omnes codd. Horatt. Equidem hanc scripturam* clarior *alteri apud Horat. praetulerim; neque enim ex sequenti* calais *factum credo* 20 *hic* Adria *et* adriatico *libri alias per aspirationem; item apud Acronem* 24 consumere *male Fabr.*

1* *Aen. I 295* 2* *Aen. VIII 589* 3* *Ter. Andr. III 3, 23 (555) Fleckeis.* 4* *Aen. II 710* 5* *Bucol. X 43*

CARMEN III 10.

Extremum. Haec ad puellam Lycen nomine dicuntur asperam et intractabilem *ACR.*

Extr. Tanain s. b. L. Haec ad puellam Lycen nomine dicuntur asperam et intractabilem. *Tanais* autem flumen est Scythiae per quod uult intellegi esse barbaram *POR.*

1. *Extr. T.* Vltimum. *Tanais* enim fluuius Scythiae dicitur qui est Danubius, per cuius commemorationem uult intellegi barbari animi mulierem *ACR.*

3. *porrectum.* Extensum, ut Verg.: [1*] Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem *ACR.*

4. *aquilonibus.* Quia Tanaim nominauit; de septemtrionali enim parte aquilo oritur. Sensus est: non solum quia in prosperitate es misereri mei debes sed etiam si in captiuitate esses coniuncta saeuo uiro deberes meo succurrere amori *ACR.*

2—4. *me t. a. p. a. f. obicere i. pl. A.* Hoc est: mei tamen misereris nec patereris frigoribus perire ante ianuam tuam iacentem; incolis autem aquilonibus ad illud pertinet quod dixerat: Extremum Tanain si biberes. Tanais enim flumen in parte septemtrionali est unde aquilo oriri uidetur *POR.*

5. *nemus.* [Inter tecta satum] Viridarium dicit *ACR.*

quo nemus inter p. situm t. rem. Significat arbores esse, ut fit, in impluuio domus, quibus nunc strepere tempestates intellegi uult *POR.*

3 Tanaim *libri omnes; sed infra ad uers. 2—4* Tanain *cod.* 4 flumen *cod.* fluuius *Edd.* 5 barbara *cod.* 16 Hoc est *addidimus; in seqq.* me tamen et si misereris nec paterer his fr. *cod.* me tamen etsi misereris nec paterim fr. *Pat.* mei tantum etsi misereris non patereris fr. *Med.* mei etsi misereris non patereris tamen *Fabr.* (*Fort. etiam sic poteram templare locum:* mei tamen etsi barbara (esses) misereris nec etc.) 18 ante fores tuas *Med. Pat* 22 *uerba inclusa om. cod. Med. (fort. ad lemma pertinent)* 23 intra *cod.* sitnm *libri omnes* 24 in impl. domus *cod.* impl. domi *Pat.* in pluuio domi *Med. Fabr.* tempestates *cod.* tempestas *Edd.*

1* *Georg. III 351*

7. *positas.* Deorsum missas. Post niues enim missas si flat aquilo eius frigore solidantur *ACR.*

et positas u. gl. n. p. n. I. Ostendit, quod reuera in Italia frequenter euenit, post niuem positam aquilone uento serenatum esse et frigore eius gelu super niuem concrescere *POR.*

8. *puro.* Sereno, ut:[1*] P u r a n e c o b t u s i s p e r c a e l u m c o r n i b u s i b i t *ACR.*

9. *ingr. V.* Execrabilem Veneri dicit si amet superbiam et contemnat amorem *ACR.*

10. *currente.* Celeriter labente; [uult enim intellegere scissuram repudii] id est, ne nimia uelocitate rotae rumpatur funis, [dominam rotae Fortunam dixit] i. e. ne uolubilitate rotae et tu amans contemnaris et ita inflexu rotae laedaris sicut equus a consueta uelocitate deficiens consueuit *ACR.*

ne curr. r. f. eat. rota. Allegoricos, ne intereant harum rerum uices *POR.*

11. *non te Pel.* Penelopes Vlixis uxoris nota fabula est, quae pro fide absentis mariti omnes repudiauit sponsos *ACR.*

12. *tyrrhenus parens.* Italus *ACR.*

13. *o quamuis.* Ordo est: O quamuis nec curuant te munera nec preces nec pallor amantium tinctus uiola nec uir saucius pieria pellice et quamuis non sis mollior rigida aesculo nec animo mitior mauris anguibus: parcas tuis supplicibus *ACR.*

neque te munera. Vt est:[2*] q u o n i a m s o r d e n t t i b i m u n e r a n o s t r a et alibi:[3*] n e c m u n e r a c u r a t A l e x i s *ACR.*

14. *nec tinctus u.* Bene uelut amator amoenitatem floris pallori amantium dedit *ACR.*

4 positam aq. *cod. Pat.* positā in aq. *Med.* positam in aq. *Fabr.* 5 frigora *cod. Med. Pat.* 8 ut *et loc. Verg. om. cod.* 10 amantem cont. *Fabr.* 12 *uerba inclusa non genuina puto; certe* intellegi *scribendum* 14 nomine autem rotae F. dixit *sic COM. CR. quae in Acr. libris sunt uncis inclusi* 20 *hoc schol. om. cod., in libris male seq. scholio postponitur* 26 *hoc quoque schol. om. cod.*

1* *Georg. I 433* 2* *Bucol. II 44* 3* *Bucol. II 56*

pellice s. Concubinae amore uulneratus; uult intellegi maritum Lyces huius amare aliam i. e. Pieriam nomine mulierem, propter quam contumeliam uel dolorem suadet ad reddendam uiro pro pellice uicem se amari debere *ACR.*

nec uir pieria pellice s. Vult intellegi maritum Lyces huius amare aliam i. e. Pieriam nomine, propter quod debuisse hanc uicem ei contumeliae amando retribuere *POR.*

17. *nec rig. m. aesc.* Id est: Nec sis rigidior aesculo arbore tamquam lignea et sine ratione, nec asperior mauris serpentibus calore noxioribus ut: [1*] S a e u i t a g r i s a s p e r q u e s i t i a t q u e e x t e r r i t u s a e s t u *ACR.*

nec rig. m. aesc. n. m. a. m. anguibus. Cetera enim per parenthesim illata sunt *POR.*

19. *non hoc semper.* Non semper se ante limen obseruantem caelestem aquam passurum dicit sed desinente per contemptum animo amore cariturum *ACR.*

CARMEN III 11.

Mercuri. Mercurium lyrae inuocat repertorem ut inspiret sibi modulationem dignam auribus Lydes amicae. Ordo est: Mercuri dic modos quibus Lyde obstinatas aures applicet, nam te magistro docilis Amphion mouit lapides canendo *ACR.*

Mercuri n. t. d. m. Mercurium inuocat lyrae inuentorem petens ut inspiret sibi modulationem dignam auribus Lydes amicae. Ordo est autem: Mercuri dic modos quibus Lyde obstinatas applicet aures *POR.*

1. *docilis.* Doctus; laus doctoris a discipulo iuxta hoc

4 uicissitudinem *libri.* uicem *ex Porphyr. hic quoque scripsi; idem iubet Ritterus* 12 *post lemma fort. lacuna est* 19 obseratas *pro* obstin. *cod. Med.* 22 inuocat *cod.* uocat *Edd.* 26 docilis. Doctus; laus d. a. disc. *haec addidi ex COM. CR. et quae secuntur a primo scholio seiunxi cum quo in libris cohaerent*

1* *Georg. III 434*

quod M. Tullius Cicero in Rhetoricis dixit:[1*] 'artium magistros afferre laudem sine uituperationem discipulis rursus discipulos magistris.' Vnde hic Mercurius laudatur in Amphione discipulo, cuius nota fabula est; et quidem Amphion citharae cantu et pecudes quarum pastor erat ad se accersere consueuerat et lapides quibus muri sunt extructi thebani, ut Statius:[2*] quo carmine muris Iusserit Amphion tyrios accedere montes *ACR.*

nam t. docilis m. m. a. l. c. Nota fabula, Amphionem citharae cantu et pecudes quarum pastor erat ad se arcessiuisse et lapides quibus thebani muri extructi sunt *POR.*

3. *tuque test.* Quia testudinem Mercurius lyram fecit *POR.*

reson. s. Vt:[3*] Obloquitur muneris septem discrimina uocum *ACR.*

5. *nec loq.* Laus repertoris ab opere quasi diceret neque loquacem lyram neque gratam fuisse ante quam Mercurii doctrina aptaretur ad cantum *ACR.*

6. *et amica t.* Nam et in sacrificiis fidicines adhiberi consueuerant *ACR.*

et am. t. Fidicines hodieque Romae sacrificiis adhiberi uidemus *POR.*

7. *obstinatas.* Clausas obseratas *ACR.*

applicet a. Velut oblectata iungat et applicet ad audiendum unde est dictum:[4*] adeo in teneris assuescere multum est *ACR.*

1 Tullius *add. ex cod.* 9 *uerba* nam te docilis — cauendo *non pro lemmate habet Fabr. sed scholio quod praecedit statim adiungit ita ut non duo sed unum schol. euadat; minime recte* 10. 11 arcessisse *cod. Pat.* accersisse *rell.* 12 testudinem *cod. Pat.* testudine *rell.* (*fort. scr.* e testudine) ferit (*ut uidetur operarum errore*) *Fabr.* 14 *hoc schol. et in praecedenti* Tyrios acc. m. *om. cod.* 19 *lemmate addito nouum scholion effecimus; cfr. Porphyr.* 21 sacrificiis *cod.* in sacr. *Edd.* 23 *hoc et quae secuntur duo minora schol. om. cod.* obseratas *om. Med.* 24 *hoc schol. in libris cum duobus seqq. sedem mutauit* 25 uude *et q. s. om. cod.* assuescere *Edd.* consnesc. *apud Verg.*

1* *Cic. ? (de Inuent. I 25, Rhet. ad Her. III 7, 13)* 2* *Stat. Theb. I 9* 3* *Aen. VI 646* 4* *Georg. II 272*

9. *equa trima.* Trium annorum et iam difficilis ad domandum *ACR.*

10. *exultim.* Saltim *ACR.*

11. *proteruo.* Importuno nimio *ACR.*

cruda m. *Cruda* intacta immatura siue intempestiua; sed hic *animo* cruda i. e. crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum *ACR.*

et adhuc p. cruda m. Non est intempestiua sed animo cruda i. e. crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum *POR.*

13. *tu p. tigres c. s. d.* Haec ad testudinem dicuntur siue ad Mercurium *POR.*

ducere. Oblectatione cantus quocumque ieris te sequentes, ut Verg.:[1*] Mulcentem tigres et agentem carmine quercus *ACR.*

15. *cessit i. t. bl. C.* Hypallage cum ipse magis blanditus sit Cerberus *ACR.*

cessit i. t. bl. ianitor a. Receptam de Orpheo fabulam tractat qua refert etiam Cerberum et cetera inferna cantu citharae lenita esse *POR.*

17. 18. *centum.* Finitum pro infinito. — *muniant a. c. eius.* Vt ait Ennius:[2*] ángue uillosí canis *ACR.*

19. *spiritus t.* Aut posuit pro ueneno aut pro sanie cadauerum *ACR.*

atque s. t. s. m. o. tril. Saniem aut cadauerum quibus uescitur intellegi uult, aut pro uenenis posuit quae in illo esse potest fingi, cum etiam serpentibus hirsutus esse fingatur *POR.*

20. *ore trilingui.* Vt:[3*] latratae regna trifauci Personat *ACR.*

1 trium ann. et *om. cod. Med.* 5 Cruda *post lemma et* hic *post* sed *addidi. cfr. Porph.* 19 quae *Edd.* qua *cod.* 20 citharae eius *Edd.* eius *om. cod.* 21 *haec duo schol. om. cod.* 25 saniem autem *libri.* s. aut *corr.* 27 esse *om. Fabr., add. rell.* 28 fingatur *cod.* uideatur *Edd.* 30 *hoc quoque schol. om. cod.*

1* *Georg. IIII 509* 2* *Ennii tragoed. reliq. fragm. 441 ed. Vahlen* 3* *Aen. VI 417*

21. *quin et Ix.* Vt: [1*] Atque Ixionei uento rota constitit orbis *ACR*.

uultu r. i. Extorquente cithara dulcedine sua quod tormentorum poena non sinebat *ACR*.

quin et I. T. u. r. i. Inuito uultu risit intellegas tantam fuisse gratiam cantus ut in tormentis poenae constitutis extorserit tamen risus *POR*.

23. 24. *dum gr. D. p. c. m.* Danai nota fabula est qui fratris Aegypti inuidia quod omnes ille filios, filias hic haberet pactis nuptiis filiabus praecepit ut interimerent acceptos sponsos; quod ab omnibus factum est praeterquam ab Hypermestra quae Lynceum fuga data seruauit. Ob hoc scelus apud inferos hac dicuntur poena damnatae ut aquam in pertusum dolium iugiter mitterent. *Puellas* filias dixit *ACR*.

Danai p. Pro eo quod est: Danai filias *POR*.

25. *audiat Lyde sc.* Audiat qua poena damnatae sint quae amantibus crudeles fuerunt *ACR*.

audiat Lyde sc. a. n. Mira opportunitate de excessu excessum repperit, et est sensus: Audiat Lyde qua poena damnatae sint quae crudeles amatoribus fuerunt *POR*.

26. *inane lymphae dol. f. p. i. Inane dolium* ita [autem] figurauit ut e contrario *plenum uas;* et *inane illius rei* dicitur, ut et Terentius: uini plenum *POR*.

28. *seraque f.* Vt: [2*] Distulit in seram commissa piacula mortem *ACR*.

seraq. f. Quare *sera* dixerit ipse ex subiectis ostendit *POR*.

29. *manent.* Expectant. — *etiam sub O.* Non solum

6 gratia *et deinde* extorsit *errore Fabr.* 9 hic haberet filias *Edd., ut nos cod.* 12 Hypermestra *libri, (qua de cfr. Hygini fab. 168 ed. Munker) et paulo post* Linum *quod correximus* 14 *quae post hoc secuntur quattuor schol., in Edd. turbato ordine conlocata, om. cod. Sunt autem haec:* Puellas] Filias dixit. — Seraq. fata.] Vt: distulit etc. — Perdere ferro] Occidere. — Vna] Hypermestra. *Duo priora et quartum sedibus suis reddidimus tertium ne recepimus quidem* 16 sunt *libri male* 19 repperit *cod.* repetit *Edd.* 20 sunt *pro* sint *male Fabr.* 21 inane dolium *post lemma add. ex cod. contra* autem *non genuinum puto*

1* *Georg. IIII 483* 2* *Aen. VI 569*

damnantur in aquae penuria sed etiam infernali cruciantur igni *ACR.*

quae manent c. e. s. O. imp. n. q. p. m. Bona παράλειψις per quam impensior affectio dicentis exprimitur *POR.*

32. *perdere f.* Non ad naturam ferri relatum est epitheton sed ad earum animum quae dura ac crudeli mente hoc ausae sunt, ut: [1*] d u r i s g e n u i t t e c a u t i b u s h o r r e n s C a u c a s u s *ACR.*

duro perdere f. Non ad naturam ferri relatum est epitheton *duro* sed ad animum earum, quae dura et crudeli mente in eos usae sunt *POR.*

33. *una.* Hypermestra. — *face nupt. d.* Positum est hoc pro affectionis insigni tamquam maius praemium feminis non sit. Cum facibus enim nuptiae fiebant uesperi apud antiquos *ACR.*

una de multis f. n. d. Hypermestram dicit quae Lynceum maritum seruauit et bene pro praesenti affectione illatum: *face nuptiali digna* tamquam maius praemium feminis non sit *POR.*

35. 36. *et in o. u. n. ae.* Virginem pro muliere posuit *ACR.*

et in o. u. n. ae. Propter pietatem scilicet quam marito praestitit *POR.*

38. *ne longus t. s.* Id est, *mors,* ut: [2*]

E t c o n s a n g u i n e u s l e t i s o p o r *ACR.*

41. *quae uelut nactae.* Ordo est: Quae uelut leaenae nactae uitulos eheu lacerant singulos; et est pulcherrima comparatio *ACR.*

3 paralensis *cod.* paralipsis *Med. Pat.* παράλειψις *Fabr.* 10 dira *Edd.* dura *cod.* 16 Hypermestram *cod. Med. Fabr. (cfr. ad Acron. uers. 23)* Hypermenstra *(sic) Pat.* 16. 17 Linon *Edd.* clyngeum *cod. unde et hic scripsimus* Lynceum 17 et uidetur praesenti *Fabr.* et uiri praesenti *Med. Pat.* et bene pro praes. *cod.* 18 *uerba* face nupt. d. *Fabr. in nouo lemmate ponit* 20 *hoc schol. et quae secuntur duo:* 38 ne longus etc. et 43 mollior etc. *(hoc non suo loco positum) om. cod.* 27 eheu *Med.* beheu *cod.* heu heu *Fabr.* 28 *hic uidentur excidisse quae ex Acrone scholiasta Persii III 56 tradit:* Acron, inquit, tradit quod in porticu quondam Apollinis pa-

1* *Aen. IIII 366* 2* *Aen. VI 278*

quae uelut n. u. l. Velut leaenae uitulos nactae *POR.*

45. *me pater s. oneret cat.* Extrinsecus audiendum: *si putat* uel tale quid *me pater,* ut sit: Si putat saeuis catenis oneret pro hoc facto *POR.*

47. *me uel extr. N. i. a.* In deserta Numidiae quae feris plena sunt; aut pro crudelitate Numidas memorauit, ut: [1*]

Hinc Numidae infreni cingunt *ACR.*

48. *classe releget.* Remoueat, ut Vergilius: [2*] Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua *ACR.*

50. *dum fauet n.* Vt: [3*] Defensi tenebris et dono noctis opacae *ACR.*

52. *sculpe querelam.* Id est per epithaphium in commemorationem scribe quod gestum est *ACR.*

et nostri m. s. sculpe q. Id est monumento meo inscribe mortis meae casum uel causam *POR.*

CARMEN III 12.

Miserarum est n. a. d. l. [Metrum hoc Sotadicum dicitur ut numerus sit potius quam metrum. Constat autem Ionico minore et duobus primis uersibus trimetris ita: Miserarum est ˌneque amoriˌ dare ludumˌ neque dulciˌ mala uinoˌ lauere aut exˌ —. Tertius uero tetrameter scanditur ita: animariˌ metuentesˌ patruae uerˌbera linguaeˌ.] Ad Neobulen amicam scribit amantem Hebrum adulescentem et testatur insuauem esse uitam sine hilaritate

latini fuerint L Danaidum effigies et contra eas sub diuo totidem equestres filiorum Aegypti. *Ad rem cfr. O. Iahn. (Archäologische Aufsätze p. 23)*

1 *hoc schol. om. Fabr., contra lemma tantum exhibent Med. Pat. Nos ex cod. descripsimus; sed fort. mutilum est* 3 tale quid me putet ut si putat *sic Edd., ut nos cod. nisi quod* sit *addidimus; sed ne sic quidem sententia omni ex parte perpicua* 11 a tenebris *Med. (Schol. om. cod.)*

13 per *om. Fabr.; deinde* in commemoratione *Fabr. Med. et* quod g. est scribe *Fabr.* 24 detestatur *libri. Ceterum monendum in hoc carmine eam me uersuum distributionem sequi quae est in mea Horati Edit.*

1* *Aen. IIII 41* 2* *Georg. III 212* 2* *Aen. VIII 658*

et amore. Ordo est: Neobule miserarum est neque dare ludum amori neque lauere mala dulci uino aut exanimari metuentis uerbera patruae linguae *ACR.*

Miser. n. a. d. l. Hac ode testatur insuauem esse uitam sine hilaritate et amore et deinde puellam quandam captam specie adulescentis describit *POR.*

3. *lauere.* Pro *lauare;* sic enim ueteres declinabant. *Lauit* pro *lauat* etiam Verg.:[1*] lauit improba teter Ora cruor; qui uersus non constat si praeteritum intellegas *ACR.*

n. d. m. uino lauere. Antiqua declinatio dixit *lauere* non *lauare.* Nam tertiae coniugationis hoc uerbum apud ueteres erat. Sic enim declinabant: *lauo lauis lauit* non *lauo lauas lauat ACR.*

3. *exanimari metuentis p. u. l.* Sensus est, aut cruciari castigatione uerborum. *Patruae* autem linguae pro seucritate dixit; patrui enim adulescentibus corripiondis austeriores esse solent quam patres quibus natura ipsa plerumque indulgentiam extorquet; Cicero idem pro seueritate censurae:[2*] Patruus quidem magister hoc diceret: Quid tibi mulier cum Caelio? *ACR.*

exanimari metuentis p. u. l. Sensus est, aut cruciari castigatione uerborum. *Patruae* autem linguae pro seuerae positum; uidentur enim patrui adulescentibus corripiendis austeriores esse quam patres quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet *POR.*

5. *tibi qualum.* Calathum, μετωνυμικῶς pro lanificio dixit tamquam amore et pulchritudine amatoris capta contemneret pensa mulierum *ACR.*

tibi qualum. Qualum μετωνυμικῶς pro lanificio dixit. Sed mulieres per deminutionem uasculum hoc usurpant *qua-*

3 metuentis *hoc loco cod.* 8 ut Verg. *libri.* etiam Verg. *correxi* 10 declinatio *cod.* declinatione *Edd.* 11 quartae *cod. et indidem factum est ut sciolus aliquis supra* lauere *uoc. alt. syll. depingeret* ı *litteram in lemmate* 14 aut *addidi ex cod. cfr. Porph.* 16 esse *add. cfr. Porph.* 21 metuentis *cod. Pal. Med.* metuentes *Fabr.* aut *om. Fabr.* 29 qualum *post lemma add. ex cod. Med. Pal.* metonomycos *cod.*

1* *Aen. X 726* 2* *Cic. pro Caelio c. 20*

sillum dicentes; hoc autem est, in quo pensa uel tramam reuoluunt *POR.*

8. *liparaei n. Hebri.* A Lipara insula ut si diceret Liparensis; Liparitanus enim insulae ciuem demonstrat *ACR.*

liparaei n. Hebri. Hinc transit ad laudem Hebri nomine adulescentis quem a Neobule amari indicat; *Liparaei* autem a Lipare insula ut si diceret Liparensis *POR.*

9. *simul u. tib. hu. l. i. u. e. i. m. Bell.* Diximus et supra adulescentes post exercitium campestre in Tiberi nare solitos fuisse *POR.*

11. *Bellerophonte.* Qui Pegaso equo uectus chimaeram interemerat *ACR.*

neque pugno. Athletico et agonico certamine *ACR.*

13. *catus idem p. a. fugientis ag. gr. c. i. Catus* acutus, ac per hoc doctus significatur. Ordo est autem: catus idem fugientis ceruos iaculari per apertum agitato grege; *per apertum* autem absolute i. e. per campum *POR.*

per apertum. Latum, ut: [1*] a l i a d e p a r t e p a t e n t i s T r a n s m i t t u n t c u r s u C a m p o s. Ordo est: ales puer Cytherea e et nitor liparaei Hebri simul ac lauit unctos humeros in tiberinis undis eques melior ipso Bellerophonte neque uictus pugno neque segni pede, idem catus iaculari ceruos fugientes per apertum agitato grege et celer excipere aprum latitantem alto fruticeto aufert tibi qualum et aufert studium operosae Mineruae *ACR.*

---

1 *cfr. Festum Odofr. Muelleri p. 47. ubi haec sunt:* Calathos Graeci, nos dicimus quasillos pensum *Fabr.* (*paulo post* trama *cod.*) 3 Lipare *Med.* Lepore *Fabr.* Liparaei *cod.* (*est aut* Lipara *aut* Lipare *scribendum*) 4 Liparitanae *libri item paulo post* eum ciuem 7 ut diceret *pro* ut si d. *Edd.* 14 fugientis *in lemmate et expositione cod. Med. Pat.* catus a catos *libri nostri.* catus acutus *correximus ad Varronem de ling. lat. VII* §. *46* 18 patentes *Fabr.* patientis *cod.* patentis *Med.*

1* *Aen. IV 153*

CARMEN III 13.

O fons Bandusiae. Hac ode Bandusiae fonti sacrificium promittit. Bandusia enim Sabinensis agri regio est in qua Horatii ager fuit. Laudat ergo fontem dicendo eum perspicuum uitri comparatione, ut: [1*] uitrea te Fucinus unda *ACR.*

O fons Band. Sacrificium hac ode fonti Bandusiae repromittit simulque laudes eius dicit *POR.*

3. *cras don. haedo.* Haedi immolationem promittit. Amphibolon est tamen, utrum dicat donaberis haedo et floribus an haedo floribus coronato *ACR.*

non sine fl. cr. d. haedo. Amphibolon; incertum est enim utrum dicat haedo donaberis et floribus an uero donaberis haedo qui erit cum floribus i. e. coronatus *POR.*

5. 6. *et Venerem et pr. d.* Maturi enim et appetere Venerem et propter eam pugnare consueuerunt *ACR.*

frustra. Ideo *frustra*, quia inficiet gelidos riuos *ACR.*

et V. e. p. d. frustra. Frustra scilicet quia immolabitur *POR.*

8. *lasciui.* Luxuriosi petulantis *ACR.*

9. *te flagr. a.* Opacitatem nemorosi et abstrusi fontis ostendit per quam dicit canicularium aestuum calores arceri *ACR.*

te fl. a. h. c. n. t. Opacitatem laudat per quam dicit calorem canicularium dierum ad eum non descendere *POR.*

10. *tu fr. a.* Amoenum, ut: [2*] frigus captabis opacum, et non ipsi amabile sed fessis *ACR.*

fr. amabile. Eleganter pro umbra refrigeranti calorem aestiui temporis dixit *POR.*

1 Blandusiae *non retinui quamquam omnes libri et Acr. et Porph. in eo consentiunt* 15 propterea *libri* 17 quia *cod. Med. Pat.* qui *Fabr.* 19 *hoc schol. om. cod.*

1* *Aen. VII 759* 2* *Bucol. I 53*

13. *fies nob.* Meo carmine praedicatus inter nobiles fontes nominaberis *ACR.*

fies n. t. q. f. Tu quoque inter nobiles fontes nominaberis carmine praedicatus *POR.*

14. 15. *me dic. c. i. ilicem s. u. loq. l. d. tuae.* Significat in saxo natam ilicem arborem sub cuius radice erumpunt aquae fontis huius. *Loquaces* autem lymphas dixit quod dum de saxo cadunt perstrepant *POR.*

15. *unde loq.* I. e. sonantes, ut: 1* per leuia murmur Saxa ciet *ACR.*

CARMEN III 14.

Herculis r. m. d. o. pl. Haec ode in Augusti laudem scribitur uictoris ex Hispania reuertentis; *Herculis* autem *ritu* dicit ut ostendat labores cum non per alios sed per se administrare [nec sub hac difficultate adipisci uictoriam breui tempore ut proficisci ad bellum et reuerti uictorem] Ordo est: O plebs, Caesar dictus petiise laurum uenalem morte modo uictor ab hispana ora ritu Herculis repetit penates *ACR.*

Herc. r. m. d. Haec ode in Augustum scribitur uictorem ex Hispania reuertentem. Quod autem Herculi illum camparat ideo facit ut ostendat labores eum non per alios sed per se administrare *POR.*

2. *morte u. p. l.* Mortis enim comtemptu laus uictoris quaeritur et triumphi, ut: 2* est animus lucis contemp-

2 praedicaberis *libri.* numeraberis *COM. CR.* nominaberis *scr. ex Porph.* 5. 6 significatur *Fabr.* 7 *a* loquaces *uerbo addito nouo lemmate nouum schol. male incipit Fabr.* (lymphas *add. ex cod*) 8 cum d. s. cadant *Fabr.* cum d. s. cadunt *Med. Pat.* dum d. s. cadunt *cod.* 9 *hoc schol. om. cod.* 12. 13 Herculis a. ritu *om. cod. Med.* (*Quae paulo post inclusi miserrime corrupta sunt nec genuina*) 18 Haec in A. scribuntur *Edd.* haec *ode* in A. scribitur *cod.* 22 laurus uictoriae *COM. CR.* 23 *post* triumphi *sequens schol. sic inserunt cod. Med.* Laureatae enim (litterae *add. Med*) de uictoria in templo mittebantur; *et in eisdem omissa sunt* est — contemptor

1* *Georg. I 109* 2* *Aen. VIIII 203*

tor et istum Qui uita bene credat emi quo tendis honorem et: [1*] uitamque uolunt pro laude pacisci *ACR.*

p. laurum. Laureatae enim de uictoria litterae mittebantur *ACR.*

morte u. p. laurum. Quam etiam morte paratus est emere. Non enim in bello mori dubitauit ut inde lauream petat *POR.*

unico gaudes m. m. Liuiam dicit sub castitatis laude uotum pro Caesaris reditu soluturam *ACR.*

et iustis operata. Operationes ueteres sacrificia dixerunt. *Iustos* uero *diuos,* quamuis generaliter dici possit, nunc tamen specialiter posuit tamquam qui uictoriam uel reditum Caesari pro merito eius et uirtute praestiterint. Etiam Vergilius operationes pro sacrificiis posuit, ut: [2*] Sacra refer Cereri laetis operatus in aruis *ACR.*

prodeat i. o. diuis. Pro: prodeat iustis et operetur diuis i. e. sacrificet. Operationes enim sacrificia dixerunt. *Iustos diuos* quamuis generaliter dicere possumus, nunc tamen specialiter accipiendum scilicet quod Caesari uictoriam et reditum merenti dederint *POR.*

7. *et soror cl.* Octauiam Augusti sororem commemorat *ACR.*

et soror clari d. Octauiam dicit Augusti sororem *POR.*

8. *supplice uitta.* Non uitta supplice sed uittis solutis

2 *hunc locum alterum om. cod.* 4 litterae *om. cod.* (*et potest deesse; cfr. Tac. Agric. 18*) 6 quam est morte paratus em. *Fabr.* q. et m. p. emere *Med. Pat.; ut nos cod.* 7 non enim omni modo in bello mori ait Inde *cod.* Non enim in bello mori sperauit ut idem *Med. Pat.*; *Vt nos Fabr., quamquam de ueritate dubito* 9 lidiam *libri.* Liuiam *correxi* 11 et *in lemmate libri* 12 possint *libri* 14 merito eius uirtuti *Fabr.* m. e. et uirtuti *cod. Med.* pro m. e. et uirtute *correxi.* (Caesaris m. e. et uirtuti *COM. CR.*) 14. 15 Virg. op. p. sacrif. ut *cod. Med.* Virg. op. etiam pro sacr. pos. ut *Fabr.* 16 aruis *cod. Med.* herbis *Fabr. et apud Verg. Cfr. Wagneri adnotat.* 20 scilicet quod *cod.* s. q. *Med.* s. qd. *Pat.* ii qui *Fabr.*
22 Octauiam dicit *cod.* (*Cfr. Porphyr. unde irrepsit*) 24 cari *cod. pro* clari

1* *Aen. V 230* 2* *Georg. I 339*

supplicantes, ut: [1*] Soluite crinalis uittas capite Orgia mecum *ACR*.

9. *iuuenumque nuper sospitum.* Prodeant matres nuper sospitum reuersorum per Augusti uictoriam *ACR*.

iuu. n. s. Id est, nuper per Augustum sospitum *POR*.

iam uirum expertae. Id est, nuptae *ACR*.

male nominatis p. u. Siue quia pro festiuitate dierum feriae indicebantur et abstinebatur a litibus iurgiisque siue quia in sacrificiis praecepto silentio bona omina habere iubebantur, ne incaute loquentes uerbis omina facerent; ideo nunc parcite malis uerbis i. e. malis ominibus *ACR*.

male nominatis p. u. Quid est male nominatis uerbis parcite? Vtrum quem ad modum edicitur, ut eiues feriati hodie litibus iurgiisque se abstineant, an ut e contrario in sacrificiis praecipitur: bona omina habete, ita nunc parcite malis uerbis i. e. malis ominibus? *POR*.

14. *tumultum.* Commotionem bellorum *ACR*.

15. *per uim.* Id est per impulsionem hostium *ACR*.

16. *tenente C.* Id est, parta pace incolumi Caesare, ut: [2*] Ferrea belligeri compesceat limina Iani *ACR*.

tenente C. t. Id est incolumi Caesare *POR*.

18. *et cadum marsi m. d.* Vinum quod bello marsico diffusum est; *cadum* autem lagenam, ut: [3*] Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes *ACR*.

et cad. m. m. d. Id est ueteris uini cadum, quod iam uinum natum erat temporibus belli marsici *POR*.

1 crinalis *cod.* criuales *Fabr.* criminales *Med.* 3 prodent *cod. Med.* (matres *et* per *in eisdem deest*) 5 Id est nuper Aug. sospitem futurum (*sic*) *cod.* Nuper A. sosp. fut. *Med. Pat.* Nuper per Aug. sospitem *Fabr.* 6 *hoc schol. om. cod.* 7 male nominatis *cod.* m. om. *Med. Fabr.* 9 habere uidebantur *libri.* haberi uidebantur *COM. CR.* 10 incautè *Fabr.* in ciuitate *cod. Med.* inciuiliter et incaute *COM. CR.* mala om. fac. uerbis *Med.* 12 nominatis *cod.* ominatis *Med. Fabr. Pat.* (*sed Pat. paulo post* nomin.) 13 edicitur *cod.* dicitur *Edd.* 17 per comm. *Fabr.* 18 per *e. q. s. usque ad* parta *seq. schol. om. cod. aberrantibus oculis* (impulsione *Med.*) 24 oneraret *Fabr.* 25 Id est ueteris uini ca*dum quod iam (quo iam *pr. m.*) uinum *cod.* Nam uinum *Edd.* (*fort.* quoniam *scr.*)

1* *Aen. VII 403* 2* *Lucan. I 62* 3* *Aen. I 195*

Spartacum s. qua p. Gladiator fuit Spartacus; hic cum LXXIIII sociis similis conditionis e ludo fugiens dux factus per IIII annos aduersumque Romanos bellans plura uastauit; ideo nullam lagenam eum euadere potuisse commemorat. Hunc postea Pompeius oppressit ut Lucanus [1*] Et simili causa caderet qua Spartacus hostis *ACR.*

Spartacum s. q. p. uagantem f. t. Spartacus dux fugitiuorum per Italiam aliquando grassatus multa uastauit *POR.*

21. *Neaerae.* Nomen puellae citharistriae siue cantatricis; *argutae* autem canorae, ut: [2*] Hic arguta sacra pendebit fistula pinu *ACR.*

22. *murreum n. c. cr.* Aut perfusum murra aut inter flauum et nigrum uel murrei coloris *ACR.*

murreum. Colorem murreum in crinibus hodieque dicunt qui medius est inter flauum et nigrum; quia properare illum uult in nodum tantum colligere crines praecipit *POR.*

cohibere. Id est constringere. Pro festiuitatis laetitia festinare et in nodum colligere crinem praecipit *ACR.*

23. *si per inuisum m. i. f. a.* Id est, si ianitor prohibuerit ad illam ingredi supple parcam, quia canities mitigat animos cupidos litium et proteruae rixae: cum iuuenis essem non ferrem hoc *ACR.*

si p. i. m. i. f. a. Praecipit puero ut si tardius ad Neaeram ab ostiario admittatur, recedat. Deinde quare hoc praeceperit ostendit inferendo: *Lenit albescens animos capillus.* Haec cum admiratione quadam et dolore animi dicuntur. Miratur

2 LXXIIII *cod.* LXXXIIII *Med.* quat. et sept. *Fabr.* 3 aduersum *Fabr.* que *add. cod. Med.* 4 eum *addidi* 6 caderet *libri.* caderes *apud Luc.* 12 mirreum *cod.* myrrh. *Edd.* *prius* aut *add. ex cod. pro altero habet Fabr.* ut 14 murreum *cod.* murcum *Pat.* myrrh. *rell.* hodieque *cod. Pat.* hodie quoq. *rell.* 15 illum *cod. Pat.* 17 Id est constringere *om. cod. Med. et per* autem *part. cum antecedenti schol. coniungunt; fort. rectius. Deinde* pro festinantis laet. et in nondum *Fabr.* 20 ad *addendum aut cum COM. CR. pro* illam *scr. erat* te qua *Fabr.* 22 hoc *cod.* haec *Edd.* 24 recedat *cod.* redeat *Edd.* 25 *a* Leuit *male nouum schol. Fabr. habet; contra sequens huic continuat*

1* *Lucan. II 554* 2* *Aen. II 554*

enim se tam segnem factum ut in contumelias fastidientis puellae non irascatur: quod ipsum iniuria senectutis fieri ingemiscit *POR.*

25. *lenit albescens.* Canus; aetatis accessu corporis uis extinguitur et furor *ACR.*

26. *cupidos.* Superbos iuuenes uel rixae pronos animos senectus mitigat *ACR.*

calidus iuuenta. Feruidus iuuentute. Adulescentem se fuisse feruidum commemorat irascique minus solitum, si fastidiretur ab aliquo *ACR.*

25. 26. *lenit alb. animos c. l. e. r. cupidos p.* Animi, inquit, iuuenum qui litium et rixarum in comtemptu amoris cupidi sunt senili aetate leniuntur *POR.*

consule Planco. Significat se consule Planco adulescentem fuisse irasci mirabiliter solitum si fastidiretur *POR.*

CARMEN III 15.

Vxor p. Ibyci. Ad moecham scribit uetulam et luxiriosam. Bene dixit *uxor pauperis* cui solum poterat esse solatio si castam haberet uxorem [nec tenuitati eius luxuriam conuenire] *ACR.*

Vxor p. Ibyci. Haec ode scribitur in uetulam moecham et luxuriosam *POR.*

fige m. Pone modum obscenitati siue libidini aut turpi auaritiae, ut Terentius: 1*

leno iníqua non uult mé loqui *ACR.*

1 ut *om. cod.* 2 iniuriam *cod.* 4 canae *Fabr.* canis *cod. Med.* canus *COM. CR.* (*et* canis *et* canus *bene se habet*) 5 fernor *cod.* 8 Cupidus iuuente *cod. Med.* 11 animum *et* cupidum *Med. Pat.* animos *et* cupidus *cod.* animum *et* cupidos *Fabr.* 12 rixarum *cod.* rixae *Edd.* in contempto *cod.; idem* liniuntur 15 tolerabiliter *cod.* (*fort.* intol.) 18 luxuria conueniret *cod. Med. Ceterum uerba inclusa aut eicienda sunt aut lacunosa* 20 Ibyci *cod.* Ibici *Edd. ut etiam Acroniani libri* 24 leno n. u. me inq. loqui *cod. Med.* leno nequam non uult me iniq. l. *COM. CR.* leno iniq. me non uolt loqui *Ter. Fleckeis.*

1* *Terent. Adelph. II 1, 33 (187) Fleckeis.*

tandem n. fige m. t. Nequitiae nunc calliditati et malitiae, non ut olim nequam dicebatur ignauus ac nihili *POR.*

4. *maturo pr.* Ordo est: Desine inter uirgines ludere cum sis propior funeri i. e. morti uicinior iam per aetatem *ACR.*

interl. u. Ordo et sensus est: Desine inter uirgines ludere cum sis funeri propior *POR.*

6. *et stellis.* Decens allegoria; ait enim, ut stellarum decus et splendor fuscatur nebulis et celatur, sic nitorem uirginum permixta anus obscuras *ACR.*

et st. n. s. c. Decens allegoria; ait enim ut decor stellarum nubilo infuscetur, sic nitorem fieri uirginum interuentu eius turpem quippe cum sit aetate iam adtrita et deformis *POR.*

8. *et te Chlori.* Ordo est: Chlori non si quid satis decet filiam Pholoen decet te; rectius expugnat filia domos iuuenum supple, quam tu concita ut Thyias pulso tympano *ACR.*

filia. Chloridis in quam scribit, et ipsam turpem designans quae furore libidinis ita incitaretur uti bacchae tympanorum pulsu *ACR.*

filia r. e. i. d. p. Thyias uti c. t. Hic etiam filiam eius ostendit uitiosam esse et per libidinem nimiam ita in furorem quendam incitari ut bacchae solent pulsu tympani audito *POR.*

11. *Nothi.* Nomen amatoris *ACR.*

12. *lasciuae.* Quia hoc genus libidini et lasciuiae aptius *ACR.*

13. *prope n. t. L.* Luceria ciuitas est Apuliae. Dicit autem lanificio aetatem eius magis aptam quam luxui et ebriositati *ACR.*

te lanae p. n. t. L. n. c. d. Luceria urbs est in Apulia et in Samnio; κατ' ἐξοχήν autem pro qualibet lana hoc positum *POR.*

2 nihili *cod.* Senex *Edd.* 6 proprior *Fabr.* 9 obscurat *Edd.* obscuras *cod. qui idem* decens *paulo ante om.* 11 infuscatus *cod.* infuscatur *Edd.* 12 tuo *pro* eius *libri; item paulo post* sis atra *Fabr.* atrita *Med. Pat.* adtr. *cod. (Nos schol. emendauimus ut legi posset)* 22 quendam *om. Fabr.* 23 *hoc et sequens schol. om. cod.* 30 hoc *add. ex cod.*

16. *faece tenus.* Tamquam quae uasa uino uetere potando uacuaret *ACR.*

nec. p. uetulam f. t. c. Non decet aetatem tuam, inquit, in conuiuio multum potare, hoc est enim *faece tenus* potare. Nam utique cum tota amphora bibitur ad faecem peruenitur. Per *faecem* autem *uetulam* uetus uinum accipe *POR.*

CARMEN III 16.

Inclusam D. Acrisius pater cum Danaen ob pudoris custodiam ualida et munita turri clausisset uersus in aurum Iuppiter fingitur eam uiolasse. Quod nunc exemplum ad ostendendam uim auri et potentiam posuit quo probet in hoc compositam fabulam de aureo imbre Danaes ut monstraretur nihil non posse pecunia atque auro corrumpi. Ordo est: Aenea turris et robustae fores et tristes excubiae uigilum canum satis munierant inclusam Danaen ab nocturnis adulteris, si non Iuppiter et Venus risissent Acrisium pauidum custodem abditae uirginis conuerso deo in pretium; fore enim tutum iter et patens, supple, sciebat *ACR.*

Incl. Danaen t. aen. Haec ode ad Maecenatem scripta est; quae initium quidem habet ab habitatione Danaes. Ceterum tractat quae sit uis auri et quantum potentiae habeat. Per quod ostendit in hoc factam fabulam de aureo imbre Danaes ut ostendatur nihil non posse pecunia atque auro expugnari *POR.*

3. *tristes.* Epitheton uigiliarum eo quod maestitudinem generent, seu Danae tristis, nuptiis per custodiam denegatis *ACR.*

2 uacarent *cod.* 3 Non decet *cod.* hoc dec. *Med. Pat.* Non hoc d. *Fabr.* 4 hoc est enim *cod.* hoc est *Med. Pat.* id est *Fabr.* 10 quo probet *cod. Med.* quod probat *Fabr.* 12 pecunia atque auro *cod. et Acr. et Porph.* a. atq. p. *Edd.* 21 per hoc *Edd.* per quod *cod.* in hoc *addidi ex cod.* imbri *cod. fort. recte* 25 *fort.* tristes *scrib. ut* Danae *sit tertius casus*

4. *nocturnis ab ad.* Occultis. Hoc enim tempus crimini aptum est, ut est: [1*] nec gregibus nocturnus obambulat cum et per diem lupi insidiari consueuerint *ACR.*

noct. ab ad. Belle *nocturnis* adulteris quia adulteris nox apta est *POR.*

5. *si non Acrisium u. a. c. p. Iupp. e. V. r.* Sensus est: Acrisius filiae Danaes pudicitiam diligentissime custodisset si non diligentiam hanc elusam uellent Venus ac Iuppiter in aurum uersus. Pretium uidetur fuisse concubitus *POR.*

6. *pauidum.* Sollicitum et cautum propter iniunctum sibi officium *ACR.*

8. *conuerso i. p. d.* Quia Iuppiter in aurum uersus pretium uidetur fuisse concubitus *ACR.*

9. *per m. i. s.* Per hostium cuneos et hostiles fremitus *ACR.*

9. *aurum p. m. i. s.* In hoc iam excessu consilium est fabulae quam in principio posuit *POR.*

10. *et perrumpere a. s.* Munitiones expugnare *ACR.*

potentius. Exaggeratio uoluptuosae rei *ACR.*

concidit Auguris. Amphiaraum dicit cuius uxor Eriphyle monili corrupta egit ut egrederetur ad bellum quod exitiale uelut uates praescius declinabat *ACR.*

concidit a. arg. d. o. l. Amphiarai scilicet quem Eriphyle uxor corrupta monili aureo prodidit *POR.*

12. *ob lucrum.* Propter amorem monilis *ACR.*

13. *demersa exitio.* Deiecta hiatu telluris; nam pro Amphiarao totam domum posuit *ACR.*

14. *uir Macedo.* Philippum significat Alexandri Magni patrem qui multas ciuitates auro proditoribus dato cepit et diruit *ACR.*

diffidit u. p. u. M. Philippum significat Alexandri Magni patrem *POR.*

9 quod pretium *Edd.* pretium *cod.* 14 esse *libri pro* fuisse 26 scazonis *(sic !?) pro* monilis *cod.* 27 exicio *cod.* exitio *Med.* excidio *Fabr.*

1* *Georg. III 538*

15. 16. *munera n. s. illaq. d.* Dicit piratas propter rapacitatem scilicet. Piratae enim propter cupiditatem lucri latrocinia exercent et saepe periclitantur. Et est ordo: Duces nauium non munera nauium *ACR.*

inlaqueant duces. Inlaqueant, id est, capiunt *POR.*

crescentem s. c. p. Sensus est: Curam et famem maiorum scilicet diuitiarum augeri dicit quaestus cupiditate, ut Iuuenalis: [1*] C r e s c i t a m o r n u m m i q u a n t u m i p s a p e c u n i a c r e s c i t *ACR.*

cr. s. c. p. Reprehendit eos qui pucuniam sic concupiscunt tamquam feliciores futuri cum tanto plus sollicitudinis ac curae habeant quanto maior est *POR.*

maiorumq. fames. Pecuniarum maiorum scilicet; et *famem* nunc pro desiderio posuit metaphoricos. Dicit autem, quod re uera uidemus, tanto cupidiores auarioresque fieri homines quanto plus acquirant *POR.*

iure perhorrui. Pecuniarum desiderium merito spreui; horrui timore curarum uel honorum potentia *ACR.*

19. *uerticem.* Augmentum diuitiarum et celsitudinem dignitatum *ACR.*

20. *Maec. e. d.* Maecenas enim eques romanus fuit nec uoluit transire in ordinem senatorum *ACR.*

21 *quanto q. s. p. n.* Quanto diuitias magis spreuerit contentus mediocritate census nec habuerit ambitum fortunae maioris, tanto deorum fauore dicit abesse nihil posse *ACR.*

quanto q. s. p. n. Bella relatio. Sensus est: Agellus meus quamuis oneri mihi sit locupletiorem me tamen facit, nihil amplius scilicet desiderantem quam ille est qui sibi clarus uidetur quod latissimas multasque habeat in Africa possessiones; hoc ergo fallitur ille locuples quod se beatiorem iudicet *POR.*

1 inducit *pro* dicit *cod.* 5 inlaqueant *cod.* ill. *Edd* (*altero loco* inl. *ex cod. addidi*) 9 *altero loco* creuit *Iuuenalis Iahni qui hunc Acr. locum om.* 12 quanto maiorem pecuniam acquirant *Fabr.* quanto m. est *cod. Med. Pal.* 13. 14 nunc famem *Edd.* 21 enim *add. ex cod. Med.* 24 habenti *libri* 28 desiderantem *pr. m. cod.* desiderans *alt. man. cod. et Edd.* est. Qui s. cl. uideretur *male Fabr.*

1* *Iuuen. XIIII 139*

transfuga. Quia dixerat castra, seruauit metaphoram significando se transfugam; dicit tamquam a diuitiarum uitiis significet se transire uelle ad uirtutis insignia *ACR.*

25. *comtemptae.* Id est compositae et mediocris *ACR.*

26. *impiger.* Laboriosus *ACR.*

28. *magnas i. o. i.* Propter insatiabilem cupiditatem. Inopem enim se ostendit rei desideratae auarus tamquam non habeat quod quaerit, ut Iuuenalis: [1*] egenti uiuere fato *ACR.*

29. *purae riuus a.* Laus mediocritatis sub agelli descriptione *ACR.*

30 *et s. c. f. m.* Vbertas fertilis glebae non decipiens spem domini uel laborem agro suo praestitum *ACR.*

32. *beatior.* Multa Africae patrimonia possidente. Ordo est: Et certa fides meae segetis beatior imperio fertilis Africae fallit fulgentem sorte i. e. illum qui per sortem fulget et non natura; nam naturale est ut quis paucis parcisque contentus sit *ACR.*

33. *quamq. n. c. m. f. a.* In Calabria enim sunt flores aptissimi apibus. Per *mella* autem negat se uti possessione Calabriae *ACR.*

quamq. n. c. m. f. a. Licet nec in Calabria possideam quid, inquit, ubi mel optimum nascitur *POR.*

nec laestryg. B. i. a. Formiana seu sicula in quibus locis Cyclopes fuerunt qui Lastrygones uocabantur *ACR.*

nec laestryg. B. i. a. Laestrygones oppidum Campaniae Formias tenuisse dicuntur; in illa autem regione quia saxosa est pretiosissimum uinum campanum nascitur *POR.*

35. *languescit.* Id est ueterascit *ACR.*

Bacchus i. a. l. Belle *languescit* quasi senescit ac per

1 significando. Transf. dixit tamq. qui *sic Fabr.* sign. tr. dixit tanq. qui *rell.* 4 contentae *Med. Fabr. Schol. om. cod.* 8 egentis *Iuuen. Iahnii apud quem hic Acr. locus deest* 16 falli *Fabr. male* 17 paruisque *Fabr.* parcisq. *cod. Med.* 23 quid *om. cod. Med. Pat.* 24 lestrig. *libri* 26 laestrygonia *cod. Med. Pat.* laestrig. *Fabr.* 29 *hoc schol. om. cod. Contra post* ueterascit *add. Med.* pinguia. crassa 30 belle *cod.* bene *Med. Pat.* Bacchus *Fabr.*

1* *Iuuen. XIIII 137*

hoc ueterascit; et paulo post ait: promere languidiora uina *POR.*

37. *import. paup.* Quae importunos facit et odiosos. Poterat tamen quaestio uideri, qua crederetur poeta dixisse contraria, ut cum superius se dixerit transfugam diuitum hic dicat sibi pauperiem abesse; sed conuenit nec contrarium est, ut qui diuitum transfuga est, importunus paupertate non sit quam elegit et libenter appetit *ACR.*

38. *nec si. pl. u.* Plura quam habeo: Humanitatem circa se Maecenatis ostendit *ACR.*

39. *contracto m. p. cup.* Mitigato et repulso desiderio diuitiarum. Efficiens posuit pro eo quod efficitur *ACR.*

contracta m. p. c. uectigalia. Vectigalia pro reditibus posuit; proprie enim rei publicae reditus dicuntur uectigalia *POR.*

contracta m. p. c. u. porrigam. Sensus communis est et manifestus; ait enim paruo se contentum plus sibi uideri possidere quam si multum habens amplius desideret *POR.*

40. *uectig. porr.* Id est paruus possessor minora persoluam tributa *ACR.*

regn. Alyattei. Alyatteus rex Lydiae pater Croesi, qui opimo usus est imperio *ACR.*

quam si mygd. r. Alyattei. Ordo est: quam si mygdoniis campis regnum Alyattei continuem. Alyatteus autem rex Persarum dicitur fuisse uel, ut alii dicunt, rex Lydorum pater Croesi *POR.*

43. 44. *bene est c. d. obt. p. q. s. e. m.* Omnia frugalitati suppetere et nihil deesse dicit *ACR.*

4 uideri *cod. Med.* oriri *Fabr.* poeta *cod.* poetam *Edd.* 8 et quam libenter *Edd.* 12 efficientem *libri et paulo post* per id *cod. Med.* 13 contracta *libri praeter Fabr., in qua praeterea hoc schol. cum seq. sic male coaluit:* contracto .... porrig.] Sensus com. est et man. Ait enim paruo cont. plus se uid. poss. q. s. m. h. ampl. desid. — Reipubl. autem reditus dicuntur uectigalia 16 porrigamus *cod.* 17 se content. plus sibi uid. *cod. Med. Pat.* content. pl. se uideri *Fabr.* 21 aliathii *cod.* Halyattici *Edd.* 23 haliatti (*sed* h *ab ead. m. deleto*) *cod.* aliactii *Med.* haliactii *Pat.* Alyattici *Fabr.*

bene est c. d. optulit p. q. s. e. m. Subaudiendum hic extrinsecus pronomen quod est *ei*, ut sit: Bene est ei, cui deus optulit parca manu quod satis est *POR.*

CARMEN III 17.

Aeli. Aelium Lamiam alloquitur senatorem. Aeliorum autem familia a Lamo Formiarum rege oriri affirmata est, unde et Lamiae cognomen nobilibus inditum est, quod uulgo Lamium genus uocabatur. Iuuenalis: [1*] Lamiarum caede madenti. *Vetusto* i. e. antiquo *ACR.*

Aeli u. n. ab L. Aelium Lamiam adloquitur senatorem. Aeliorum familiam a Lamo Formiarum rege oriri adfirmat et inde Lamiae cognomen eis adhaesisse *POR.*

2. *quando.* Siquidem *ACR.*. — 4. *fastos.* Qui nobilitatis in posteros memoriam testarentur. Per *fastos* autem consules uult accipi. Lucanus: [2*] qui dat noua nomina fastis. *ACR.*

4. *memores g. o. fastus.* Scilicet qui memoriam ueterem testentur *POR.*

6—8. *qui F. m. d. p. et i. m. lit. t. Lirim.* Formiani potentiores uidentur fuisse Minturnensibus et eorum agros tenuisse. Liris flumen ubi Marica nympha colitur; ideo *late tyrannus* quod ad Lirim usque regnum suum extenderit *POR.*

et innantem M. litoribus t. Lirim. Liris per mediam urbem Minturnensium labitur; Maricam autem Minturnenses

1 optulit *bis cod.* obt. *Edd.* 4 heli *cod.* Aeli *littera initiali ut fieri solet omissa Med.* 6 Lamiae *cod. Med.* Lamiarum *Fabr.* 9 Aeli *cod.* *Eli *Med.* *Elei *Pat.* 9. 10 adloq. *et* adfirmat *cod.* 16 *totum schol. om. Fabr.* memores g. o. fastos (*ergo lemma tantum*) *Med. Pat Vt nos cod.* 18 littoribus *hic cod. infra uero* litoribus lirim *pr. m. cod. sed alt. mutauit in* lyrim *et* i *supra* y *iterum scripsit.* Lyrim *Med. Pat.* 20 Liris fuit ac marica nympha coli igitur *cod., sed in marg. cum Med. Pat. ut nos* ideo late tyr. quod ad *cod.* Late tyrannus. Qui ad (*ut nouum schol. sit*) *Edd. post sequens schol.* 21 *hic* lirim *cod. aperte*

1* *Iuuen. IIII 154* 2* *Lucan. V 5*

praecipue colunt, cuius etiam lucus in ipsa Minturnensium ciuitate est *POR.*

8. *tenuisse Lirim.* Liris fluuius est Campaniae interfluens urbem minturnensem; de quo Lucanus: [1*] et umbrosae Liris per regna Maricae. Ordo est: Et late tyrannus dicitur tenuisse Lirim innatantem litoribus Maricae. Marica nympha fuit a qua fluuius nomen accepit *ACR.*

9. *late tyr. Tyrannus* alibi pro domino alibi pro crudeli alibi pro potente ponitur, ut: [2*] Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni *ACR.*

cras fol. n. De futurae tempestatis indicio, ut:[3*] omnia plenis Rura natant fossis. Ordo est: Tempestas demissa ob Euro sternet cras nemus multis foliis et sternet litus inutili alga *ACR.*

13. *annosa cornix.* Diu uiuens; Iuuenalis:[4*]
Exemplum uitae fuit a cornice secundae *ACR.*

12. 13. *sternet aquae n. f. a. a. e.* Etiam Vergilius dicit cornices pluuiae inminentis praesagas esse cum ait: [5*] Tam cornix plena pluuiam uocat improba uoce. *Augurem* ergo pro praesaga i. e. diuina posuit; *annosam* uero ait, quoniam mille annos uiuere affirmatur *POR.*

13. 14. *dum p. a. c. l.* Dum permitteris serenitate, strue ad faciendum sacrificium *ACR.*

15. *et p. bimestri.* Duos menses habente; aut certe duos menses uoluit significare a luna computatos *ACR.*

16. *cum f. o. s.* Cum uacantibus seruis et ab opere feriatis. Ostendit autem tempus hiemis dum ad focum potari hortatur et sacrificium genio institui, ut: [6*] Inuitat genialis hiems curasque resoluit et: [7*] Ante focum si frigus erit, si messis in umbra *ACR.*

1 praecipue *cod.* maxime *Edd.* miuturnensi ciu. *Edd.* Minturnensium (ciuitate *in marg. add*) *cod.* 3 *prior scholii pars usque ad* regna M. *post seq. schol. ponit Med., om. cod.* 5 Ordo etc. *cod. post lemma sequentis schol. ponit, om. Med.* 8 tyr. *post lemma addidi* 18 inmineutis (*non* imm.) *cod.* 20 ergo *add. ex cod.* uero *cod.* autem *Edd.* 27 hortari *libri.* potare *COM. CR.* 29 *hunc alterum locum Verg. om. cod.*

1* *Lucan. II 424* 2* *Aen. VII 266* 3* *Georg. I 371* 4* *Iuuen. X 247* 5* *Georg. I 388* 6* *Georg. I 302* 7* *Bucol. V 70*

13.—16. *dum p. a. c. l. c. g. m. c. et p. b. c. f. o. s.* Intellegendum in uilla sua esse Lamiam quem ideo hortatur apud focum epulari; sic enim solent rustici hieme cum feriati sunt; quod ipsum manifestatur ex eo quod dixit: 'Genium curabis famulis operum solutis.' Talia sunt enim et illa Vergiliana: I n u i t a t g e n i a l i s h i e m s, et: a n t e f o c u m s i f r i g u s e r i t s. m. i u m b r a *POR.*

CARMEN III 18.

Faune n. fugientium a. Quasi celeritate sua nymphae faunorum petulantiam fugiant *ACR.*

Faune n. fugientium a. Faunum inuocat quem aiunt inferum ac pestilentem deum esse; secundum quae et nunc Horatius loquitur, cum eum orat ut lenis per agros suos transeat, et Vergilius in septimo [1*] cum apud Mephitim pestiferi odoris paludem lucum haberi ostendit et in consulendo oraculo eius uideri multa simulacra miris modis uolitantia . . . *POR.*

fugientium amator. Per lasciuiam scilicet fugientium. Quale illud est: [2*] E t f u g i t a d s a l i c e s e t s e c u p i t a n t e u i d e r i *POR.*

2. *aprica rura.* Amoena temperata, ut: [3*] D u c e r e t a p r i c i s i n c o l l i b u s u u a c o l o r e m *ACR.*

3. *lenis incedas.* Propitius placatus *ACR.*

3. 4. *paruis aeq. a.* *Alumnis,* ruris uernulis, quos maxime fauni laedere dicuntur *ACR.*

2 sua esse *cod.* fuisse *Edd.* quam *Fabr.* 5 enim *add. ex cod.* 8 fugientinm *cod. Med., item apud Porphyr. cod. Pat.* sui *cod. Med.* 13 cum *cod. Med. Pat.* eum *Fabr.* mephetim *pr. m. cod.* mephitim *alt. m.* mephitem *Edd.* 14 paludem *cod.* pallidum *Edd.* 15 *lacunam signauimus;* atque littus Acheronta affatur Auerni *add. cod.* atque latus A· aff. Auerni *Pat.* atque imis Ach. aff. Auernis *Med. et Verg. codd., om Fabr. (Fort. supra* cum *scriptum fuit et hic plures uersus Verg. secuti sunt)* 16 scilicet *cod.* dicit *Edd.* 17 tale est illud *Edd., ut nos cod.* 21 *hoc schol. om cod., in Edd. cum seq male sedem mutauit*

1* *Aen. VII 80 sqq.* 2* *Bucol. III 65* 3* *Bucol. VIIII 49*

5. *pleno anno.* Id est completo. Annuale se ei ostendit facere sacrificium. *Si* autem *siquidem* est, ut: [1*] uestro si munere tellus. [*Cadit.* Immolatur] *ACR.*

si tener pl. c. haed. a. Significat semper se·ei anniuersarium sacrum haedo facere *POR.*

6. *Veneris sodali.* Dixit *Veneris sodali* ideo quia: [2*] sine Cerere et Libero frigét Venus *ACR.*

7. *uina craterae.* Crateram Veneris sodalem dixit quia: sine Cerere et Libero frigét Venus *POR.*

uetus ara. Non aetatis cultu deserta sed multo ture succensa; ostendit autem se deum multis sacrificiis donasse quibus promereatur quae petit *ACR.*

9. *ludit h. p. o. c.*. Tamquam deuotionem diei in numinis honorem etiam pecudes lasciuiendo sentirent *ACR.*

10. *cum. tibi n. r. d.* Nonis enim decembribus faunalia i. e. faunorum cultus celebrabantur *ACR.*

ludit h. p. o. c. c. t. n. r. d. Nonis decembribus faunalia sunt, hoc est, dies festus Fauni in cuius honorem pecudes lasciuiunt *POR.*

11. *festus i. p.* Id est, tua festa celebrans; *in pratis* autem quia faunalia in siluis et in pratis celebrabantur *ACR.*

uacat otioso c. b. p. In pagis enim et in compitis celebrari talia consueuerunt, ut Verg.: [3*] Praemiaque ingeniis pagos et compita circum Thesidae posuere atque inter pocula laeti Mollibus in pratis unctos salicre per utres *ACR.*

13. *inter a. l. e. a.* Non semper audaces agnos sed illo die, tamquam qui numinis interuentu non timeant; quod ho-

1 id. est compl. *om. cod. fort. recte* 2 siquidem *cod. Med.* si quid *Fabr.* 3 cadit. Imm. *recte om. cod.* 8 craterae *et* crateram *cod.* cratere *et* craterem *Edd.* 10 *aut* aetatis causa deserta *aut* aetatis causa cultu des. *scrib. uidetur* 11 deos *libri.* eum *COM. CR.* 15 *lemma om. cod. Med.* etiam *cod. Med.* enim *correxi.* autem (*ut cum praecedenti cohaereat hoc schol.*) *COM. CR.* 16 et *libri.* i. e. *corr.* dicebantur *libri.* celebrabantur *corr.* 23. 24 ingentis *cod.* ingentes *Edd.* ingeniis *scripsi cum Verg.*

1* *Georg. I 7* 2* *Terent. Eunuch. IIII 5, 6 (732) Fleckeis.* 3* *Georg. II 382*

nori Fauni applicat festiuitatis suae tempore lupos nocere pecudibns non sinentis *ACR*.

inter a. l. errat a. Non semper audaces agnos sed illo die qno uidelicet non timeant lupum inter se errantem; et hoc interueniente numine Fauni euenire dicit, qui quasi die festo suo nult pecora quae sub tutela sua sunt sine periculo esse *POR*.

14. *sp. agrestis t. s. frondes.* Veluti silua propter amoenitatem frondes spargeret, ut:[1*] Spargite humum foliis, inducite frondibus umbras *ACR*.

15. *gaudet i. p. f. t. p. t.* Cultu uinearum liberatus et Fanno sacrificans, ut:[2*] Inuitat genialis hiems cnrasque resoluit; *ter* uero ad rhythmum rettulit *ACR*.

gaudet i. p. f. t. p. t. Inuisam terram fossoribus merito dixit, quod in ea laborent cum fodiunt; naturale est enim omnibus odisse laboris sui materiam. Significat autem agrestes, cum festo Fauni feriati ludant in terra tripudiare *POR*.

CARMEN III 19.

Quantum distet a. I. Telephum graecum poetam sodalem suum alloquitur iocose eum corripiens quod historias non pertinentes ad propositum potius loquatur quam quae sint apta conuiuio. Alii uolunt reprehendi Telephum quod quantum temporis interesset ab Inacho usque ad Codrum quaereret; deinde conuersus ad puerum ut impari numero cyathorum faciat potiones hortatur *ACR*.

Quantum distet a. I. C. Telephum adulescentem adloquitur iocose eum corripiens quod historias non ad se per-

3 agnos *addidi ex cod.* 8 agrestis *cod. Med.* agrestes *Med.* (*in qua eadem* frondis) per *Fabr. Med.* pro *cod.* 10 frondibus *libri.* fontibus *apud Verg.* 16 significat *cod.* significatur *Edd.* 17 inludant *cod. Fat. fort. rectius* 19 distat *cod.* 26. 27 adloquitur *cod. Deinde* iocose eum corr. q. h. n. a. s. p. p. l. *om. Edd. et pergunt* quia quae pertinerent a. o. p. app. non narraret (*sic!*)

1* *Bucol. V 40* 2* *Georg. I 302*

tinentes potius loquatur quam quae pertineant ad conuiuii praesentis apparatus. Deinde conuersus ad puerum hortatur ut inpari numero cyathorum potiones faciat *POR.*

Quantum d. a. Inacho C. p. p. n. t. m. Comparationem, inquit, facit uirtutum Inachi et Codri. Codrus autem Atheniensium dux fuit qui ut patriae uictoriam pareret interimendum se Lacedaemoniis optulit. De Inachi autem uirtutibus nulla extitit historia *POR.*

2. *Codrus.* Rex Atheniensium et Lacedaemoniorum fuit. Hic imminentibus hostibus pro patria se deuouit responso incitatus oraculi quo praedictum fuerat eos uincere posse quorum dux fuisset occisus. [Hoc dum peruulgatum fuisset coepit uitari ne occideretur.] Mutato propterea habitu gregarii militis ueste et in castra hostium perrexit et magnis iniuriis agens ut occideretur obtinuit; ut Verg.:[1*] a u t i u r g i a C o d r i *ACR.*

et genus Ae. Aui Achillis. Per has autem fabulas historiam graecam significat *ACR.*

sacro b. s. Ilio. Quia a numinibus muri facti dicebantur troiani hoc est a Neptuno et Apolline; ut Verg.[2*] c u p e r e m c u m u e r t e r e a b i m o S t r u c t a m e i s m a n i b u s p e r i u r a e m o e n i a T r o i a e *ACR.*

et pugnata sacro b. s. I. *Sacrum* Ilium dixit secundum homericum illud: Ἴλιον ἱερόν *POR.*

5. *quo chium p. c.* Aut peregrinum uinum dixit aut uas uini pretiosius *ACR.*

6. *temperet ignibus.* Tepefaciat; nam tepefactis aquis solebant graeci uina temperare *ACR.*

7. [*quo.* Aliquo.]— *et quota.* Supple hora; ordinale nomen est *ACR.*

1 loquitur *cod.* 3 inpsri *et* potiones *cod.* imp. *et* repotiones *Edd.* 4 Inacu *Med. Pat. et* h *supra scr. cod. hic et supra. Post lemma denique cod. add.* in asrascum *quod quid sit nescio* 6 pararet *Fabr.* 7 optulit *ex cod. scripsi* 9 *hoc schol. a priore seiunximus* 12 *Verba inclusa suppositicia sunt et indidem paulo post in libris est* postea *quod mutaui in* propterea 14 et *post* perr. *addidi* 26 *pro* uino *scr. fuit* uini 29 *schol. inclusum su,positicium habeo; fort. ad* Chium *uocem scriptum erat* a loco

1* *Bucol. V 11* 2* *Aen. V 810*

quo pr. d. e. q. Ad epulandum praebente scilicet; quo modo solent dicere: apud quem et quota? *POR.*

8. *pelignis c. fr.* Pelignum oppidum est Sabinorum frigidae regionis *ACR.*

pelignis caream fr. Vtrum in Peligno oppido uult intellegi [dici] an ut solent poetae speciem pro genere posuit, ut: [1*] l e n i s i n n a t a t a l n u s m i s s a P a d o? *POR.*

9. *da l. p. n.* Sicut ueteres singulos uini cyathos sub singulorum deorum uel carissimorum nominibus solebant in poculum defundere; secundum quae nunc haec dicuntur *POR.*

10. *da noctis m.* Id est: bibamus in honorem mediae noctis et nonae lunae et auguris Murenae *ACR.*

da puer a. m. Puerum pincernam alloquitur. Hoc modo ueteres festiuitatem conuiuiorum celebrare consueuerant ut singulos uini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum hominum nomine in poculis adici iuberent *ACR.*

tribus a. n. Vt:[2*] n u m e r o d e u s i m p a r e g a u d e t. *Tribus* autem aut *nouem* aut propter musas aut propter charites quia laetitiam dabant *ACR.*

tribus a. n. m. c. p. c. Secundum illud: n u m e r o d e u s i m p a r e g a u d e t *POR.*

attonitus. Vt non inebrietur. *Vates* pro quolibet sacricola *ACR.*

15. *tris pr. s.* Ne si supra nouem addideris tres, ebrius factus exurgas in lites quae sunt gratiae et laetitiae contrariae; ideo Gratiae nudae pinguntur uelut sine dolo sine fraude sine aliquo uelamine *ACR.*

tres prohibet s. r. m. t. G. Ait supra nouem cyathos si tres addideris futurum ut ebrius factus exurgas in lites quae scilicet contrariae sunt Gratiae *POR.*

cur berecynthiae. Berecynthus urbs Phrygiae unde et tibias phrygas dicit, quae matris deum sacris adhiberi con-

5 careant *cod.* 6 dici *delendum* posuerit *Edd.* posuit *cod.* 16 in poculis adiici *cod.* in poculis apponi *Med.* in pocula dici *Fabr.* (ad sing. u. cy. sing. d. a. c. h. nomen adiici iuberent *COM. CR.*) 24 tris *cod. Med., contra apud Porph.* tres *libri* 29 hebrius *cod.*

1* *Georg. II 451* 2* *Bucol. VIII 75*

sucuerant, ad quarum cantus et a conuiuantibus saltabatur, ut:[1*] T y m p a n a u o s b u x u s q u e u o c a t B e r e c y n t h i a m a t r i s I d a e a e *ACR.*

cur berecyntiae c. f. t. Berecyntia urbs est Phrygiae; ergo tibias phrygias dicit quae sacris matris magnae adhibentur, ad quarum cantus tamen solent et conuiuantes saltare *POR.*

21. *parcentes.* Otiosas a cantu uel a miscendo cessantes *ACR.*

parcentes ego. d. o. Id est, otiosas quae neque lyram percutiant nec spargant rosas *POR.*

23. *Lycus.* Vicinus hilaritatis nostrae strepitum cum inuidia patiatur; ut Verg.:[2*] F i t s t r e p i t u s t e c t i s u o c e s q u e p e r a l t a u o l u t a n t A t r i a *ACR.*

audiat i. d. st. L. Hilaritatis nostrae strepitu et inuidia rumpatur. *POR.*

24 *non habilis L.* Vxor quae puella seni inhabili coniuncta est unde et zelum eius ostendit dum non habilem dicit *ACR.*

et uici. s. n. habilis L. Merito *non habilis* quia puella seni iuncta est *POR.*

26. *Telephe.* Ordo est: Telephe tempestiua Rhode petit te nitidum spissa coma et similem puro uespero; et est laus pulchritudinis Telephi; nam et crinium compositio in iuuenibus amatur *ACR.*

27. *temp. petit Chloe.* Quid est tempestiua utrum non importuna ac non incommoda an uero tempestiua i. e. matura rebus uenereis? *POR.*

4 berecyut*iae *et deinde* Berecyntia *cod.* berecynthiae *Edd.* *(et apud Acr. libri)* 10 ergo *pro* ego *cod. Med. Pat.* 12 et *libri.* cum *corr.* 13 strepitu *Fabr.* 13. 14 uocemque *apud Verg. optt. codd.* 15 et inuidia *cod.* inuidia *Edd.* str. et inu. *corr.* 21 seiuncta *pro* seui iuncta *cod.* 25 iuuenibus aptatur *Fabr.* muneribus apt. *cod.* numinibus apt. *Med.* in iuuenibus amatur *COM. CR.* 26 Chloe *in lem. om. Fabr., add. cod. Med. Pat.* (cloe). *Quae secuntur:* Quid *usque ad* i. e. matura *om. Fabr.* 27 an *pro* ac *Med. Pat.*

1* *Aen. VIIII 616* 2* *Aen. I 725*

28. *me l. Gl. t. a.* Eleganter *me lentus amor;* quasi latens et occultus nunc intellegendum, ut *lentus ignis* dicitur quia latens ac sine flamma urit *POR.*

CARMEN III 20.

N*on uides q.* Haec allegoricos per commemorationem Pyrrhi Epirotarum regis qui pro Tarentinis aduersus Romanos pugnauit ad Pyrrhum sodalem dicuntur qui puerum Nearchi nomine a quadam femina dilectum sollicite extrahere conatur. Facit autem leaenam urbem Romam catulos eius urbis principes *ACR.*

Non u. q. m. p. Haec allegoricos ad Pyrrhum sodalem dicuntur qui puerum Nearchum nomine a quadam femina dilectum sollicitet et ei extrahere conetur *POR.*

2. *getulae. Getulam* pro magnitudine patriae, ut: [1*] Poenorum qualis in aruis Saucius ille graui uenantum uulnere pectus Tum demum mouet arma leo *ACR.*

3. *inaudax.* Id est, non audax ac per hoc timidus *POR.*

5. *cum p. obstantis.* Ordo est: cum per obstantes cateruas iuuenum ibit grande certamen repetens insignem Nearchum. Nearchum nominat equitem Romanum quem Pyrrhus tenebat Epirota. At obscurata elocutione in Pyrrhum sodalem *certamen* ire dixit non mulierem quae certamen cum eo habitura esset cupiens illi eripere Nearchum; [ipsam enim leaenam grande certamen dixit] *ACR.*

2 dicitur *add. ex cod.* 5 Pyrri *et* Pyrrus *ubique cod.* 10 Pyrrhum *Edd.* pyrrum (h *supra add.*) *cod. sed deinceps* pyrrhum 11 nunc *Edd.* nomine *cod.* 12 sollicitat *cod.* (*fort. scr.* sollicitat ut) 18 *hoc schol. in Edd. omisso lemmate cum antecedenti coniungitur* (obstantis *in lem. cod.*)

19 insignem Nearchum nomine aut equitem R. q. P. t. E. aut obscurata el. i. P. s. c. i. dixit, in mulierem q. c. cum ea h. e. etc. *libri. Nos duce Porphyrione correximus ut potuimus; postrema uero uerba non Acroniana putarim*

1* *Aen. XII 4*

6—8. *ibit i. r. N. gr. c. tibi p. c. maior an illi.* Obscurauit elocutionem, quod certamen ipsum ire dixit non mulierem quae certamen cum Pyrrho factura sit, cupiens eripere ei Nearchum puerum *POR.*

tibi pr. c. m. a. illi. Id est: ibi cognosces cui maior accedat uictoria tibi an illi. Hortatur autem illum quiescere quia inexhausta semper dubios facit *ACR.*

10. *dentes a. t.* Seruat metaphoram leaenae in Romae (?) commemoratione. Vult autem intellegi non posse resistere amori commemoratione Paridis uicti libidine; nam fabulam tangit *ACR.*

haec dentes a. t. Belle hoc dicitur de ea quam iam dudum sub nomine leaenae intellegi uoluit *POR.*

11. *arbiter p.* Paris quod palmam iudicando posuerit sub nudo pede Veneris ut expleret uno uerbo fabulam; aut hunc puerum arbitrum certaminis posuit palmam contentionis ipsius calcantem, cui se armatum potissimum traderet. Porro si regem Pyrrhum intellegere uelis *arbiter* non iudex sed auctor belli accipiendus est *ACR.*

11. 12. *posuisse n. s. p. p. f.* Id est: fertur Veneri subcubuisse; hoc est enim dicere, *posuisse palmam sub nudo pede,* quod cessisset libidini. Dicit autem Horatius frustrari Pyrrhum comitem conantem ab amore meretricis reuocare iuuenem *ACR.*

arbiter pugnae p. p. n. s. p. p. Hunc puerum arbitrum certaminis esse dixit et palmam contentionis ipsius refert; quo intellegi uult illum uictorem certaminis futurum cui se tradere uoluerit *POR.*

14. *sparsum o. h. c.* Ambigui enim pueri non tondebantur. Ad emphasin uero uenereae seruitutis dicit illum habere humeros sparsos odoratis capillis *ACR.*

1. 2 obscuram eloquutionem *Edd.* obscurauit eloc. *cod.* 7 exhausta *Fabr. cod.* īexbausta *Med.* *(Ceterum ne sic quidem sententia bene se habet)* 9 *a* uult *uoce addito lemmate* arbiter pugnae *nouum schol. incipit Fabr.* 14 *hoc et seq. scholion sede mutata ex Fabr. dedimus. Restitutionem alii curent; nobis non contigit ut maculas abstergeremus* 26 dixit *cod.* dicit *Edd.* 27 quod *cod.* quid *Edd.* auctorem *Fabr.* 29. 30 ambigue enim pueri tondebantur *libri.* nam pueri meretricii non tondebantur *COM. CR.*

15. *qualis aut Nireus f.* Nireus tam speciosus ab Homero traditur ut Graecos omnes excepto Achille superaret *ACR.*

qualis a. Nireus f. Nirei pulchritudinem et Homerus praedicauit cum ait:[1*] *Νιρεύς τε ὁ κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν POR.*

16. *raptus ab. I.* Ganymedem dicit, ut[2*] quem praepes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis *ACR.*

aquosa raptus ab. I. Ganymedem significat *POR.*

CARMEN III 21.

O nata m. c. Manlio. Amphoram uini alloquitur cuius uetustati annos suos comparat et dicit se natum Manlio consule. Et est ordo: O pia testa nata mecum consule Manlio *ACR.*

O. n. m. c. Manlio. Iculariter ad amphoram quam habebat in ueterario adloquitur. Et ut ostenderet quam uetustum uinum habeat secum natum dixit. Apparet autem Flaccum cos. Manlio natum esse *POR.*

2. *siue geris i.* Vino enim aut ioci aut querelae nascuntur uel diuersa quae memorat *ACR.*

seu t. q. s. g. i. s. r. e. i. a. s. f. p. t. somnum. Belle haec dicuntur, quia per uinum alii querelosi alii hilares fiunt ac iocosi et quidam rixant in conuiuio quidam in cupiditatem uenercam efferuescunt non nulli obdormiunt *POR.*

1 Nereus *cod. Med. item apud Porph. cod. Med. Pat.* 5 cum ait *et uerba graeca om. Fabr.* cum ait *sequenti spatio uacuo Med. Pat. (graeca sec. m. cod. addidit)* 10 *hoc schol. om. Fabr.* 11 Mallio *cod. Fabr.* Manlio *Med. (apud Porph.* Mallio *Fabr. tantum)* 16 ueterario *cod.* ueterano *Edd.* Et ut *scripsi ex cod.* ut *Edd.* 18 et consule *Edd.* cos. *cod.* 22 quia *cod.* ut *Edd.* querulosi *Fabr.* fiunt *om. cod. Med. Pat.* 23 in conuiuio in rixam *Fabr.* rixant i. con. *rell.* (rixare *pro* rixari *etiam Varro apud Non. VII 82 quare mutare nolui*)

1* *Il. β 673* 2* *Aen. V 254*

5. *quocumq. nomine.* Ex omnibus supra dictis supple: siue ad iocos siue ad querelas etc. *ACR.*

7. *descende C. i.* Coruinum se ad conuiuium inuitasse significat in cuius se honorem uina ostendit uetustissima prolaturum. Notanda elocutio: *descende promere* pro: descende ut promas *ACR.*

descende C. i. Significat se Messalam Coruinum pascere in cuius honorem hanc uetustissimam uini amphoram promere uelit *POR.*

desc. C. i. p. l. u. Attende elocutionem *descende promere* pro: descende ut promas; ut est illud:[1*] bibere absumo. *Languidiora* autem uina dixit uetustate lenita; sic ergo et illud supra dictum:[2*] Nec laestrygonia Bacchus in amphora languescit mihi *POR.*

9. 10. *non i. q. s. m. s. t. negleget h.* Ordo et sensus est: Non ille te negleget nec est in hoc horridus quamquam philosophiae studiosus sit *POR.*

9. *madet.* Hoc est, fluens est philosophiae scientia; optat tamen uino fieri madentior *ACR.*

10. *te negl.* Contemnet. — *Horridus.* Tristis censorius seuerus *ACR.*

11. *prisci.* Antiquioris, non Vticensis *ACR.*

12. *caluisse.* Efferbuisse, ut quamuis secreta proderet *ACR.*

uirtus. Ingenium siue prudentia *ACR.*

13. *tu l. t.* Laus uini. Hoc est: ebrietate interdum prodis quod per obstinationem animi non potest extorqueri tormentis; prodendo enim secreta remouet tormentum *ACR.*

tu l. t. i. adm. Quoniam et blanditur ebrietas et extorquet plerumque animi grauitatem *POR.*

17. *mentibus a.* Id est, sollicitis. Prudentibus ait cogitationum leuamen uino praestari et remoueri tristitiam *ACR.*

1 supple (*i. e. s.*) *addidimus* 4 in cuius hon. uet. s. u. o. prol. *cod. Med.* 7 et Mesallam *cod.* 8 honorem uetustissimi u. amph. *Edd.*, *ut nos cod.* 20 te — seuerus *om. cod. Transposuit Med.* 23 ut: q. s. pr. *sic male Fabr. interpungit* 25 *hoc quoque schol. om. cod.* 31 etiam ad libri. ait *COM. CR.*

1* ? 2* *Carm. III 16, 34*

18. *et addis c. p.* Id est superbiam temeritatem quam fieri per uiolentiam cerebri uult intellegi. Ordo est: et addis cornua pauperi et uires post te nec trementi iratos apices regum neque arma militum *ACR.*

uiresq. e. a. c. p. Bene et hoc quia interdum per ebrietatem homines humilitatis suae obliti in maiorem sui fiduciam exurgunt per quam melioribus non cedentes accenduntur ad temeritatem. Per *cornua* ergo uiolentiam cerebri intellegi uult *POR.*

20. *regum apices.* Per apices sublimitatem honoris et potentiae significat ut supra ostendimus *POR.*

21. *te Liber e. s. l. a. V.* Ordo est: et Liber et si aderit laeta Venus et Gratiae segnes soluere nodum et uiuae lucernae producent te dum Phoebus rediens fugat astra *ACR.*

te L. e. s l. a. V. Significat se ex hac amphora potando hilaritatem et gratiam conuiuii usque in crastinum mane producturum *POR.*

segnesque n. s. G. Hoc est: quae nodum non soluunt quo conexae sunt. Propterea hoc dictum est, quia qui fida inter se gratia iunguntur numquam resoluuntur ab amicitiae fide; unde et ipsae Gratiae coniunctis secum manibus finguntur *ACR.*

segnesq. n. s. Gr. Hoc est quae nodum non soluunt; hoc autem ad id pertinet quod qui fida gratia inter se iuncti sunt numquam ab amicitia resoluuntur *POR.*

producent. In lucem se per gratiam et laetitiam significat protracturum esse conuiuium *ACR.*

uiuaeq. p. l. Viuas lucernas pro ardentibus dixit *POR.*

24. *fugat a. Ph.* Vt: [1*] s t e l l i s a u r o r a f u g a t i s *ACR.*

1. 2 quam uino fieri per uiolationem cerebri uult int. *Fabr.* quam uino f. p. uiolentiam cerebri u. int. *cod. Med.* 7 ad temeritatem *cod.* temeritate *Edd.* per cor. autem uiolentiam cer. int. u. *Pat.* p. c. autem per uiol. c. i. u. *Med.* per c. autem uiolationem et per hanc uiolentiam c. i. u. *Fabr., ut nos cod. Hinc fort. etiam alia Acronis scholii emendatio repetenda* 9 *hoc schol. in libris penultimum est* 11 Ordo est: Te *Fabr.* 13 te *om. Fabr.* 21 *hoc schol. in libri postremo loco exhibetur* 22 ad hoc autem id pertinet *libri, ut nos cod.* 23 ab amicitia ** resoluuntur *cod.* a. a. soluuntur *Edd.* 26 *hoc schol. in libris supra ad uers. 21 post* producturum *legitur sine lemmate*

1* *Aen. III 521*

CARMEN III 22.

Montium custos. Pinum Dianae in agro suo consecrat apud quam uerrem quotannis se sacrificaturum promittit *ACR.*

Montium c. n. u. Dianae pinum in fundo suo consecrat, apud quam quotannis se sacrificaturum repromittit *POR.*

3. *ter u. a.* Triua Dianae potestas putabatur; ipsa enim uenantibus praeesse dicebatur; ipsa lucifera in honorem Lucinae, unde et Lucina a parturientibus inuocatur, nam et ipsa prior a Latona dicitur edita, tum matrem etiam in fratris partu iuuisse; ipsa Proserpina, ideoque *ter uocata ACR.*

quae l. u. p. t. u. a. Secundum Graecorum opinionem qui parientibus Dianam adesse dicunt, quam ideo Lucinam appellamus quod lucem nascentibus tribuat *POR.*

4. *diua tr.* Vt: [1*] tria uirginis ora Dianae *ACR.*

diua tr. Triformis cur dicatur notum est; scilicet eadem existimatur Lucina Diana Proserpina *POR.*

5. *imminens u.* Ordo est: Pinus imminens uillae tua esto; *esto* pro sit; et sic est melius dictum quam si dicatur *esto* aduerbium concedentis *ACR.*

exactos. Finitos *ACR.*

uerris obl. m. i. Modum ferientis porci describit. Nam saeuius laedunt uerres cum transuersim feriunt iuxta dentium naturam *ACR.*

---

3 consacrat *cod.* 6 *fort. post* Lucinae *ex COM. CR. addendum erat* quod partibus lucem ferat 7 nam et ipsa *etc.* iuuisse *in libris in fine scholii adduntur* 13 *hoc schol. om. cod.* 14 triformis *post lemma addidi. Dein* cur dic. notum est *cod.* cur dic. manifestum est *Med. Pat.* ut dicatur manifestum (*sic*) *Fabr.* 16 *huic schol. conferas Cruquianum quod melius se habet* 17 esto *alterum addidi* 19 *hoc schol. om. cod.* 21 transuersum *cod. Med.*

1* *Aen. IIII 511*

CARMEN III 23.

Caelo s. s. t. m. Quandam Phidylen alloquitur suadens deos magis puris manibus et bona coli conscientia debere quam uictimis. *Supinas* uero dixit ad superiora manus apertas et expansas, ut:[1*] Tendoque supinas Ad caelum cum uoce manus *ACR.*

Caelo s. s. t. m. Hac ode quandam Phidylen adloquitur dicens ei, deos puris manibus et bona conscientia colendos esse. *Supinas* i. e. supplices, ut Verg.: Tendoque s. A. c. u. m. *POR.*

nascente l. Solent enim rusticae mulieres in initio primae lunae preces caelo effundere *ACR.*

3. *horna.* Annua uel noua, ab *horno* deriuatur. — *Fruge.* Vino nouello. Nunc usque Tusci *horna* nouella uina dicunt. Nam et fruge et uino sacrificabatur, ut:[2*] uinaque fundebat pateris, et:[3*] mihi sacra parantur Et salsae fruges et circum tempora uittae. Sal enim cum farre incendebatur, ut:[4*] Farre pio et plena supplex ueneratur acerra *ACR.*

nec dulces alumni. Nati, quos nutritionis affectio commendat, ut:[5*] Interea dulces pendent circum oscula nati *ACR.*

pomifero g. t. a. Pomorum enim quorum eo tempore maxima copia est uario gustu languescunt corpora autumno. Nam et graue et pestilens tempus est, ut Iuuenalis:[6*] iam

1 philiden *cod. Med.* Phidilen *Fabr.* 2 deberi *libri; praeterea* quam uictimis *om. cod. Med.* 6 fidylen adl. *cod.* philiden all. *Med. Pal.* Phidilen all. *Fabr.* · 14 *post* Nam *addidi* et fruge; *idem post* pateris *add. Fabr.* 15 mihi sacra parantur *et* et circum temp. uittae *om. Fabr.* 17 et plena etc. *om. cod.* (*spatio uacuo relicto*) *et Med.* 19 nec *cod. Med., om. Fabr.* Quos nutrimentorum commendauerat *cod.* Quos nutriendos commendauerat *Med.* Quos nutriment. commendaret affectio *Fabr.* *Vt nos COM. CR.* (*nisi quod male addit* Iuuenalis) *relicuis certe melius* 22 quorum — est *uerba in libris post* corpora auct. *leguntur*

1* *Aen. III 176* 2* *Aen. V 98* 3* *Aen. II 132* 4* *Aen. V 745* 5* *Georg. II 523* 6* *Iuuenal. IIII 56*

letifero cedente pruinis Auctumno. Iubet ergo necessitatem temporis deuotione et deorum supplicationibus mitigari *ACR.*

pomifero a. Pro pomifera parte anni i. e. tempore auctumnali quod est graue ac pestilens *POR.*

nam q. n. Ordo est: Nam uictima quae pascitur niuali Algido inter quercus et ilices aut quae crescit in albanis herbis tinguet secures pontificum ceruice; id est, magnae uictimae pontificibus conueniunt *ACR.*

nam quae n. p. a. d. Dicit aliud conuenire pontificibus aliud qui priuatos suos lares orant; illos enim hostias magnas dis immolare debere, hos autem myrto et marino rore contentos esse debere. *Deuota* autem absolute dicitur et significat dis destinatam. Ordo est autem: Deuota uictima quae pascitur niuali Algido inter quercus et ilices aut crescit in albanis herbis tinguet secures pontificum ceruice *POR.*

13. *te nihil att.* Distare dicit inter publica et priuata sacrificia, et aliud pontificibus conuenire, qui ad immolandum dis hostias magnas inquirunt, aliud uelut priuatum debere praeparari, hoc est aut myrtum aut rorem marinum. Ordo est: Te coronantem paruos deos marino et fragili myrto nihil attinet temptare illos multa caede bidentium. *Bidentes* proprie dicuntur oues duos annos habentes, sic uocatae ab eminentioribus dentibus qui circa duos annos nascuntur *ACR.*

15. *coronantem m. r. d. fragilique myrto.* Marinum rorem hodieque in Italia uirgultum quoddam appellant *POR.*

17. *immunis a. s. t. m.* Immunis *scelerum* subaudiendum i. e. innocens. Ordo est: Si manus immunis scelerum tetigit aram sumptuosa hostis non mollibit auersos penates blandior pio farre et saliente mica *ACR.*

2 necessitate *Fabr. et eadem cum Med. paulo post* et suppl. deos mitigari 5 ac *cod.* et Edd. 8 tinget *libri.* tinguet *COM, CR.* 9 potentibus *libri.* (magnae uict. decent pontifices *COM. CR.*) 11 ornant *Fabr.* 12 dis *utroque loco cod.* diis *Edd.* 13 deuotam *cod. qui idem cum Med. et Pat. huic uerbo praemittit iterum lemma:* nam quae n. p. A. d. q. i. e. ilices 14 destinata *Fabr.* destinatam *cod.* obstinatam *Med. Pat.* autem *om. Fabr.* 19. 20 uult priuatum d. praeparare *Med.* uult priuatum pr. *COM. CR.* uelut priuatum (—tim *Fabr.*) d. praeparari *cod. Fabr.* 25 et fragili myrto *cod. Med. Pat., om. Fabr.* 29 mollibit *cod.* molliuit *Med.*

inmunis a. s. t. m. Subaudiendum extrinsecus *scelerum* aut talo quid, quia inmunem scelerum manum uult intellegi i. e. a sceleribus puram, quam dicit blandiorem dis esse farre et granis salis sacrificantem quam si sumptuosa hostia sacrificet *POR.*

18. *non sumpt. bl. h.* Nominatiui casus sunt *sumptuosa* et *hostia* quia sensus est: non blandior dis sumptuosa hostia per sacrificium quam manus quae innocens farre et saliente mica sacrificat. *Salientem* autem *micam* salis granum intellege, quod saliat cum in ignem missum sit *POR.*

mollibit. Placabit. — *Auersos.* Iratos offensos *ACR.*

20. *saliente m.* Rationem uoluit salis incensi monstrare quod crepitare et exilire flamma consueuit. Et notat plus ualere far i. e. paruum sacrificium cum innocentia quam magnum cum scelere *ACR.*

CARMEN III 24.

Intactis op. Generaliter hac ode inuehitur in luxuriam omnia profanantem et aedificiis nouis non terram tantum sed etiam maria occupantem. Ordo est: Tu, *auare* supple, opulentior intactis thesauris Arabum et diuitis Indiae, licet occupes omne tyrrhenum mare et mare ponticum tuis caementis non expedies animum metu et caput laqueis mortis si quidem dira necessitas figit adamantinos claues summis uerticibus *ACR.*

Intactis o. th. Hac ode generaliter inuehitur in luxuriam omnem omnia profanantem et aedificiis nouis non terram tantum uerum etiam maria occupantem *POR.*

2. *Arabum et d. Indiae.* Ditissimas gentes ad [diuitiarum] emphasin posuit *ACR.*

1 inmunis *cod.* imm. *Edd.* 4. 5 *aut propter sequens schol. hic scrib.* sacrificetur *aut prior schol. seq. pars supposititia est; non potest enim Porph.* sumpt. hostia *altero loco pro ablat., pro nominat. altero habere* 11 *haec duo schol. om. cod., in Edd. postremum secuntur* 13 Et notat *Med.* et nota *Fabr.* (*Hanc alteram partem schol. om. cod.*) 18 tu, supple, auare *Fabr.*

3. *caementis.* Saxis ad fabricandum prouisis *ACR.*

5. *adamantinos.* Qui frangi non possunt pro metalli soliditate *ACR.*

dira necess. Pro morte posuit necessitatem. Sensus autem hic est: quamuis multa possideas ampla non tamen sincera et certa uoluptate his frui potes, quippe cum necessitate mortis astricta sit humana conditio nec possis te ullo remedio inde aut praemio redimere. *Adamantinos* autem *clauos* pro mortis necessitate posuit quae uinci et expugnari non potest *ACR.*

si figit a. s. u. dira n. Necessitatem hic pro morte posuit. Sensus autem: quamuis multa ampla possideas non tamen sincera uoluptate his frui potes, quippe cum necessitati mortis te obstrictum esse scias nec possis inde te ullo remedio aut praemio redimere. *Adamantinos* autem *clauos* pro necessitate mortis quae dura est et immutabilis non mala conceptione dictum est *POR.*

9. *camp. melius Scythae.* Scythae campestres dicti eo quod in campis sine tectis sub tentoriis uiuant quae carpentis mouentur, ut Salustius III.:[1*] quibus plaustra sedes sunt *ACR.*

campestres m. Sc. Campestres quod in campis sine tectis uiuant dicti sunt, de quibus et Salustius sic ait: [1*] Scythae nomades tenent quibus plaustra sedes sunt *POR.*

11. *regidi Getae.* Asperi fortes propter frigidam regionem, ut:[2*] Siue Getis inferre manum seu tendere ad Indos *ACR.*

et rig. G. Thraces sunt quos *rigidos* dixit propter frigora regionum earum *POR.*

6 necessitate *libri.* necessitati *corr. ad Porph.* 7 ne *Fabr.* non *Med. cod.* nec *corr. indidem* 20 in quibus *libri. Kritzius in adnot. ad locum infra in margine laud. recte* in *falsum esse docet et recte deesse apud Porph.; equidem* in in *latere puto* III *i. e. tertio libro* 27 *ut nos locum Verg. exhibent libri. sed apud Verg. sic:* Siue G. i. mann lacrimabile bellum Hyrcanis Arabisne parat seu tendere ad Indos.

1* *Salust. frag. III 47 ed. Kritz.* 2* *Aen. VII 604*

inm. q. i. l. f. e. C. f. Inmetata i. e. interminata. Commune autem inter se barbaris solum eorum esse omnibus notum est *POR.*

14. *nec c. p. l. a.* Id est, qui non plus colant nisi quod expensis unius anni sufficiat, continuae sedis incerti *ACR.*

nec c. pl. l. a. Hoc est nec plus colunt quam unde unius anni fructum percipiant *POR.*

15. *def. l.* Id est liberatum, ut:[1] * m a g n i s p e l a g i d e f u n c t e p e r i c l i s *ACR.*

16. *aeq. r. s. u.* In laboribus succedendo unus alteri *ACR.*

defunctumq. l. ae. r. s. u. Vicem inter se laborandi praestare barbaros ostendit *POR.*

17. *illic matre.* Ordo est: Illic innocens mulier temperat i. e. parat pocula priuignis carentibus matre i. e. non sunt odia nouercarum *ACR.*

19. *nec dotata r. u.* Dos est donum puellarum nubentium. Castitatem laudat exemplo barbarico eo quod dotem habent uirtutem parentum et amorem coniugum quae uiros uitantes externos seruant pudicitiam coniugalem *ACR.*

22. *nec m. a. u.* Subaudiendum extrinsecus *concubitum POR.*

24. *et peccare n. a. p. est m.* Mortem pretium dicit esse peccati et est sensus: et peccare aut est illis nefas aut est poena mori *ACR.*

et pecc. n. a. p. est mori. Hoc est, peccare nefas uidetur aut qui peccauerit morte poenas luit *POR.*

25. *o quisq. u. imp.* Non recte a superiore ode haec separata sunt cum inde pendeant et illis annexa sint *POR.*

27. *si quaeret p. u.* Si sit qui uelit patriae pater uocari et statuarum titulos habere is tollat licentiam praesumendi et illicita ne praesumat admittere *ACR.*

si q. p. u. subsc. s. Id est, si uult gratiam apud ciues suos collocare per quam mereatur ut publicae statuae ponantur et in titulo earum pater urbium adscribatur *POR.*

30. *clarus p. g.* Vt postea laudetur in filiis ob seueritatis et correctionis institutum posteris admirandus *ACR.*

1 inmetata *cod.* imm. *Edd.* 7 *hoc schol. om. cod.* 20 est *om. cod.* 23 est *in lemmate add. ex cod.* 29 non *libri* 32 adscribatur *non* ascr. *cod.* 33 Aut postea *Med. Fabr.* Vt p. *cod. Deinde* aut ob *Fabr.* ob *cod. Med.*

1* *Aen. VI 83*

quatinus. Quoniam; nam *quatenus* aduerbium est interdum temporis interdum loci; *quatinus* uero coniunctio est tantum *ACR.*

31. *incolumem.* Incorruptam nec sine corrigentis districtione seruatam *ACR.*

32. *sublatam.* Remotam; nam uirtus sic quaerenda est ut semper prae oculis habeatur, sed sic uirtutem quaerimus ut semper absens sit causa uidelicet nostrae nequitiae *ACR.*

quatenus h. n. u. i. o. subl. ex o. q. i. Qui bonos uiros incolumes oderimus etiam mortuos oderimus, ipse ostendit inferendo *inuidi;* uere enim per inuidiam fit ut boni uiri dum uiuant osi sint *POR.*

quid tr. q. Quid de malis iuuat moribus conqueri si non culpa licentiae poena compescitur? *ACR.*

quid tr. q. s. n. suppl. c rec. Ordo est: quid tristes querimoniae proficiunt. Sensus est autem: Quid prodest nos de malis moribus conqueri si non culpae licentia poena compescitur? *POR.*

35. *quid leges s. m. V. p. Vanas* dicit leges nisi moribus et honestate seruentur. [Vnum pendet ex altero, ideo autem uanae quia sine moribus] *ACR.*

quid l. Sensus est: Vanae sunt leges si non obseruentur a moribus *POR.*

36. *si neq. f. p. i. c. m. n. B.* Si nihil potest obstare cupiditatibus per quas non tantum leges irrumpuntur uerum etiam rerum natura expugnatur lucri causa, dum iam nec inhabitabiles orbis regiones possunt prohibere commercia *ACR.*

si neq. f. p. i. c. Id est si nihil potest obstare cupiditatibus per quas non tantum leges inrumpuntur uerum etiam

1 quatenus. Quamdiu; nam *libri. Vt nos COM. CR.* 4 nec *addidi ex COM. CR.* 8 nequitiae *cod. Med.* malitiae *Fabr. COM. CR.* 10 incol. odimus *Fabr. Deinde* odimus *supra scr.* ri *cod.* 11 inferendo inuidere *cod. Med. Pat.* in quaerendo inuideri *Fabr. Sed non potui prioris partis sententiam adsequi* 11. 12 dum uiuant osi sint *cod. Med. Pat.* dum amissi sint desiderentur *Fabr.* 15 *lemma ut uerba* ordo est *om. Med. Pat* quid tr. quer] Intelligo, proficiunt *sic Fabr. Vt nos cod.* 17 culpae *om Fabr.* 27 possint *libri* 29 inrumpuntur *cod.* rump. *Edd.*

ipsa natura expugnatur adeuntibus lucri causa paene iam inhabitabiles orbis terrae regiones *POR.*

38. *finitimum latus.* Nobis uicinum, nam septemtrionalis plaga nobis uicinior est utpote in qua est axis. Vt Verg: 1* Hic uertex nobis semper sublimis, et aut sic est nobis intellegendum aut, quod est melius, nec latus finitimum Boreae i. e. gelido climati, ut sit sensus: si nec plaga finitima gelu abigit mercatorem. Vult autem intellegi septemtrionem, tamquam nec haec quae interdicta sunt natura abigant mercatorem *ACR.*

nec B. f. l. Quo modo *finitimum latus* Boreae dicitur australi nominato cum inter se haec longinqua et toto medio orbe diuisa sint? Numquid et huic elocutioni subtiliorem intellectum adhibemus ut *nec* particulam bis accipiamus, semel sic intellegentes: *nec finitimum Boreae latus,* iterum simpliciter: *nec Boreae finitimum latus durataeque niues mercatorem abigunt horrida callidi uincunt aequora nauitae? POR.*

39. *durataeq. s. n.* Gelu, nimietate frigoris solidatae *ACR.*

40. *abigunt.* Cohibent repellunt *ACR.*

callidi. . . . . Cupiditatum et uitiorum distinguit origines; primum enim dicit quod negatum mortalibus elementum nauigiis temptatum est inde ad maiora perrectum. Vnde et Verg.: 2* Pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis Quae temptare Thetim ratibus quae cingere muris Oppida quae iubeant telluri infindere sulcos *ACR.*

42. *magnum p. obpr. i. q. et f. e. p.* Hoc est, ex quo

1 hominibus lucri causa adeunt. *Fabr. Vt nos cod. Med. Pat.* iam *addidi ex cod.* 3 *cum priore huius scholii parte obscura admodum cfr. COM. CR.* 11 dicit *Edd* dicitur *cod.* 12 medio *add. e cod.* 15 *prius* nec *om. Edd.* 17 nautae *cod. Med. Pat.* (*in Fabr. desunt uerba* horrida callidi etc.) 18 *hoc schol. om. cod.* 20 *post lemma lacunam signauimus, nec reliqua temere temptare uoluimus. Apud COM. CR. sic est:* 'Callidi. Docti scientes.' *Deinde:* 'Pauperies. Egestas, hanc dicit cup. et uit. originem; nam primum inquit ob paupertatem quod neg. mort. est el. nauigiis tent. est; inde ad mai. peruentum est.' 25. 26 telluris findere sulco *cod.* tellurim infind. sulcos *Med. Fabr.*

1* *Georg. I 242* 2* *Bucol. IIII 31*

coepit probro esse pauperies et crimini dari per omne nefas diuitiae quaeri coeperunt, ut: [1*] et quem suasisset egestas Vile nefas *ACR.*

magnum p. obprobrium i. q. et f. e. p. Ex quo coepit, inquit, paupertas probrosa esse et crimini dari per omne nefas diuitiae quaeri coeperunt. Obprobrium scilicet paupertatis uiam deserit uirtutis *POR.*

44. *uirtutisq. u. d. a.* Fortium factorum siue philosophiae quibus erat amica et grata pauperies *ACR.*

45. *uel nos.* Ordo est: Si bene poenitet scelerum eradenda sunt elementa prauae cupidinis [i. e. cupiditatis], et nimis tenerae mentes asperioribus studiis formandae, uel in Capitolium quo uocat nos clamor et turba fauentium uel in proximum mare mittamus gemmas et lapides et inutile aurum materiam summi mali *ACR.*

49. *summi m. m.* Summum malum auaritiam dixit ex qua uitia omnia procreantur *ACR.*

50. *scel. s. bene p.* *Bene* pro ualde positum ut apud Ennium frequenter *POR.*

52. *et tenerae n.* Duplex intellectus est, utrum puerorum mentes teneras dicat esse formandas ad asperiora studia, hoc est, fortiora, an certe luxuriosorum mentes teneras appellat quas uult, abiectis luxuriae instrumentis auro et gemmis, asperioribus studiis reformari *ACR.*

et ten. n. m. Vtrum puerorum mentes teneras minis digitisque formandas ad asperiora studia, an uero luxuriososorum mentes teneras appellat, quas uult abiectis gemmis et auro formari ad asperiora studia? *POR.*

4 obprob. *cod., paulo post bis* oprobrium   incepit *pr. m. cod.*   5 et crimini dari *cod.* et ostentum uideri *Edd.*   6 *Ante* Obprobr. *lemma* uirtusque uiam d. ard. *add. Fabr.* oprobrium *add. cod. Vt nos Pal. Med.*   11 i. e. cupid. *om. cod.*   13. 14 nel in prox. m. *om. cod. et in fine scholii addit cum Med.* 'uel nos, subauditur mittamus in prox. m. gemmas etc.'   19 *Ennianum hoc fugit IVahlenum (Ennianae poes. Rell.) et addendum est p. 177 post frag. XVIII ex eodem Porph. desumptum*   24 reformari *cod. Med.* inf. *Fabr.*   26 et asperiora *Fabr.* ad asperiora *Med.* addas peiora *cod. Pal.*

1*

55. *ingenuus p.* Ingenuum ciuem romanum uoluit intellegi siue nobilem, ut: 1*

Ingenui uultus puer ingenuique pudoris *ACR.*

nescit equo r. h. i. p. Irascitur Romanos omisso militaris exercitii studio ad graecos ineptos luxuriososque lusus transisse *POR.*

56. *ludere doctior.* Culpat Romanos, quos omisso exercitii studio ad graecos ineptos luxuriososque ludos filios transtulisse commemorat *ACR.*

58. *uetita l. a.* Lusus aleae puniuntur propter nuditatis incestum *ACR.*

59. *cum peri. p. f.* Cum patris familiae fides ad congregandam heredi pecuniam periura hospites fallat et socios *ACR.*

cum peri. p. f. c. s. f. et hospitem. Non est inquit mirum augeri quotidie censum unicuique priuatorum, cum omnes scelere grassentur in hospitem in socium in consortem adquirendi studio, et tamen non multum hoc his prodest quia indigno heredi haec relicturi sint, qui corruptus luxuria seruare haec scilicet non possit *POR.*

61. *indignoq. pec.* Haec inquit quae per scelus acquiruntur congreganti nil prosunt dum relicta indignis heredibus per luxuriam consumuntur, ut: 2*

mále parta male dílabuntur *ACR.*

64. *curtae nescio.* [Cupido semper adest aliquid abest rei] Numquam tantum res crescit ut sufficere uideatur cupiditati *ACR.*

tamen curtae n. q. s. a. r. Hoc ad ipsam auaritiae naturam refertur cui cum nihil desit semper uidetur deesse *POR.*

---

3 *hunc locum om. Olahnius* 15 hospitem *libri* 17. 18 adquirendi *non* acq. *cod.* 18 et tamen nihil (*s.* nil) tum his prodest *Edd.* *Vt nos cod.* 19 indignis haec heredibus *Fabr.* indigno haec her. *Med. Pat.* sunt *Edd.* sint *cod.* *Et deinde* corrupti — non possunt *Edd.* corruptus — non possit *cod.* 24 *hic Acronis locus fontibus addendus est apud Ribbeckium Tragg. latt. frag. p. 11* 25 cupido semper adest *(rell. om.) cod.* cup. s. abest semp. al. abest rei *Med.* *Aut eicienda haec sunt aut ad COM. CR. emendanda* 29 extet *cod. sed in marg.* desit

1* *Iuuenal XI 154* 2* *Cn. Naeui fragm. 56 apud Ribbeckium*

CARMEN III 25.

Quo m. B. Hac ode Liberum patrem inuocat eo quod ipse musicus deus sit petens ab eo ut se in secreta nemorum suorum ducat, ubi numine eius repletus Caesaris Augusti laudes canat, allegoricos significans non sufficere spiritum suum laudibus Augusti nisi numinis eius instinctu iuuetur *ACR.*

Quo m. B. r. t. p. Hac ode inuocat Liberum patrem petens ab eo ut se in secreta aliqua nemorum suorum ducat ubi numine eius mentem instinctus Caesaris Augusti laudes canat. Per quae uidetur allegoricos significare non sufficere spiritum suum laudibus Augusti sine Liberi numine; nam et ipse musicus deus est *POR.*

2. *aut quos a. i. s. p.* Hic masculino genere *specus* posuit; dicitur et *hoc* specus *ACR.*

3. *mente noua.* Quia nouam faciat praesentia numinis hoc est homini inconsuetam *ACR.*

3. 4. *quibus antris.* Grauiter pronuntiandum. Ordo est: Quibus antris meditans audiar inserere stellis et concilio Iouis aeternum decus egregii Caesaris? *ACR.*

quibus antris e. C. a. ae. m. d. st. i. Quibus graui sono pronuntiandum; est enim subiunctiua particula *que;* praeposuit enim *quos agor in specus,* subiunxit *quibus antris egregii Caesaris audiar;* in quo et *ἐπεξήγησις* figura adnotanda, quia praedictum *specus* antra sunt *POR.*

5. *decus.* Consecrationem dicit *ACR.*

aeternum m. decus. Consecrationem dicit *POR.*

8. *indictum ore alio.* Ab alio adhuc non dictum *ACR.*

dicam i. r. adhuc ind. o. a. Per haec primum se lyrica tangere significat *POR.*

6 ode *om. Edd.* odi *(ut saepe) cod. Atque in Edd. saepe excidit fort. quia olim graecis litteris scriptum erat, quod hic illic etiam in cod. nostro uidemus* 12 *hoc schol. om. cod.* 14 quae *libri* praesentiam *cod. Med.* 20 particula quae praepos. *cod. Pat. Med.* particula. Quia praepos. *Fabr.* 22 adnotanda *cod.* denot. *Edd.* 22. 23 quia praedictum specus intra sunt *(sic!) cod.* qui praedicti specus a. s. *Fabr. Vt nos Med. Pat.* 28 significat *cod.* signat *Edd.* .

9. *exsomnis.* Vigilans per furorem *ACR.*

Euhias. Baccha [Libera]. Sensus est: Non aliter Baccha prospiciens Hebrum fluuium Thraciae uel Rhodopen montem regionis eiusdem delectatur quam ego uidens nemora scripturus Caesaris consecrationem in antris musicis *ACR.*

10. *Hebrum pr.* Hebrus est Thraciae fluuius *POR.*

12. *Rhodopen.* Rhodope mons Thraciae *POR.*

ut. Quemadmodum. — *deuio.* Vaticinanti. Repleti enim numinis per deuia agi et remota consueuerant. *Deuium* dictum a uia remotum *ACR.*

ut m. deuio. Deuium est a uia remotum ac per hoc in siluis ac solitudinibus agentem. Diximus autem haec allegoricos dici quia per ea intellegi uult se inusitatum Romanis carmen tractare *POR.*

14. *o naiadum p.* Dionysius habens potestatem in nymphas uel in Bacchas *ACR.*

16. *uertere fraxinos.* Tantum uirium Liberi significat esse cultricibus ut arbores radicitus possint euertere numinis eius instinctu *ACR.*

o naiadum p. b. u. p. m. u. fraxinos. Vult intellegi tantas uires cultricibus Liberi patris instinctu numinis eius esse ut etiam proceras arbores radicitus possint uertere *POR.*

18. *nil m. l.* Nil quod mortali conueniat; supple: si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris *ACR.*

nil m. l. Subaudiendum: si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris *POR.*

20. *cingentem.* Amphibolice dictum utrum sibi tantum cingentem an quoscumque suo numine replere consueuit *ACR.*

cing. u. t. p. Vtrum sibi tantum ea cingentem an quoscumque numine suo complere dignatur? *POR.*

---

2 Euchias *cod. Med.* Euhyas *Fabr. Deinde* Baccha i. e. Non *Med.* Bacchas i. e. Non *cod.* 11 deuiun *(sic!) cod. alt. m.* 12 dixit *Fabr.* 15. 16 nymphis *et* bacchis *libri* 20 fraxinus *cod.* 21 ultricibus *cod. Med. Pat.* 23 supple *addidi ex cod.* 25 nihil *cod.* tuum *cod. Med. Pat.* 28 nomine *Fabr.*

CARMEN III 26.

Vixi puellis n. i. Hac ode uideri uult iam renuntiare carminibus et lyram consecrare et amare desinere *ACR.*

Vixi p. n. i. Hac ode uidetur iam renuntiare carminibus et lyram consecrare et amare desinere *POR.*

1. *idoneus.* Voluptati sufficiens *ACR.*

2. *et militaui.* Allegoricos militiam nunc amorem uocat *ACR.*

et mil. n. s. gl. Allegoricos militiam nunc amorem uocat *POR.*

non sine gl. Non sine opinione boni amatoris *ACR.*

3. *arma.* Bene amatoris arma lyram dixit *ACR.*

3. 4. *defunctumq. b. b.* Perseuerat in allegoria *defunctum bello barbiton* dicendo, significans amores suos se barbito cecinisse quod est organi genus *POR.*

marinae. Mari ortae, ut:[1*] F a s o m n e e s t C y t h e r e a m e i s t e c r e d e r e r e g n i s V n d e g e n u s d u c i s. Atque ideo *Aphrodite* est dicta ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ i. e. a spuma; et est ordo: Qui paries marinae Veneris laeuum latus custodit [ac per hoc in sinistra parte templi pendebit] *ACR.*

laeuum m. q. V. l. c. Consecratum Veneri barbiton suspendere in templo eius dicit in parte sinistra *POR.*

7. *funalia.* Funes quibus luminaria suspendi consueuerant *ACR.*

et uectes. Haec instrumenta amoris uult intellegi quibus etiam fastus puellarum contemnentium per uim superantur *ACR.*

12 *post* allegoria *male nouum schol. incipit Fabr. ita ut* def. b. b. *lemma sit et pro* dicendo *habeat* quando 13 signans *Edd.* significans *cod.* 16 fidere *pro* credere *apud Vergil.* 17 atque — a spuma *om. cod.* a potu aphru *Med.* 19 *uerba inclusa aut eicienda sunt aut post* hoc *aliquid excidisse statuendum* 21 dicit hic paries habebit in parte templi sinistra *sed sub* hic par. hab. *et* templi *punctis positis cod.* 22 Supple quibus *Fabr.* Quibus *Med.* 24. 25 quibus fastus etiam per uim cont. sup. *libri. Vt nos COM. CR.*

1* *Aen. V 800*

hic hic ponite l. f. e. u. e. a. opp. f. minacis. Haec instrumenta amoris intellegi uult *POR.*

9. *o quae b. d. tenes C.* In Cypro enim insula Venus specialiter colitur, similiter et apud Memphim [i. e. Aegyptum], quam ideo carere niue dixit quia calida regio est *ACR.*

10. *et Memphim c. sith. n.* Memphis in Aegypto ciuitas est quam merito carere niue dicit, quia in Aegypto numquam est nix, ideo calidior est; Sithoni autem Thraces sunt ubi multa est nix, unde κατ' ἐξοχὴν *sithoniam* niuem dixit *POR.*

sithonia niue. A prouincia nomen niuibus dedit, ut:[1]* S i t h o n i a s q u e n i u e s h i e m i s s u b e a m u s a q u o s a e *ACR.*

11. *sublimi fl.* In altum sublato ictu, quod fit dum quis uehementius uult ferire; et ideo Chloen quia arrogans est et superba amantibus percuti uel una graui dicit debere amoris plaga a Venere *ACR.*

sublimi fl. t. Ch. s. arr. Sublimi flagello i. e. in alto subleuato; hoc enim fit cum quis uehementius uelit percutere. Vult autem Chloen quod sit arrogans et superba amantibus percuti uel una amoris plaga a Venere *POR.*

CARMEN III 27.

Impios p. r. Amicam peregre proficiscenten inuitus dimittens timet ne malis pergat auspiciis et optat ut impii potius quam ipsa augurio parrae auis uel ceterorum quae subicit proficiscantur. Et per istam commemorationem omnium aduersorum nititur eam reuocare ab itinere disposito *ACR.*

Impios p. recinentis o. d. Amicam peregre proficiscentem dimittens inuitus ne malis auspiciis exeat timet et optat ut

1 *lemma in Edd. est:* hic ponite. *Relicua add. ex cod.* minacis *cod.* 5 quam *cod.* q̄. *Med.* quod *Fabr.* 8 et ideo *Fabr.* Sithonii *et paulo post* multa nix *Edd., ut nos cod.* 14 uel una *cod.* uulnere *Edd.* 15 uenerei *libri.* a Venere *corr. ex Porph.* 16 sublimi.] Id est in alto etc. *Edd., ut nos cod.* 19 percuti *in fine ponunt Edd.* 25 retinentis *cod.*

1* *Bucol. X 66*

impii potius quam ipsa auspicio parrae auis et ceterorum quae subicit proficiscantur *POR.*

3. *raua.* Aut colore oculorum torua aut uoce non clara aut certe rabida. — *Raua.* Fulua siue subnigra aut rauca i. e. uocis obtusae. *Rauus* enim color dicitur niger mixtus cum fuluo *ACR.*

raua dec. lupa. Raua lupa a colore dicitur *POR.*

5. *rumpat et s. i. inst.* Ait, si in transuersam uiam impios ducat non impios reuocet, hoc est, pius serpens *POR.*

rumpat. Id est incidat [i. e. interpellat] tibi institutum iter *ACR.*

6. *si per obl. s. s.* Serpentis celeritate etiam animalia deterreri dicit i. e. si tantae celeritatis est serpens ut irrationabilia terreat *ACR.*

7. *mannos.* Burdos; manni ideo dicti quod mansuetudine manuum familiarius sequerentur *ACR.*

terruit mannos. Manni equi dicuntur pusilli quos uulgo *burrichos* uocant; nam et hoc ad omen dicit pertinere quod manni terreantur *POR.*

10. *imbrium d. a. i.* [Diuinam] Cornicem dicit imminentium imbrium praesciam ut: [1*] T u m c o r n i x p l e n a p l u u i a s u o c a t i m p r o b a u o c e. Paludes autem finito die repetere consueuerat *ACR.*

anteq. stantes r. p. i. d. a. imm. osc. coruum. Cornix antequam repetat paludem. Quam cornicem imbrium imminentium diuinam ait, quia pluuiam futuram significare soleat; quod etiam Verg. ostendit: T u m c o r n i x p l e n a p l u u i a m u o c a t i m p r o b a u o c e. *Paludes* autem non ad anni tempus pertinet sed ad diei *POR.*

3 *utrum horum schol. interpolatum sit dubius utrumque intactum reliqui* 8 ait si in *cod. Med. Pat.* Vt sit in *Fabr.* 10 i. e. interp. *om. Med. In Fabr. et Med. cum seq. sedem mutauit. Cod. om. schol. et in seq. post* terreat *sic pergit:* rumpat tibi institutum iter 16 sequerentur *cod.* sequantur *Edd.* 18 burrichos *cod.* burdos *Med. Fabr.* buricos *Pat. (Cfr. schol. ad Epod. IIII 14)* 20 diuinam *om. cod. recte* 22 pluuiam *apud Verg.* 26 soleat *cod.* solet *Edd.* 28 *post* uoce *nouum lemma* antequam repetat paludes *addunt cod. Med. Pat.* et autem *om. sed in cod.* autem *supra lin. additum est* 29 pertinent *Fabr.*

1* *Georg. I 388*

11. *oscinem c.* *Oscines* dicuntur aues quae uoce augurium faciunt *praepetes* quae uolatu, ut Verg.:[1*] Qui uolucrum linguas et praepetis omina pennae *ACR.*

oscinem c. p. s. Oscinem coruum iuuocabo, inquit *POR.*

12. *solis ab o.* Ab ortu solis prospera corui omina sunt aduersa ab occasu *ACR.*

13. *sis l. f.* Ordo est: Galatea sis felix et memor nostri licet uiuas ubicumque mauis; i. e. et si sine me esse mauis sis felix tamen *ACR.*

15. *teque n. l. u. i. p.* A sinistra picum mali ominis dicit et uagam uolatu cornicem *ACR.*

17. *trepidet.* Festinet ut:[2*] Ne trepidate uiri, uel trepidet uentorum flatu et murmure pelagi. — *Pronus Orion.* In occasum uergens. Orion tempestuosus est et quia amicam non ualet precibus retinere minis tempestatis conatur, ut:[3*] Dum pelago desaeuit hiems et pronus Orion *ACR.*

sed uides quanto t. t. pronus O. Decenter pericula nauigationis ostendit, quibus illam retineat; nam reuocare non audet. In occasum autem pronus Orion intellegendus, nam tunc magis tempestates *POR.*

18. 19. *ego quid s. a. Ha. n. s.* Futurae se nosse signa tempestatis ostendit uel ex mari hadriatici sono uel ex flatu Iapygis uenti qui ex sereno subitam facit tempestatem *ACR.*

19. 20. *et q. a. p. I.* Aut propter erectionem fluctuum aut colorem uacuarum (?) nubium *ACR.*

21. *hostium ux.* Nec feritati barbaricae nec puerili inscitiae incognita dicit esse posse futurae tempestatis indicia *ACR.*

23. *et trementes u. r.* Verbere fluctuum aut uentorum *POR.*

25. *sic et Europe.* Id est: Quem ad modum tu prae-

2. 3 et uolucrum *apud Verg. deinde* qui praepetis *Fabr.* 12 uel *e. q. s. om. cod.* 18 quanto *sed* o *in litura cod.* (*pr. m. fuit* quantum) *et* plenus *pro* prouus *cod. Pat.* 21 magis *cod. Pat. non* magnae 26 *uide num scr. sit* uagarum 32 Europae *Fabr. et paulo post* Europa

1* *Aen. III 361* 2* *Aen. VIIII 113* 3* *Aen. IIII 62*

sumptuose sumis peregrinationem sic et Europe praesumptuose credidit niueum latus doloso tauro et uide quid passa sit *ACR.*

sic et Europe n. d. c. t. l. Sic, hoc est dum eam blandus in marc placidum Iuppiter inducit. Haec autem comparatio Iapygi uento confertur qui incipit placidus mox in tempestates concitatur *POR.*

doloso. Falso Ioui in taurum mutato *ACR.*

26. *scatentem b. p.* Repletum pullulantem frementem ebullientem *ACR.*

27. 28. *mediasq. f.* Non fraudes medias sed in medio dolo cognitas nec ante repertas *ACR.*

palluit. Vehementer timuit; id quod efficitur posuit pro efficiente i. e. quae ante audax fuerat tunc palluit *ACR.*

mediasq. f. pall. a. Ad ludum audax non tunc cum palluit *POR.*

29. *stud. fl.* Id est, quae nymphis studebat facere floreas coronas *ACR.*

31. *nocte subl.* In crepusculo [uel ex luce] *ACR.*

nocte sublustri. Pro sublucida *POR.*

33. *quae s. c.* Ordo est: Quae simul ac tetigit Creten potentem centum oppidis uicta furore dixit: O pater et pietas relictum nomen filiae *ACR.*

34. *pater o. rel.* Europae gemescentis uerba [: o patris pietas reliquisti nomen filiae] *ACR.*

pater o. r. f. n. Europae ingemiscentis uerba sunt, et *filiae* relictum pro *a filia* relictum *POR.*

36. *uicta furore.* Nunc errore mentis uel amore *POR.*

37. *leuis una m. e. u. c.* Quanto minus uirgo peccare debet eo peccans digna maiore supplicio est, leuior siquidem mors est [uitae] quam iactura pudoris, ut Vergilius:[1]*

ferroque auerte dolorem *ACR.*

4 Europae *et hic Fabr.* 7 concitatur *cod.* citatur *Edd.* 15 nunc *cod.* 21 simul attigit *libri* 24 gemescentis *cod.*. *Med.* gemisc. *Fabr.* 31 Vergilius *add. ex cod.*

1* *Aen. IIII 547*

leuis u. m. e. u. c. Quanto minus peccare uirgo debet eo in peccatis digna maiore supplicio est *POR.*

38. *uigilansne pl.* Sic incredibile dicit factum ut etiam sibi somnio simile uideatur *ACR.*

uigilansne pl. Bene tamen incredibile factum est ut uideatur etiam hoc potius simile somnio *POR.*

40. *ludit imago.* Pro somnio dicitur, ut:[1*] s i n u m q u a m f a l l a t i m a g o. Et est sensus: An sine uitio sum et hoc potius somnio? *ACR.*

ludit imago. Pro somnio dicitur. Et est sensus: sine uitio sum et hoc potius somnio *POR.*

41. *porta f. eb.* Per quam uana somnia emittuntur, ut:[2*] A l t e r a c a n d e n t i p e r f e c t a n i t e n s e l e p h a n t o S e d f a l s a a d c a e l u m m i t t u n t i n s o m n i a m a n e s *ACR.*

quae p. f. eb. Vt Vergilianum: A l t e r a c a n d e n t i p e r f e c t a n i t e n s e l e p h a n t o S e d u a n a a d c a e l u m m i t t u n t i n s o m n i a m a n e s *POR.*

infamem. Aut famosum aut certe sibi infamem *ACR.*

46. *dedat i. l. ferro.* Vt:[3*] N o n p o t u i a b r e p t u m d i u e l l e r e c o r p u s e t u n d i s S p a r g e r e? quod dixit, ut indignationem similis sexus indignatione monstraret *ACR.*

47. *modo.* Paulo ante, ut:[4*] Q u e m m o d o n a u a l i M n e s t h e u s c e r t a m i n e u i c t o r C o n s e q u i t u r *ACR.*

49. *impudens.* Turpiter, nomen pro aduerbio. Eadem, inquit, impudentia uiuo qua patriam reliqui *ACR.*

inpudens l. p. p. inpudens orcum moror o. d. Eadem inpudentia uiuo qua patriam reliqui *POR.*

50. *o.* Interiectio est *ACR.*

53. *turpis mas.* Quae turpes facit; ante deteriorationem formae optat perire *ACR.*

2 maiori *Edd.* maiore *cod.* 4 somno *libri.* somnio *COM. CR.* 6 uideatur. hoc etiam simile somno *Edd.* *Vt nos cod.* 7. 8 Pro — imago *om. cod.* 15 ut *addidi* 16 uana *cod.* falsa *Edd.* 18 *hoc schol. om. cod.* 20 quod dixit *add. ex COM. CR.* 26 inpudens (*non* imp.) *bis cod. et paulo post* inpudentia

1* *Bucol. II 27* 2* *Aen. VI 896* 3* *Aen. IIII 600* 4* *Aen. V 493*

54. *sucus.* Viriditas; [qua] pulchritudo corporis significatur, ut:[1*] c o r p u s s ó l i d u m e t s u c i p l é n u m *ACR.*

55. *speciosa q. p. t.* *Γυναικείως* sollicita est ne desinat esse speciosa quae desiderat quam primum perire dum pulchritudo sua secum sit *POR.*

57. *pater u. abs.* Insequitur ut mori debeat etiam absentis timore *ACR.*

uilis Europae p. urget abs. Dubium non est, inquit, quin me pater absentem uilem existimet et appellet credens me amantem persecutam; et ideo moriendum est ut priorum horum obliuiscar *POR.*

59. *zona b. t. s.* Tamquam quae adiutura sit mortis neglectae consilium, ideo *bene secuta ACR.*

p. h. a. o. p. zona b. t. s. Quae adiutura sit mortis consilium *POR.*

62. *age te p. crede u.* Id est uento et mari; tamquam quae magis debeat se tempestatibus tradere peritura aut praeceps per abrupta demitti quam dominae imperium seruiendo perferre *ACR.*

66. *pellex.* Concubina; ut exaggeraret feritatem barbaricam addidit *pellex* i. e. quae sic me insequitur ut *pellex* sim timens meae pulchritudini *ACR.*

67. *perfidum.* Dolosum — *ridens Venus.* Epitheton Veneris et ad praesens est magis conueniens eo quod ridet eam imagine iuuenci deceptam et quod Veneri irascatur ueluti uere pecudis illusa concubitu *ACR.*

aderat q. perfidum ridens V. Et perpetuum ante positum nomen epitheton est Veneris et ad praesentia pertinet; ridet enim et quod eam imago iuuenci deceperit et quod illa irascatur quasi uere a pecore decepta sit *POR.*

1 sucus *cod.* succus *Edd.* qua *om. cod. Med.* 1. 2 signatur *libri* 3 spetiosa *bis cod.* Gynetios *cod.* gyuecios *Med. Pat.* 4 perire *cod. Med. Pat.* uenire *Fabr.* 18 dimitti *Edd.* 20 pelex *cod. Med.* pellex *Fabr.* 20. 21 exaggeret — addit *Edd. Vt nos cod.* 25 et *addidi* 27. 28 Etsi perpetuum ante positum nunc tamen epitheton conuenientius ad praes. pert. *Med. Fabr. Vt nos cod. Pat. nisi quod* numen *habent. Fort. ex hoc schol. etiam apud Acr. scr.* et perpetuum est et ad pr. m.

1* *Ter Eunuch. II 3, 27 (318) Fleckeis.*

68. *et remisso f. a.* Merito *remisso arcu* Cupido, tamquam qui Europae iam debellasset pudorem *ACR.*

69. *mox ubi q. s.* Postquam diu passa est illam ignaram felicitatis de casu suo conqueri *POR.*

abstineto ir. Cessa ab ira et caliditate *ACR.*

70. *calidaeque rixae.* De calore animi uenientis uel furoris commotione i. e. postea quam passa est diu illam casus suos conqueri ueluti facti auctoris ignaram *ACR.*

71. *non t. inu.* Ironice dictum quia minata fuerat se cornua tauri fracturam, i. e. non lacerabis eum cum se tibi rursus obtulerit *ACR.*

laceranda r. c. tauris. Nec laceres eum, inquit, cum se tibi rursus optulerit *POR.*

73. *uxor i. I. e. nescis.* Ambiguum utrum hoc dicat: nescis te coniugem Iouis esse, an uero: nescis te gerere coniugem Iouis, ut si dicas: nescis esse consul *POR.*

75. *sectus.* Diuisus eo quod una pars orbis Europae nomen accepit altera Asia dicta est, ut: [1*] E u r o p a a t q u e A s i a p u l s u s *ACR.*

tua s. o. n. ducet. Id est diuisus, quia ab huius nomine pars orbis Europa appellata est *POR.*

76. *nomina d.* Id est: ex tuo nomine dicetur *ACR.*

CARMEN III 28.

Festo q. p d. N. f. Id est: Quid magis faciendum est festo Neptunalium die, quam ut uinum caecubum depromatur? Amicam suam alloquitur *ACR.*

Festo q. p. d. Neptunaliorum diem significans esse ait: quae res est quam potius debeam facere quam uinum promere Neptunalibus? *POR.*

4 suae felicitatis *Fabr.* 5 ira et caliditate *cod. Med. COM. CR.* ira *Fabr.* 7 i. e. commotione *Fabr.* 12 ne *Fabr.* 13 optulerit *cod.* obt. *Edd.* 16 dicat *cod.* 20 quasi *cod.* quia *Edd.* 26 esse signans *Edd.*
1* *Aen. I 385*

3. *L. strenua.* Id est, cita. — *Caecubum.* Vinum dictum uolunt eo quod ebrietas caecet et confundat ingenium *ACR.*

4. *munitaeq. a. u. s.* Munitae, quae nulli casui subiecta est: bene autem ait uim sapientiae uino adhiberi *ACR.*

mun. a. u. s. Munita sapientia bene dicitur quae scilicet nulli fortunae subiecta est. Graeci autem aiunt uim sapientiae adhiberi per uinum *POR.*

5. *inclinare m. s. Sentis* h. e. cernis inclinare diem in occasum qui maior fieri deberet et augeri laetitia *ACR.*

incl. m. s. In occasum scilicet diem inclinare *POR.*

6. *ac ueluti st. u. d.* Hortatur ad celeritatem promendi dum dicit breuitatem impatientem morarum *ACR.*

7. *parcis.* Cessas, quasi stet, cum celeriter abeat *ACR.*

8. *Bibuli.* Proprium nomen est, i. e. Bibuli consulatu reconditum *ACR.*

cess. B. c. a. Id est in horreo cessantem et quasi residentem; *Bibuli consulis* autem, eo anno quo Bibulus consulatum gessit natam *POR.*

10. *uirides.* Herbis similes aquae fucatione (?) *ACR.*

11. *recines.* Iterum cantabis i. e. alternatim cantabimus *ACR.*

12. *Latonam.* Dianam; propterea quod trinominis dicitur; ipsa enim Luna, ipsa Diana, ipsa Proserpina dicitur [ideo modo Lunam pro Diana posuit] *ACR.*

13. *summo carmine.* Aut maximo aut in consummatione carminis i. e. in fine Veneris cantabimus laudes *ACR.*

sum. car. q. Cnidon fulgentisque t. Cycl. Id est in consummatione carminis Venerem cantabimus *POR.*

14. *Cycl.* Nomina insularum quas Venus uecta circumit cygnis *ACR.*

5. 6 quia nulli scilicet *Edd.* 6 *fort. scrib.* Grate autem ait *pro* Graeci autem aiunt 8 Hoç est: Sentis *cod. Med. fort. rectius* 12 ad breuitatem *Fabr.* 16 horreo *Fabr.* honorem *rell.* 19 fucatio *uox in lexicis deest; (Cfr. COM. CR.)* 20 i. e. alt. cant. *fort. ad* inuicem *pertinet uers. 9* 22 celeris sp. Cynthiae] Dianae quae trinominis dic. *sic Fabr.* 27 Cnidon fulgentisque *cod.* gnidon fulgentisq. *Med. Pat.* (*om. Fabr.*) 28 consumatione *cod. Med. Pat.* Venere *cod.*

15. *iunctis u. o.* Quae oloribus i. e. cygnis iniunctis uecta reuisit Cnidum Cycladas Paphum *POR.*

16. *merita nenia.* Conuenienti carmine. — Quia tenebrosa nox est merito *lugubri carmine* dicitur. Nenia enim carmen est, quod mortuis cantabatur in honorem inferorum. Sed quia noctem praedicaturus erat propter tenebras et somnum quae morti proxima creduntur, ideo dixit: *nenia noctis ACR.*

dic. m. n. q. nenia. Nenia carmen est quod in mortuos cantatur. Sed bene hoc carmen etiam nocti adcommodat propter tenebras et somnum quae morti sunt proxima *POR.*

CARMEN III 29.

Tyrrhena. Tusca. Et Tiberis tyrrhenus dictus est, ut: [1*] T y r r h e n o q u e b o u e s i n f l u m i n e l a u i t h i b e r a s. Simile est autem principium primae odes: M a e c e n a s a t a u i s e d i t e r e g i b u s. Inuitat autem illum ad epulas, cui destinatam uini amphoram et illibatam iam apud se esse promittit. Ordo est: Maecenas tyrrhena progenies regum iam dudum apud me est tibi lene merum non ante uersum cado cum flore rosarum et balanus pressa tuis capillis *ACR.*

Tyrrh. r. p. Simile illi est hoc principium: M a e c e n a s a t a u i s e d. r e g., et cur eum sic appellet ibi diximus. Inuitat autem nunc Maecenatem ad epulas cui destinatam uini amphoram et inlibatam iam apud se esse dixit *POR.*

1 quae *add. ex cod.* cygnis (c) *cod.* (*pr. m.* cignis). cygnis *Edd.* iniunctis *cod.* iunctis *Edd.* 2 cnidum cycladam paphum *cod.* gnidon cyclades paphum *Med. Pat.* Gnidon Cycladas Paphon *Fabr.* 3 nenia. Carmine mortuorum; nenia merita. Conuenienti. Nam quia *cod. Med. Vt nos Fabr. nisi quod habet:* Nam quia 8 nenia *cod. Med. Pat.* naen. *Fabr.* 9 bene nocti hoc carmen *Edd.* etiam *add. et* adcom. (*non* acc.) *scr. ex cod.* 12 hiberas *Med.* hyberras *cod.* Iberas *Fabr.* 17 est *om. Fabr.* uersum *libri.* uerso *optt. codd. Horr.* 19 Simile illi est haec odi principium (*sic*) *cod.* Simile est illi hoc princ. *Edd.* 20 appellat *libri* 22 inlibatam *cod. in mrg.* iam *addito.* illibatam iam *Edd.*

1* *Aen. VII* 663

4. *pressa.* Infusa tamquam iam capiti impressa. Balanus autem herba unguentaria est ex qua componuntur unguenta et ideo significat unguentum *ACR.*

5. *iamd. apud m. e.* Ac si diceret: haec omnia in tuum honorem iam diu seruantur apud me *ACR.*

6. *udum T.* Propter copiam aquarum *ACR.*

et Aesulae. Nomen urbis alterius in latere montis constitutae *ACR.*

7. *decl. c. aruum.* Turrim in hortis suis Maecenas construxisse dicebatur unde haec omnia prospiceret *ACR.*

8. *Telegoni i. p.* Tusculum ciuitas est in iugo montis constituta; hanc significat nomine conditoris; a Telegono enim Circes filio fundata est qui per ignorantiam patrem suum Vlixem interemit *ACR.*

ne semper ud. T. e. Aesulae d. c. a. et T. i. p. Turrim Maecenas dicitur in hortis suis extruxisse unde haec omnia prospectabat. — *Et Telegoni iuga parricidae.* Tusculum significat quod dicitur Telegonus Circes filius condidisse qui per ignorantiam patrem suum Vlixen occidit *POR.*

9. *fastid. d. c.* Quae fastidium aliquando ingerit propter luxum [ut proprias aliquando delicias fastidiat] *ACR.*

10. *molem p. n. ar.* Turrim dicit *POR.*

13. *plerumq. gr. d. u.* Vicissitudinem rerum dicit gratam solere esse diuitibus quos interdum post diuitias et copias delectat familiarium mediocritas. Ordo est: Plerumque mundae cenae gratae uices diuitibus sine aulaeis et ostro sub paruo lare pauperum explicuere sollicitam frontem i. e. tristem et obductam rugis frontem laetitia extendere [h. e. explicauere], ut Terentius: [1*] Expórge frontem *ACR.*

2 qua *cod.* quo *Edd.* 4. 5 tuo in honore *Fabr.* in tuo honore *cod. Med.* 10 prospectaret *Fabr.* 14 Vlixem *cod.* Vlyxem *Med.* Vlyssem *Fabr.* 15 non *Fabr.* ne *rell.* efile *cod.* efulae *Med.* esulae *Pat.* Turrim *e. q. s. cod. hic alt. m. in marg. addit. Edd. ad seq. schol. sic referunt:* Turrim dicit quam *etc.* 17. 18 signat *Edd.* signif. *cod.* 19 ulyxen *cod.* ulyxem *Med. Pat.* Vlyss. *Fabr.* 20. 21 ingerit i. e. fluxum ut p. diuitias al. fast. *cod. Med.* (*Aut uerba inclusa suppositicia sunt aut sic scrib.:* ingerit i. e. efficit ut etc.) 29 ut Plautus *Med. Fabr.* ut Terentius *cod.*

1* *Ter. Adelph. V 3, 53 (839) Fleckeis.*

16. *soll. exp. fr.* Id est: tristem exhilarauere *POR.*

17. *Andromedae p.* Cepheus Aethiopum rex [Zetheus] qui inter sidera collocatus dicitur proximus Orioni *ACR.*

iam cl. occ. Andromedae p. Cepheus scilicet qui inter sidera receptus est *POR.*

18. *ost. ignem.* Denuntiat aestatem, ut:[1*]
findit canis aestifer arua *ACR.*

iam Procyon f. Stella quae ante caniculam oritur *ACR.*

iam Pr. furit. Stella est quae ante caniculam oritur *POR.*

19. *et st. uesani l.* Stellam pro toto signo dixit in quo solem necesse est esse mense augusto quod est feruentissimum anni tempus *POR.*

21. *cum gr. languido.* Id est: aestu fatigato, ut:[2*] Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant *ACR.*

24. *ripa u. t. u.* Quae [propter sonitum] sit uento non mota, ut:[3*] Aspice uentosi ceciderunt murmuris aurae *ACR.*

25. *tu c. q. d. st.* Quis status i. e. quis honor. Ostendit autem Maecenatem praefectum urbis eo tempore fuisse *ACR.*

tu ciu. q. d. st. c. Apparet illo tempore praefectum fuisse urbis Maecenatem *POR.*

27. *et regnata C. B. p.* Cyrus rex Persarum fuit, [ideo genus eius commemorat] ut:[4*]
ultima secum Bactra uehit *ACR.*

28. *Tanaisque discors.* Tanais flumen in Maeotidem paludem fluens. *Discors* autem ideo dictum quia discernit Europam et Asiam, siue quia incolae regionis illius feroces sunt et frequenter inter se discordia colliduntur *ACR.*

2 Telephus Aeth. r. cetheus *cod.* Cepheus Ae. r. Zetheus *Fabr.* C. Ae. r. letheus *Med.* 4 Andromadae *cod. Med. Pat.* 9 fuerit *in lem. cod.* 16 *uerba inclusa suspecta aut corrupta sunt.* (sine sono *COM. CR.*) 21 praef. urbi fuisse *Fabr.* pr. urbis f. *Med. Pat. Vt nos cod.* 23 *uerba inclusa aut eicienda sunt cum COM. CR. aut sic fere emendanda:* Bactra. Idem Vergilius commemorat: ultima etc. *aut simpliciter:* Bactra. Vt: Vltima etc.

1* *Georg. II 353* 2* *Bucol. II 8* 3* *Bucol. VIIII 58* 4* *Aen. VI 688*

Tanaisq. disc. Tanais flumen est fluens in Maeotidem paludem et inde in pontum. *Discors* autem dictus quod discernit Europam et Asiam, nisi forte ad incolas eius referamus hoc epitheton qui inter se (namque sunt ferocissimi barbari) discordant *POR.*

29. *prudens f.* Prudenter dicit deum fecisse nesciri futura tamquam qui hominem uellet pro breuitate uitae uti praesentibus. Ordo est: Prudens premit deus exitum futuri temporis caliginosa nocte et ridet si mortalis trepidat ultra fas *ACR.*

31. *ridetq. s. m. u. trepidat.* Quoniam scilicet nefas est inquirere futura quae dei nescire nos uoluerunt *POR.*

33. *componere aequus.* Iustus finire; unde lites compositae dicuntur finitae, ut: [1*]
Non nostrum inter uos tantas componere lites *ACR.*

32. 33. *quod a. m. c. aequus.* Id est: praesentibus fruere et ea quae adsunt aequa mente compone *POR.*

cetera fl. r. f. Dilabuntur, hoc est, alia cursum suum habent, ut: [2*] si brachia forte remisit Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni. Ordo est: Cetera feruntur ritu fluminis nunc cum pace delabentis in etruscum mare medio alueo nunc uoluentis una adesos lapides et raptas stirpes et pecus et domos. Per allegoriam describit uarietatem et uices uitae humanae quae dum quieta et laeta est subito aduersis casibus inquietatur et perturbatur *ACR.*

34. *nunc m. al. c. p. dilabentis etruscum i. m. n. l. a.* Varietatem et uices uitac humanae quem ad modum quieta

1 flumen *cod.* fluuius *Edd.* *Deinde* est ī fluens meotidis paludibus *cod.* est interfluens meotidis paludibus *Pat.* est fluens meotidem paludem *Med.* 3 ab Asia *Edd.* et Asiam *cod.* 4 qui inter se nanq. sunt fer. bar. disc. *cod.* q. inter se inmiserunt fer. bar. disc. *Pat.* quod i. s. f. b. d. *rell.* 11 trepidet *cod.* 12 nos nescire *Edd.* nesc. nos *cod.* 22 Hetruscum *Fabr.* ethrusc. *Med.* 24 uarietatem *cod.* *Med.* *cfr.* *Porph.* uarietates *Fabr.* 27 dilabentis *libri.* delab. *apud Horat.* *Deinde* etrusc. *cod.* hetrusc. *Edd.* 28 quemadmodum modo *Fabr.* quemadmodum *Med.* *Pat.* *Nos* modo *cum cod. post* laeta est *posuimus*

1* *Bucol. III 108* 2* *Georg. I 202*

ac laeta est modo, modo aduersis casibus inquieta ac turbulenta per allegoriam describit *POR.*

37. *stirpesq. raptas.* Extirpatas, ut: [1*] aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros sternit sata laeta boumque labores Praecipitesque trahit siluas *ACR.*

40. *diluuies.* Noue tempestatem dixit cum omnes auctores hoc diluuium posuissent *ACR.*

41. *irritat amnes.* Incitat, ut: [2*]

Irritatque uirum telis *ACR.*

ille potens s. l. d. Id est, ille felix est qui modum uitae suae habet siue qui futura non curat *ACR.*

42. *cui l. i. d. d. u.* Perseuerat persuadere praesentia commoda tantum amplectenda, de futuris non esse cogitandum *POR.*

43. *eras u. a.* Perseuerat persuadere praesentia tantum curanda nec futuris animum accommodandum *ACR.*

44. *occupato.* Pro occupabis *ACR.*

45. *non t. irr.* Hoc est, non posse commodum uitae quod iam perceptum fuerit infringi *ACR.*

non t. irr. quodc. r. e. eff. Id est: non potest commodum uitae quod iam perceperis infringere *POR.*

46. *quodc. retro est.* Id est, quod iam transiit. Sensus est: Praeterita non poterunt immutari quamuis futura incerta sint et ideo desine esse sollicitus de futuris *ACR.*

47. *diffinget.* Confundet immutabit siue conuellet *ACR.*

49. *fort. s. l. n.* Quae delectatur incertis et inquietitudine hominum gaudet dum prospera mutat aduersis *ACR.*

50. *ludum ins.* Iniquum nouum, ut Iuuenalis: [3*] quotiens uoluit fortuna iocari. *Ludere. Quotiens uoluit* subaudi. *Pertinax.* Insistens *ACR.*

1 ac *om. Fabr.* 3 aut *add. ex cod. et deinde* praecipitesq. tr. s. *ex COM. CR.* 17 commodari *libri.* accomodandum *COM. CR.* 18 *hoc schol. om. Fabr.* 21 potes* *cod.* potes *Med. Pal.* potest *Fabr.* 22 percepit *cod.* perceperit *Edd.* 29 *hoc schol. apud Fabr. in tres partes diuisum intactum reliqui.* Lud. ins. Iniq. nou. Ludere pertinax quotiens uoluit sub. *sic cod.* (Pertinax. Insistens *Med. post seq. schol. exhibet*)

1* *Aen. II 304* 2* *Aen. X 644* 3* *Iuuenal. III 40*

lud. ins. l. p. Veteribus usitatum elocutionis genus *ludum ludere* ut uitam uiuere et seruitutem seruire et multa similiter *POR.*

51. *transm. i. h.* Vtrum ipsos honores incertos an qui transmutando incerti fiant fortunae inconstantia? *ACR.*

transm. i. h. Vtrum transmutando incertos facit an quia incerti sunt ideo transmutare eos putet *POR.*

53. *laudo m.* Id est: cum mutabilis non est illam laudo *ACR.*

si celeres q. p. r. q. d. Id est, dum ad alium deuolat, reddo quod dederat *ACR.*

54. *resigno q. d.* *Resigno* i. e. reddo *POR.*

55. *et mea uirt. m. i.* Id est: mea uirtute me munio non timens incerta fortunae dum aut desidero aut formido quod praestat, bona conscientia et sola probitate contentus *ACR.*

et m. u. m. i. Diserte. Id est: mea uirtute me munio nihil ab illa timens aut desiderans, contentus sola probitate et bona conscientia *POR.*

56. *sine dote.* Sine opibus, sine praemio *ACR.*

sine dote. Id est, sine opibus *POR.*

57. *non est meum.* Id est: nec uitae nec propositi mei est timere aduersa quia me nec periculo nec tempestati quaestus causa committo *ACR.*

non e. m. s. m. africis m. p. Nec uitae nec propositi mei est, inquit, aduersa timere quia nec periculis me quaestus causa committo nec plura quam habeo desidero *POR.*

59. *et uotis pacisci.* Tamquam paciscantur cum dis homines oblatione uotorum *ACR.*

61. *auaro mari.* Insatiabili, cuncta recipienti quasi quod omnia intereipiat *ACR.*

60. 61. *nec cypr. syr. m. add. a. diuitias mari.* Quasi iam mare habeat diuitias obruendo naues cum rebus pretiosissimis *POR.*

7 putet *libri. Fort. scr.* putatur, *nam* putet *qui uerum esse possit non uideo* 26 periculis *cod. Med. Pat.* periculo *Fabr. quae eadem paulo post:* nec tempestati q. causa me committo. *Vt nos cod. Med. Pat.* 29 oblectatione *libri.* oblatione *COM. CR.* 32. 33 quasi iam *cod.* quum *Edd.*

62. *tunc m. b. p. scaphae. Biremis* i. e. duos ordines remorum habentis. Ordo est: Aura et geminus Pollux feret me per aegaeos tumultus tutum praesidio biremis scaphae. Ironice dixit: non patiar uim maris amore lucri *ACR.*

tum m. b. p. sc. t. p. ae. t. a. f. p. Pollux. Tunc cum maxime saeuit tempestas, inquit, ego tutus nauigo praesidio scaphae. Sed per haec allegoricos significat se tutum securumque uiuere, quia non quaerat diuitias quas non desideret. *Geminusque Pollux,* quia horum sidera cum se ostendunt laborantibus nautis praebent spem salutis *POR.*

64. *geminusque P.* Pollux cum Castore intellegendus est; amborum enim stellae simul nascuntur *ACR.*

CARMEN III 30.

Exegi m. aere p. Per aeternitatem carminis auctori dat laudem. Ideo monumentum operis sui ultra statuas quas nominato aere significat et magnificentiam uel soliditatem sepulcrorum perennius dicit. *Pyramides* autem proprie regum aegyptiorum sepulcra sunt ingenti mole constructa et in cacumen educta in modum flammae sursum surgentis, unde et eis nomen est inditum. Ordo est: Melpomene exegi monumentum perennius aere i. e. durabilius metallo; nam monumentum dicit opus suum, quod durabilius dicit esse statuis diuitum ex aere factis *ACR.*

Exegi monum. ae. perennius. Haec ode qua tertius liber consummatur in ipsius auctoris laudem scripta est *POR.*

1. *Exegi.* Finiui perfeci, ut Ouidius: [1*] i a m o p u s e x e g i *ACR.*

2. *regaliq. s. pyr. a. Pyramides* regum aegyptiorum se-

5 tum *libri* (*sed post lemma* tunc), *contra apud Acronem* tunc 7 per hoc *et* signat *Edd.* per haec *et* significat *cod.* 8 quas non desideret *add. ex cod.* 14 monimentum *hic Med.* monum. *cod. Fabr.* 15 et *om. Fabr.* 23 peremnius *cod.*

1* *Ouid. Metam. XV 871*

pulcra sunt adeo ingenti mole saxorum in mediis harenis Aegypti structa ut inter septem miracula habeantur *POR.*

3. *edax.* Corrumpens ui tempestatis *ACR.*

non aquilo impotens. Valde potens. Ideo aquilonem posuit, ut:[1*] Et mediis properas aquilonibus ire per altum, quia tempestuosus est et hiemi congruens *ACR.*

non aq. impotens. Pro: ualde potens *POR.*

4. *aut innum. a. s.* Vt:[2*] annis soluit sublata uetustas. Hoc est: dicta sua nec tempestatibus nec uetustate abolenda *ACR.*

6. *non omnis moriar.* In litterarum laudem dicit se corpore moriturum uicturum esse carminibus; ideo *non omnis* i. e. totus *ACR.*

7. *libitinam.* Libitina dicebatur lectulus in quo mortui efferebantur *ACR.*

usque e. p. c. l. r. Ordo est: Ego recens crescam postera laude, i. e., per laudem posterorum, usque dum pontifex scandet capitolium cum tacita uirgine; *recens* autem quasi nouus; noua enim magis consueuerunt placere, uetera abolescere, et ideo se etiam posteris in oblectationem nouum promittit *ACR.*

usq. ego p. c. l. r. Eleganter, quia semper sunt quibus haec locutio noua sit et laudetur *POR.*

9. *cum tacita.* Aut uerecunda aut pro sacrificio tacente siue pro sacerdotii dignitate clara. Consueuerant enim sacrificaturae capitolium tacentes ascendere. Vergilius:[3*] tacitae per amica silentia lunae *ACR.*

dum capit. sc. c. t. u. p. Tale est illud uergilianum:[4*]

1 arenis *Fabr.* harenis *rell.* 2 orbis miracula *Fabr.* *Ceterum hoc schol. cum seq. in libris omnibus sedem mutauit* 4 *lemma et* ualde potens *om. cod. Med. et sic pergunt* Ideo ad aquilonem etc. 8 sublapsa *apud Vergilium* 9 nec dicta s. temp. *cod. Med.* 17 i. e. per laudem post. *hic om. cod. Med. sed post* nirgine *add.* laudem dicit posterorum 19 noua enim dicta *cod.* consueuerunt *cod.* consueuere *Edd.* 23 locutio *cod.* elocutio *Edd.* 25 siue — clara *libri post* ascendere *male exhibent* 28 Virgilii illud *Edd.* illud uergilianum *cod.*

1* *Aen. IIII 310* 2* *Aen. XII 686* 3* *Aen. II 254* 4* *Aen. VIIII 446*

Cum domus Aeneae capitoli immobile saxum Adcolet *POR.*

10. *uiolens.* Id est, torrens, de quo amni Vergilius: [1*] Amnis et hadriacas retro fugit Aufidus undas *ACR.*

obstr. Aufidus. Murmurat; per Aufidum Apuliam uult intellegi cuius prouinciae flumen est *ACR.*

Aufidus. Flumen Apuliae in qua Horatius natus est *POR.*

11. *et qua p. aq.* Daunus rex Apuliae fuit quae inopia aquae siticulosa est: Ordo est: Ego potens ex humili princeps dicar deduxisse aeolium carmen ad italos modos, qua obstrepit uiolens Aufidus et qua Daunus pauper aquae regnauit agrestium populorum *ACR.*

et q. p. a. D. a. regnauit populorum. Daunus in Apulia regnauit a cuius nomine fluuius appellatus est, qui *pauper aquae* dicitur quia Apulia siticulosa est ob nimios calores *POR.*

agrest. regnauit pqp. Adnotanda locutio per genetiuum figurata *POR.*

12. *ex hum. p.* Ex parua progenie. Gloriatur se libertino patre natum ad tantam studiorum claritatem uenisse *ACR.*

ex hum. p. Gloriatur libertino patre natum se ad tantam claritatem studiorum peruenisse *POR.*

13 *princeps.* Primus, ut: [2*] Massicus aerata princeps secat aequora tigri. Primum se dicit aeolicam unam ex quinque graecis linguis qua Alcaeus usus est [lyricus] poeta deduxisse in usum latinum *ACR.*

aeol. c. a. i. ded. m. Aeolide dialecto Alcaeus lyricus

1 dum *Fabr. et apud Verg.* cum *rell.* 1. 2 adcolet *cod.* acc. *Edd.* 13. 14 regnator *cod. Med.* regnauit *Fabr. COM. CR.* 15 regnauit *cod. Fabr.* regnator *Pat.* r. *sic Med. Itidem in seq. scholio* 17 inimicos *Fabr.* nimios *rell.* 19. 20 adnot. elocut. p. genitiuum figurata est *Med. Pat.* aunot. el. quae p. genit. fig. est *Fabr.* adn. loc. p. genetiuum figurata *cod.* 28. 29 lyricus *om. cod. Med.*

1* *Aen. XI 405* 2* *Aen. X 166*

poeta usus est. Testatur ergo se Horatius graeci carminis modulationem primum in latinam linguam contulisse *POR.*

14. 15. *sume s. q. m.* Nobilitatem mentis non a natalibus uenientem. Ordo est: Melpomene sume superbiam quaesitam meritis et uolens cinge mihi comam delphica lauro, tamquam cui placuerit laurus delphica consecrata Apollini uel poetis *ACR.*

15. *s. s. quaesitum m.* Ad musam dicit ac per hoc ad studium suum. Adroga, inquit, tibi gloriam libertate ingenii quaesitam *POR.*

et mihi delph. l. cinge u. M. c. *Delphica* laurus dicitur quia Apollini grata est qui delphicus appellatur ab urbe Delphis quae est sub Parnaso monte ubi oraculum eius est *ACR.*

16. *cinge.* Illiga uel circumda, ut Vergil.: [1*] b a c c h a r e f r o n t e m C i n g i t e n e u a t i n o c e a t m a l a l i n g u a f u t u r o *ACR.*

1 se Horatius *om. Pat. Med.* Horatius *om. Fabr.* 2 linguam *cod. in marg.* 3. 4. natalibus *cod. Med.* notabis *Fabr.* a natalibus *COM. CR.* 8 dicit** hac per *cod.* 9 adroga *cod.* adiice *Edd.* *Ceterum hoc schol. cum seq. sedem mutauit in cod. Med. Pat.* 12 grata *cod.* dedicata *Edd.* 13 quae sub *Fabr.* quae est sub *rell.* 14 uel *om. cod.* uel circ. *om. Med.* 15 ne — futuro *om. Fabr.*

1* *Bucol. VII 27*

SCHOLIA
IN CARMINVM LIB. IIII.

CARMEN IIII 1.

Intermissa Venus. Statuerat Horatius usque ad tertium carminum librum complere opus suum; quibus editis maximo interuallo hunc quartum scribere compulsus est ab Augusto in laudem priuigni Drusi Neronis qui uictor de Rhaetis uindelicis fuerat reuersus. Allegoricos autem ad Venerem scribit quod incompetenter (?) res amatorias scribere cogatur quinquaginta annis i. e. decem lustris grauis iam et maturus et ab omni uoluptate alienus *ACR.*

Intermissa V. d. Post consummatos editosque tres carminum libros maximo interuallo hunc quartum scribere compulsus esse dicitur ab Augusto ut Neronis priuigni eius uictoriam de Rhaetis uindeliciis quaesitam illustraret; quae in hoc libro ea ode continentur quae sic incipit: Q u a l e m m i n i s t r u m f u l m i n i s a l i t e m *POR.*

1. *Interm. V. d. r. b. m.* In superiore libro ostendimus allegoricos bella et militiam Veneris Horatium pro amoribus dicere *POR.*

1 Acronis in Qu. Horatii Flacci quartum librum carminum commentaria *inscr. Med.* 2 carminum *om. Fabr.* *pro* quibus *fort. scr.* q. (= cum) tribus 9 PORPHYRIONIS LIBER QuARTVS *inscr. Med.* consumatos *cod. Med. Pat.* 11 Neronis priuigni eius *cod.* Neroni eius priuiguo *rell.* 12. 13 quae in hoc libro eadem continentur *cod.* quem hoc l. continentur *Pat.* quae h. l. continentur *Med. Fabr. Nos correximus* 16 amoribus *cod. Pat.* amatoribus *rell.*

2. *rursus b. m.* Hoc est: iterum scribere cogor cum iam desierim *ACR.*

4. *sub r. Cinarae.* Amicam suam commemorat; ideo autem dixit *sub regno* tamquam imperet amatoribus quae amatur *ACR.*

sub r. Cinarae. Praesignificat Cinaram se amasse et hoc siue allegoricos quod ait *sub regno* Cinarae quasi sub dominio, seu ut dignitatem formae eius ostenderet reginam sibi fuisse ait *POR.*

6. *circa l. decem.* Prope annos quinquaginta aetatis iam se dicit agere *POR.*

6. 7. *mollibus i. d. imp.* *Ἀντίθετον;* mollibus durum opponendo. Mollia enim imperia sunt Veneris quasi ludicra et delicata; se autem ait durum quasi indomabilem propter aetatem. Et est metaphora a pecoribus, quibus cum iam aetate duris iugum ac frena adhibentur perdomari non possunt *ACR.*

flectere moll i. d. imp. *Ἀντίθετον.* Mollibus enim durum opposuit. Mollia autem Veneris imperia dicit quasi ludicra ac delicata sint, se autem durum ait quasi iam indomabilem propter aetatem. Nam et hoc translatiue dicitur a pecoribus quibus cum iam aetate duris iuga ac frena adhibentur perdomari non posunt *POR.*

8. *iuuenum.* Qui te ultro euocent, quibus facile possis persuadere quod uelis *ACR.*

9. *tempestiuius.* Opportunius aptius *ACR.*

10. *Pauli.* Paulus fuit nobilis et disertus adulescens et

3 cianre *sic cod.* Cynarae *Edd.* 4 tanquam quae *cod. Med.* 6 cinayrae *pr. m. cod. sed in marg. cum Edd.* Cynarae (*In seqq.* Cinayram *et* cinayrae *iterum cod.*) praesignat *Edd.* cianyram se *cod.* Cinaram *Med. Pat.* se Cyn. *Fabr.* 6. 7 et hoc antem *cod. Med. Pat.* et hoc etiam *Fabr.* et hoc sine *corr.* 8 sed *libri.* seu *corr.* 15 quibus iam aet. d. nisi iugum ac fr. etc. *Fabr. Vt nos cod. Med.* 17 *Ἀντίθετον add. ex cod.* Mollibus durum opp. *Fabr.* Mollibus enim d. opp. *rell. sed cod.* Mo. *et* enim *in rasura habet et post* enim *tres litterae erasae uidentur* 19 ait *cod.* aut *Edd.* 20. 21 pecoribus cum *cod. Pat.* pec. quae cum *rell. Nos* quibus *add. poteramus etiam* quae 21 dura ad iuga *Med. Fabr.* duris iuga *cod Pat.* (*In cod. et Pat. praeterea est* aetatis) 25 *hoc schol. om. cod. Med.* 26 Pauli *et* Paulus *simpl.* l *litt. libri*

uoluptuosus cui uenerios luxus cur maxime conuenire dicat in sequentibus ipse domonstrat dum et nobilem asserit et decentem *ACR.*

temp. i. domo Pauli purpur. ales ol. Fabius Maximus Paulus fuit nobilis et disertus adulescens cui uenereos luxus nunc cur maxime conuenire dicat ipse ostendit subiciendo: Namque et nobilis et decens *POR.*

14 *purpureis.* Nitidis aut pulchris aut reginae Veneri dedicatis, ut pro regno purpureos dixerit *ACR.*

purp. oloribus. Quomodo purpurei dicuntur cum albi sint potius? Sed purpureum pro pulchro dicere poetae adsuerunt, ut Vergilius:[1*] Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo et alibi:[2*] In mare purpureum uiolentior effluit amnis *POR.*

ales. Aut uelox aut quia currus eius alitibus i. e. cygnis trahitur *ACR.*

11. *commessabere.* Delectabere conuiuando *ACR.*

12. *si torr. i. q. id.* Ideo iecur amori dedit, quia iecore amare nos uolunt felle irasci corde dolere *ACR.*

14. *et decens et pro soll. n. t. r.* Hunc Paulum et flore iuuentutis decentem dicit et causidicum *ACR.*

et pro soll. n. t. r. Causidicum et oratorem esse ostendit Paulum *POR.*

15. *et centum p. a.* Finitum pro infinito. Centum artium i. e. multarum, qui pro bono et faceto ingenio optime possit in amore uersari *ACR.*

et c. p. a. Vtique *bonarum* hic artium accipiendum *POR.*

16. *late s. f.* Valde amabit et lubens *ACR.*

17. *et quandoq. p. largi m. r. aemuli. Quandoque* pro quandocumque positum est et est sensus: Quandocumque

1 *pro* Veneris *scr.* uenerios *ad Porph.* 2 *prius* et *om. Fabr.* 4 domo *et* Pauli *libri* 6 cur *cod. in marg.* 7 *post* decens *Fabr. add.* et cetera 8 *hoc et duo schol. quae secuntur om. cod.* 11 sed sic *cod.* 14 affluit *Edd.* effluit *cod. cum Verg.* 17 comissabere *melius COM. CR.* 19 amari uolunt *et* doleri *libri. Nos* amare nos *et* dolere *scripsimus. An* irasci *passiuum credibile est ab* irascere *apud Non. II 446?* 20 hunc P. causidicum dicit *sic Med. seq. schol. omisso. Vtrumque schol. om. cod.* 29 largi *cod.* largis *Edd.*

1* *Georg. I 405* 2* *Georg. IIII 372*

apud puellam potior riuale suo fuerit, quamuis ille muneribus commendare se ei conatus sit *POR.*

18. *aemuli.* Riualis et secutoris sui, ut est:[1*] partim rostro premit aemula pistris *ACR.*

19. *albanos p. t. l.* In Albano monte lacus est, ubi Paulum dicit optima praedia possidere, unde eum effusiorem ad cultum Veneris et amoris expensas promittit *ACR.*

20. *ponet m. s. tr. cypria.* Id est, marmoreum Veneris signum et templum decorum statuet. *Trabem* uero *cypriam* aut pro difficili et nobili posuit aut pro amoenitate Veneris odoratam ut aedificantis diuitias indicaret *ACR.*

ponet marmoream s. t. cypria. Id est mormoreum signum tibi et templum decorum statuet *POR.*

22. *et Berecyntiae.* Matris deum in cuius honorem tibiae deputatae sunt, ut:[2*] ite per alta Dindyma ubi adsuetis biforem dat tibia cantum *ACR.*

25—32 *illic bis p.* In honorem Veneris bis in die promittit pueros saltaturos ut Salios. — 36. *cum teneris n.* Aut pulchris aut gracilibus aut certe paruis. — 27. *laudantes.* Hymnum canentes. — *pede cand.* Id est pulchro. — 28. *Salium.* Pro Saliorum. — 29. *nec puer.* Subauditur: delectat — 30. *iam nec sp. a. cr. m.* Iam sibi spem negat esse mutui animi a quo amari possit cum ipse amare non uellet per aetatem. — 31. *nec certare i. m.* Contendere poculis. — 32. *uincire.* Coronare *ACR.*

29. *me nec fem. n. p. iam.* Dicit quod iam sit aetate declinata non sperare se posse fieri ut mutuo ametur *POR.*

33. *sed cur h. L.* Recordatione Ligurini pueri quem amabat flere cogitur *ACR.*

34. *manat r. m. l. p. g.* Non amoris paruitate sed aetatis uerecundia cui flere non conueniat pro amore *ACR.*

3 *de* partim *cfr. Wagnerum ad loc. Verg.* 4 pistris *sic libri* 9 deorum *libri* 11 elaboratam *cod. Med.* odoratam *cod. quod idem legi iubet ex COM. CR. Ritterus* 12 cyprea *cod.* cypria *Edd.* 15. 16 adsuetis *cod.* ass. *Edd.* 17 *quae hic secuntur scholia nouem om. cod.* 23 quod amari *libri.* a quo *corr.* 26 quod cum *Fabr.* 27 se *addidi*

1* *Aen. V 187* 2* *Aen. VIIII 615*

33. 34. *sed cur heu L. c. m. r. m. l. p. g.* Iocundissime ostendit uelle se excusare a lusibus iam ueneriis; recordatione Ligurini pueri quem adhuc diligit lacrimas sibi decidisse et impeditam linguam quo minus posset perficere ipsam excusationem *POR.*

35. 36. *inter u. c. l. silentio.* Indicium nimii amoris est subito inter loquendum tacere, ut:[1] * Incipit effari mediaque in uoce resistit *ACR.*

cur fac. Cur, inquit, lingua mea alioqui facunda subito in medio sermone obmutuit ne proferre possem quod coeperam dicere? *POR.*

37. *noct. ego s.* Dicit se Ligurinum semper ex desiderio somniare et, ut fit, errore quodam mentis imaginari eum quasi diu quaesitum et tandem inuentum uelut alitem ex ipso euolare complexu *ACR.*

nocturnis ego s. i. c. t. i. u. s. Dicit se Ligurinum ex desiderio semper somniare et, ut fit, errore quodam mentis imaginari quasi eum diu quaesitum tandem inuenerit, et in alitem uersum ex ipsius manibus amittere *POR.*

40. *dure.* Aut fortis aut inflexibilis. — *uolubiles.* Fluuiales *ACR.*

CARMEN IIII 2.

Pindarum q. Haec ode ad Antonium Iulum Marci Antonii triumuiri filium scribitur continens laudes Pindari lyrici poetae, quem dicit si quis imitari uelit ita periculum suae aestimationis incurrere ut Icarum sui conatus *ACR.*

1 iocundiss. *cod. Med. Pat.* iuc. *Fabr.* 2 se ostendit uelle *Edd.* ueneriis *cod.* Veneris *Edd.* 4 perferre *cod.* perficere *Edd.* 9 alioqui *cod.* alioquin *Edd.* 10 perferre (*sed in marg. ascr.* pro) *cod.* proferre *Fabr.* ferre *Med. Pat.* (*fort.* perficere) 12 *hoc schol. antecedenti continuant libri nos addito lemmate seiunximus* 13 errore *Fabr.* terrore *rell.* 16 nocturnis te ego *sat memorabilis est codicis scriptura; in Hor. codd. quod sciam non occurrit* 18 cum *libri pro* eum 22 Iulum *Med.* Iulium *rell.* 25 extimationis *cod.* exist. *Edd.* Icarus *libri*

1* *Aen. IIII 76*

Pind. q. st. ae. Haec ode ad Antonium Iulum Marci Antoni triumuiri filium scribitur continens laudes Pindari lyrici poetae *POR.*

2. *ope daedalea.* Haec fabula Daedali est: cum pennas sibi et Icaro filio arte mechanica cera adfixisset, ut uolatu Minois fugeret tyrannidem, Icarus altum petens in ipso uolatu, cera ardore solis resoluta, cecidit in mare et a suo nomine mari nomen indidit *ACR.*

ceratis o. d. n. pennis. Id est, altiora quam possit expedire conatus decipietur quem ad modum Icarus Daedali manibus factis pennis *POR.*

3. *uitreo.* Id est perspicuo, ut[1*] u i t r e a t e F u c i n u s u n d a *ACR.*

uitreo d. n. p. Quia ab Icaro mare icarium appellatur. *Vitreo* autem ponto i. e. uitrei coloris *POR.*

5. *monte d.* Torrenti fluuio Pindari comparauit ingenium significans eum et in dicendo citum et sententiis abundantem *ACR.*

6. *quem s. n. a. r.* Qui aluei ripas uelut aquis nutritus excesserit *ACR.*

7. *feruet.* Feruere dixit Pindarum ut ignei ingenii acumen ostenderet *ACR.*

9. *laurea d. ap.* Coronandus consueta poetis lauro Apollini consecrata *ACR.*

10. *noua.* Aut admiranda, ut:[2*] P o l l i o e t i p s e f a c i t n o u a c a r m i n a aut ab eo inuenta, ut:[3*] F i n i b u s e x p u l s u m p a t r i i s n o u a r e g n a p e t e n t e m *ACR.*

seu p. a. n. dith. Ait quid plurimum sibi Pindarus per-

1 Iulium *libri* 2 Antoni *cod.* Antonii *Edd.* 4 dum *libri* 5 ceris posuisset *cod.* ceris adfixit posuisset *Med. Fabr.* 7. 8 uolatu periit et casu mari nomen indidit *sic cod. Med.* 10 conatus decipietur *cod.* conatus decipere *Pat.* conatus dicere *Med.* conatur dicere *Fabr.* 10. 11 Icarus maiora aggressus facere pennis D. man. factis *sic Fabr. Vt nos rell.*
14 qui *cod.* quia *Edd.* icarum appellatur *cod.* icarium appellatum *Edd.* (*Apud Fabr. duo schol. sunt sic:* Vitreo] I. e. uitrei coloris. — daturus n. p.] Quia a. I. m. icarium apellatum 17 sensibus *libri.* sententiis *COM. CR.*
28 Vt plur. sibi hic P. prom. *Fabr.* Aut quod pl. sibi h. P. pr. *Pat. Med. Vt nos cod.* (*Ceterum post* nam *lacuna fort. statuenda*)

1* *Aen. VIIII 459* 2* *Bucol. III 86* 3* *Aen. I 620*

mittat hic; nam et maximo spiritu nouas historias hoc metro canit. *Noua* autem uerba aut admirabilia aut ab ipso Pindaro facta esse accipe *POR.*

dithyrambos. Dithyrambos carmen est ex quo libri in Liberum patrem compositi sunt. Hos dithyrambos ideo *audaces* dixit quia ceteris rhythmis uehementiores sunt uel quia noua uerba in his Pindarus scripsit *ACR.*

11. *numerisq. f. l. s.* Numeris quibus rhythmus ad sonum pertinens colligitur, non pertinens ad uersuum legem ut Verg. de pari carmine:[1*] n u m e r o s m e m i n i s i u e r b a t e n e r e m. Ergo in hoc lex pedum non quaeritur sed syllabarum et aequali sono uocis dithyrambi et aequali rhythmo cantantur. Aut *lege solutis* dixit quia in hoc metro licet uariare et non in eodem metro permanere. Ideo autem uolunt dictos dithyrambos, ueluti cui licet alio uti ostio; ingressus enim uocabulo *θύρα* graece appellatur *ACR.*

numerisq. f. l. s. Ideo quia plerumque ad uoluptatem suam quisque lyricus poeta metrum sibi fingit, ita tamen ut quem sibi ipse initio odae statuit ordinem [eum] necesse habeat ad finem usque custodire *POR.*

fertur. Velut uates rapitur *ACR.*

13. *seu d. r. c.* Deos dixit propter paeanas Pindari, reges propter encomia quia inter olympiacas laudauit Hieronem regem Siciliae. Laudauit etiam Herculem siue Ixionem et Pirithoum qui occiderunt Centauros et Proserpinam rapere conati sunt. Bellerophontem laudatum commemorat in Chimaera. Castoris quoque et Pollucis laudes dixit qui in Elide Epiri ciuitate agone Olympico edito pugilatu et equorum cursu floruerunt, ut:[2*] H i c e t a d E l e i m e t a s e t m a x i m a c a m p i s u d a b i t s p a t i a. In eodem agone poetae heroum

2 uerba admir. ut ab *Fabr.* uerba aut adm. ut ab *Med. Pat.* *Vt nos cod.* 12 sed quasi sono *cod. Med. et paulo post* cantentur. *(Ceterum hoc quoq. scholion non ita adsecutus sum ut emendare possem)* 18 ita *om. cod. Med. Pat.* 19 odi *cod.* odae *Pat.* ode *rell.* eum *add. Fabr.* 23 *ἐγκώμια Fabr.* olympionicas *Fabr.* 27 Castori *et* Polluci *Fabr. Med.* 28 Olympiae *libri.* olympico *corr.*

1* *Bucol. VIIII 45* 2* *Georg. III 202*

laudes dicentes coronabantur et accepto themate certabant *ACR.*

17. *siue quos elea d. r. p. c.* *Caelestes* dixit propter honorem numinum quibus agon impenditur *ACR.*

siue q. elea d. r. p. caelestis. Vtrum Castorem et Pollucem significat an generaliter quicumque ex certamine sacrorum agonum uictoriam reportauerit? *POR.*

19. *et centum p. s.* Dicit magis illustrari honore quem Pindarus carmine suo agonistico celebret quam si centum statuis honoretur *ACR.*

et c. p. s. m. d. Dicit magis illum honore illustrari quem Pindarus carmine suo celebrem fecit quam si centum statuis publice honoretur *POR.*

21. *flebili sp.* Etiam in epitaphiis Pindarum significat magnum fuisse, cum [aut iuuenem fortem aut puellam mortuam describit et] alicuius adulescentis morte facit sponsam deceptam. Quem inferis subducit et dat immortalitati laudando *ACR.*

fl. sp. i. r. pl. Aut si, inquit, flebile carmen scribit de adulescente aliquo cuius morte sponsa decepta sit; quem inferis subducit atque immortalem facit laudando animum moresque eius atque uirtutem *POR.*

22. *plorat.* Describit ut uiri plorentur plangentibus sponsis *ACR.*

moresq. aur. Mores aureos pro bonis et sanctis posuit ut Verg.:[1*] A u r e a q u a e p e r h i b e n t i l l o s u b r e g e f u e r u n t S a e c u l a *ACR.*

24. *inuidet O.* Seu habet inuidiam nigro Orco *ACR.*

25. *dircaeum.* Thebanum. Dirce enim fons est apud Thebas, unde Statius:[2*] C a e r u l a c u m r u b u i t l e r n a e o

5 caelestis *cod.* caelestes *Edd.* 12 celebrem *addidi ex cod.* 14 *hoc schol. miserrime interpellatum iudico* 15 fuisse *libri post* mortuam *exhibent. In seqq. suspecta inclusimus. Poteramus etiam sic:* cum [aut] iuu. fort. [aut puellam m. descr. et alicuius adulescentis] morte facit sponsae ereptum; *sed alterum facilius cum mutatione opus non sit et Porph. schol. magis congruens* 20 in adol. aliquem *Edd. Vt nos cod.* 27 fuere *apud Verg.*

1* *Aen. VIII 324* 2* *Stat. Theb. I 38*

sanguine Dirce. Et quia Thebanus Pindarus fuit, ideo dircaeum. *Cygnnm* dicit a suauitate uocis siue carminis *ACR.*

multa dircaeum l. a. cycnum. Dircaeum Pindarum dicit quia Thebanus fuit, a fonte Boeotiae Dirce qui est Thebis proximus. *Cycnum* autem eundem appellat a suauitate carminum quia et cycni canori esse dicuntur *POR.*

leuat. Sublimem facit et multa fama ad caelum fert *ACR.*

leuat, a. Id est, sublimem facit *POR.*

26. *Antoni.* Apostrophe ad Antonium quem alloquitur uolentem Pindarum imitari *ACR.*

27. 28. *ego apis m. m. m.* Quia cygno Pindarum comparauerat se api contulit pro paruitate in matino saltu Calabriae pascenti, de quo legitur:[1*] iam calidi lucent buceta Matini. Fugiens ergo arrogantiam api se comparat quae et circa terram uolat et amoenitate florum depascitur *ACR.*

matinae. Matinus mons est Calabriae *POR.*

ego apis m. m. m. Vt Pindarum propter sublimitatem et suauitatem carminis cycno comparauit ita se api; per quod significat parua quidem et humilia se scribere sed suptilia et dulcia *POR.*

32. *fingo.* Compono, ut:[2*] et corpora fingere lingua *ACR.*

33. *concines m. p. pl.* Iulus Antonius heroico metro Diomedeas duodecim libros scripsit egregios praeterea et prosa aliqua. *Concines* ergo inquit, i. e. cantabis nobiscum tu Antoni *ACR.*

concines m. p. pl. Concedit Antonio Iulo ut ipse potius triumphos Caesaris scribat cum sit rubustior carminis spiritu; hoc enim significat dicens *maiore plectro POR.*

maiore plectro. Id est: meliore opere uictorem Caesarem

2 dircaeum cygnum dicit *libri. Nos interpunctionem mutauimus. Cfr. Porph.* 3 cycnum *libri praeter Fabr., contra apud Acr.* cygnum *omnes* 17 *hoc schol. sine lemmate sequenti subiungit Fabr.* 20 signat *Edd.* significat *cod.* suptilia *cod.* 24 Iulus *cod.* Iulius *Edd.* 30 signat *Edd.* 31 *hoc schol. fort. antecedenti subiungere debebam*

1* *Lucan. VIIII 185* 2* *Aen. VIII 634*

per sacrum Capitolii cliuum captiuos Sygambros trahentem pro triumpho *ACR.*

34. *trahet f.* Quia antea centuriones romanos qui ad stipendia missi erant tentos crucibus defixere *ACR.*

35. *per. s. cl.* Id est, per sacram uiam; hac enim triumphantes in capitolium ibant *POR.*

36. *fronde.* Laurea corona qua triumphantes utebantur *ACR.*

37. *quo.* Caesare scilicet *ACR.*

quo n. m. m. t. fata donauere. Caesare scilicet *POR.*

38. *bonique.* Propitii ut:[1*] Sis bonus o felixque tuis *ACR.*

39. *nec dabunt.* Nec aureo saeculo similem Caesari uirum natum fuisse aut nasci posse dicit si in eum statum tempora decurrant *ACR.*

41. *laetosq. d.* Id est: publicas ferias et laetitiam cantabis *ACR.*

42. *publ. l.* Id est: publicum gaudium super impetrato fortis Augusti reditu. Apparet Caesarem de reditu suo Romam litteras misisse. Sed gratus sensus; sic enim se habet, ut intellegas populum romanum ut fit publicis adclamationibus desiderasse diu reditum Augusti *POR.*

super. De, ut:[2*] multa super Priamo rogitans super Hectore multa *ACR.*

44. *forumq. l. orb.* Orbatum dicit forum litibus Caesaris aequitate *ACR.*

45. *tum meae siquid.* Sub fuga arrogantiae etiam se laudes Caesari dicturum promittit, ut Verg:[3*] O mihi tam longe maneat pars ultima uitae Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta *ACR.*

tum m. s. q. loquar aud. Spondet se quoque carmine aliquo laudes in Caesarem dicturum, sed scenae breuis uersus . . . in eo quod intulerit: *si quid loquar audiendum POR.*

7 *hoc schol. post duo seqq. legitur in libris* 9 *hoc schol. om. cod.* 10 Caesarem *libri praeter Fabr.* 14 potuisse *libri.* posse *COM. CR.* 18 *fort a* super *uoce nouum scholion incipere debebam* 21 acclam. *Edd.* adcl. *cod.* 30 possim *pro* sat erit *cod.* 31 loquar *libri* 32 sed sce-

1* *Bucol. V 65* 2* *Aen. I 750* 3* *Bucol. IIII 53*

46. *o sol.* Solem pro die posuit quo uictor Caesar urbem ingressus est, ut:[1]: Tris adeo incertos caeca caligine soles Erramus *ACR.*

47. 48. *canam r. C. f.* Hoc est, ego felix recepto Caesare canam *ACR.*

pulcher o l. c. r. C. f. Ordo est: Ego felix recepto Caesare canam *POR.*

49. *io tr.* Ad ipsum quasi triumphum loquitur sacra inuocatione qua '*Io Io*' dicebatur, ut:[2*] Io matres audite *ACR.*

teque d. procedis io tr. Ad ipsum triumphum conuersus haec dicit *POR.*

50. *non semel dicemus io tr. c. omnis.* Nota figura est,[3*] Pars in frusta secant et:[4*] ὣς φάσαν ἡ πληθύς h. e. ut dicebant plures *POR.*

52. *benignis.* Reditum eius praestantibus *ACR.*

53. *te d. t. t u.* Ad honorem enim maiorum numinum pertinet siue potentium personarum si magnis uictimis immoletur, ut:[5*] maxima taurus Victima *ACR.*

te d. t. Hoc ad Iulum dicit *POR.*

54. *me tener soluet.* Absoluet uotorum debito i. e. promisso *ACR.*

me t. s. uit. Soluet debito scilicet uoti suscepti *POR.*

56. *in m. uota.* A me dis promissa *ACR.*

57. *curuatos i. ignes.* Lunae incipientis similis cornuum incuruatione uel breuitate *ACR.*

fr. c. i. ignis t. l. r. orbem. Vitulum quo uotum solutu-

nae breuis uersus *ἐπι χιρι* in eo *sic cod.* sed scaenae breuis u. in eo *Pat.* sed significat breues uersus in eo *Med. Fabr. In litteris illis graecis quid lateat non adsecutus lacunam signaui; fort. etiam scr.* sed significat scenae breuis uersus 4. 5 recepto Caesare *addidi* 8 ad ips. q. tr. loq. *om. cod.* 11 teqne *libri praeter Fabr.* procedes *sed* i *supra scr. cod.* 14 et ὥς — plures *om. Fabr.* ωc φacarH πλιθυς *cod.* ως φασαΝΗπλυΘυς *Med. Pat.* 20 *hic* Iulum *sed* i *supra add. cod.* Iulium *Edd.* 23 debito scil. *cod.* debitos (= debito scil.) *Pat.* debitum *Med. Fabr.* 27 ignis *in lemmate cod.* ignes *Fabr., om. rell. ut et reliqua lemmatis uerba* orbem *sic cod.*

1* *Aen. III 203* 2* *Aen. VII 400* 3* *Aen. I 212* 4* *Hom. Iliad. β 278* 5* *Georg. II 146*

rus sit dicit cornua habere tertiae lunae comparabilia i. e. adhuc parua *POR.*

59. *qua n. d.* Signatum fronte uitulum dis pro reditu promissum in ea parte [qua nota inustus erat] albos pilos significat habuisse cum esset toto corpore naturaliter rubeus *ACR.*

qua n. d. n. u. cetera f. Diserta et elegans elocutio. Significat autem uitulum hunc albam frontem tantum habere in cetero corpore fuluum i. e. rufum esse *POR.*

CARMEN IIII 3.

Quem tu M. s. Hac ode affirmat qui musarum gratiam in ipsis ortus sui initiis meruerit eum nulli alii aptiorem rei fore quam studio poetico, et subiungit laudes deorum *ACR.*

Quem t. M. semel n. pl. l. u. Hac ode affirmat studio poeticae deditum nulli posse alii rei uacare; deinde deorum subiungit laudes *POR.*

4. *clarabit.* Notum omnibus faciet. Pugiles uero athletae dicuntur eo quod pugnis ualeant *ACR.*

non equus i. Id est, [qui] nec equestri certamine enitescet *ACR.*

5. *achaico.* Graeco; unde aurigae famosi *ACR.*

curru d. ach. Id est, quadrigali certamine *POR.*

6. *neque r. b.* Non futurum militem sed poetam lauro Apollinis coronandum *ACR.*

deliis foliis. Id est laurea corona *POR.*

8. *quod r. t. c. m.* Quod uinctos reges in triumphi pompa ad Capitolium duxerit; nam et uictores duces lauro coronabantur *ACR.*

4 *uerba inclusa non genuina sunt* 7 caetera (*sic per ae litt. ubique*) cod. *Pat. Med.* 13 signat et affirmat *Edd.* 14 poetico *Edd.* poeticae cod. 16 fecerit *libri.* faciet *COM. CR.* uero *om. Fabr. et add. lemmate* pugilem *nouum schol. habet* 25 *hoc schol. sine dubio corruptum est; fort. prior pars sic temptanda:* quod uicerit reges in triumphi pompa i. C. ducetur

10. *sed. q. T. a. f. praefl.* Non his omnibus fortibus factis claruerit sed descriptionibus locorum uel fluminum per poeticam nobilitatem *ACy*.

sed q. T. a. f. pr. Proprie ad secessum suum referens hoc dicit Horatius. Tiburi enim fere otium suum conferebat ibique carmina sua conscribebat. *Aeolio carmine* autem ita dictum accipe ut si diceret lyrico carmine, quia quidam lyrici ut Alcaeus aeolide magis dialecto usi sunt *POR*.

12. *fingent.* Component, ut:[1*] O s r a b i d u m, f e r a c o r d a d o m a n s f i n g i t q u e p r e m e n d o. *Aeolio.* Alcaico *ACR*.

13. *Romae pr. u. d. soboles.* Augustum uel priuignos eius significat siue posteritatem romanam a qua se inter poetas numerandum promittit *ACR*.

R. pr. u. d. soboles i. a. u. p. m. ch. Soboles principis urbium Nerones uult intellegi, quos Augustus priuignos alioquin suos loco filiorum diligebat *POR*.

16. *et iam d. m. m. i.* Virtute se et laude ait maleloquia et inuidiam superasse; Salustius:[2*] G l o r i a i n u i d i a m u i c i s t i *ACR*.

et iam d. m. m. inuido. Hoc intellegi uult de se quod ait Salustius: G l o r i a i n u i d i a m u i c i s t i *POR*.

17. o *test. aur.* Lyrae pulchrae aut dulcisonae *ACR*.

o *t. a. d. q. st. P. t.* Ordo est: O Pieri quae dulcem strepitum testudinis temperas *POR*.

18. *dulcem str.* Musici fontis. — *temperas.* Aptas, componis *ACR*.

19. o *mutis q. p.* Aut: o musa, quae potentia tua et muta animalia oblectari facis aut propter Arionem quem cithara in mari canentem secuti delphines dicuntur; Vergilius:[3*] O r p h e u s i n s i l u i s i n t e r d e l p h i n a s A r i o n *ACR*.

20. *sonum.* Dulcedinem cantus *ACR*.

21. *muneris.* Beneficii *ACR*.

5 hoc *om. cod. Med. Pat.* 6 sua *pr. m. add. cod.* Aeolio carmine] Ita dictum etc. *ut nouum schol. sit Fabr.* Aeolio autem carmine *Med. Pat. Vt nos cod.* 17 alioqui ut suos *cod.* alioquin ut s. *Med. Pat. Vt nos Fabr.* 21 inuideor *pr. m. cod sed sub* e *et* r *punctis positis*

1* *Aen. VI 80* 2* ? 3* *Bucol. VIII 56*

22. *quod monstror d.* Hoc est: quod cunctis innotui *ACR.*

23. *romanae f. l.* Lyricus latinae linguae. *Fidicen* a fidibus i. e. chordis, ut: 1* Threicia fretus cithara fidibusque sonoris *ACR.*

rom. f. l. Id est, lyricus poeta *POR*

24. *si placeo.* Ac si diceret: si tamen placeo *ACR.*

si pl. Ἐπιικῶς *si placeo* intulit et subaudiendum extrinsecus *tamen*, ut sit: si tamen placeo *POR.*

CARMEN IIII 4.

Qualem m. De Druso haec ode, propter quam et quartum librum contra dispositionem fecit, scripta est, in laudem Drusi Neronis priuigni Augusti Caesaris filii Neronis quem ob insigne uirtutis aquilae comparauit *ACR.*

Qualem m. f. a. Haec est ecloga propter quam ut supra ostendimus totus hic liber compositus est. Scripta est ergo in Neronem Drusum priuignum et successorem Augusti qui Rhaetos uindelicos bello uicit. De imperio autem principis huius duplicem facit comparationem; nam Drusum ait tanto uigore atque impetu hostes uindelicos inuasisse quanta ui solet aquila in rapinam irruere primum ouium mox corroborato uigore etiam draconum, ipsos autem hostes ita perterritos esse belligerantis Drusi uirtute ut capream uisu leonis in se irruentis *POR.*

1. *alitem.* Aquilam, quam et reginam auium uolunt, ut: 2* sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis; ideo

5 sonoris *cod.* canoris *Edd.* 8 Epicos *cod. Pat.* ἐπιικῶς *Med.* intulit *cod.* tulit *Med. Pat.* protulit *Fabr.* 11 scripta est *in libris post* ode. *Fort. uerba* propter — fecit *ad Porph. exemplar adiecta sunt*; *cfr. supra ad Carm. IIII 1 init.* 14 egloga *cod. Med. Pat. ubique* 17. 18 In perido autem principii huius *COM. CR.* 20 ut *pro* ui *cod.* ouium *sed* a *supra scr. cod.* auium *Edd.* agnorum *COM. CR.* 22 caprea *libri* capream *COM. CR.* 25 sublimem *add. ex cod. Med.*

1* *Aen. VI 120* 2* *Aen. V 255*

autem tutelae Iouis dicitur deputata quia prosperum auspicium eius aduersum titanas pugnaturus accepit *ACR.*

4. *flauo.* Rubeo. — 6. *nido lab.* In metaphora aquilae perdurauit dicendo *nido laborum* pro familia nobilium et uirtutum domo *ACR.*

7. *uernique.* Vt:[1*] ruit imbriferum uer *ACR.*

8. *insol. d. nisus.* Inconsuetum nisum ad primos uolatus aquilae adhuc aerem et uentos timentis *ACR.*

9. *mox in ouilia d.* Solitam uiribus et uolatu continuo ad praedam prodire, ut:[2*] fulua draconem Fert aquila *ACR.*

12. *egit a. d. a. p.* In agno imbelli *dapis,* in dracone *pugnae ACO.*

13. *qualemue l. c. p.* Qualem inquit leonem primae iuuentae caprea timens talem Drusum hostes uiderunt *ACR.*

16. *dente nouo.* Adhuc inconsueto ad praedam *ACR.*

17. *uidere Rh. b. s. A.* Hyperbaton longum superiori sensu respondit: Qualem aquilam uel leonem imbellis praeda talem Drusum uidere Rhaeti uindelici barbarorum gentes *ACR.*

18—20. *quibus m. u. d. p. o. t. amaz. s. d. o. q. d.* Hi Vindelici e suis sedibus ab Amazonibus eiecti et ex Thracia in exilium se contulisse Alpiumque iugis insedisse dicuntur et quod potentissima in se tela secures Amazonum experti fuissent ipsos quoque usum earum in bello accepisse *POR.*

22. *nec sc. f. e. o.* Id est: licet aliqua ignorare *ACR.*

nec sc. f. e. o. Sensus est: Fas est non omnia scire i. e. licet aliquid ignorare *POR.*

7 *fort. scr.* inconsuetos nisus i. e. primos uol. 10 *fort. ante* ut *addito lemmate* 'reluctantes dracones' *nouum schol. incipiendum* auis *pro* aquila *cod. Med.* 15 uiderunt *cod. Med.* uidere *Fabr.* 17 *pro* Hyp. long. *cod.* per hyperbaton 18 respoudet *Fabr.* 23 contulisse alio inque iugis *Edd.* contulisse Alpiumque *cod.* *quod* iugis *addito retinuimus* 24 poten-
o
tissimum i. s. t. securesque A. expertes fuisse ipsosque *cod.* potissimum i. s. t. securesque A. expertos fuisse ipsosque *Pal.* potiss. i. s. t. securesque A. expertos fuissent ipsos *Med.* potiss. i. s. t. securesq. A. experti fuerint ipsos *Fabr. Nos duce COM. CR. refinximus*

1* *Georg. I 313* 2* *Aen. XI 751*

23. 24. *sed diu l. u. c.* Hoc solum, inquit, mihi dicere satis est, quod Rhaeti diu potentes et uictores a Druso adhuc puero superati sunt *ACR*

24. *consiliis i. repressae.* Eo pertinet quod *late uictrices* dixerat *POR.*

25. *sensere.* Probauere uirtutem et institutionem romanam *ACR.*

indoles. [Aetas] indicium futurae probitatis *ACR.*

quid ind. n. f. s. p. Quia non potest Drusum laudare nunc ut filium Augusti ab eo educatum institutumque dicit *POR.*

26. *faustis.* Felicibus custodia uirtutum *ACR.*

27. *paternus.* Vt: 1* Et pater Aeneas *ACR.*

28. *in pueros a.* Duo fuerunt Nerones priuigni Augusti quorum unum in domo Tiberii Claudii prioris mariti Liuia peperit alterum in utero ad Augustum attulit. Horum altero in Germania morbo absumpto alter adoptatus ab Augusto successor principatus eius fuit et uocatus est Tiberius Caesar *ACR.*

quid u. p. in p. a. Neronis. Duo fuerant Nerones priuigni Augusti, quorum alterum in domo Tiberii Claudii mariti prioris Liuia peperit alterum utero ad Augustum attulit. Horum altero in Germania morbo extincto alter adoptatus ab Augusto successor principatus ei fuit uocitatusque est Tiberius Caesar *POR.*

29. *fortes cr. f.* . . . . filios a parentum non degenerare uirtute . . . *ACR.*

31. 32. *nec inbellem f. p. a. c.* Prouerbialis sententia *POR.*

4 repressae *libri (idem Graeuianus Bentlei) sed in cod. margine ead. m. ascr.* reuictae 8 aetas *om. cod. nec quid sit uideo. An forte fuit* ṁata? 15 prioris *pro* neronis *scr. ad Porphyrionem* 17 ab *om. Fabr.* 20 Neronis *in lemmate libri cum optt. Hor. codd.* 21 domum *libri praeter Fabr.* 23 alter — extinctus *Med. Fabr.* extinctu *Pat. Vt nos cod.* 24 eius *Edd.* ei *cod.* uocitatusq. *cod.* uocatusq. *Edd.* 26 *hoc schol. in initio et in fine sine dubio lacunosum; plenius COM. CR., quem conferas. Fort. tamen simpliciter sic scr.* Dicit f. a. p. n. d. u. nomine *pro* non *libri* 28 inbellem *cod. non* imb. prouerbiali *cod.*

1* *Aen. I 580 (III 343 XII 440)*

33. *promouet.* In melius auget. — *Insitam.* Naturalem *ACR.*

doctr. s. u. p. i. Insitam innatam atque ingeneratam. Significat ergo uirtutem a parentibus ingenerari, instrui uero doctrinae disciplina *POR.*

34. *rectiq. c.* Bona institutione reddi bonum naturale perfectum; quae si desit bene nata deprauari pectora. In laudem Augusti dictum in cuius domo Nerones educati disciplinam accepere uirtutum. *Roborant.* Confirmant *ACR.*

rectiq. c. p. r. Recti genetiui casus numeri singularis 'huius recti'; *cultus* numeri pluralis casus nominatiui 'hi cultus'. Sensus est autem: Colendo rectum pectora corroborantur. Et *rectum* absolute accipe pro aequo ac iusto *POR.*

35. *utcumq.* Quandocumque. — 36. *indecorant.* Indecora faciunt *ACR.*

utcumq. d. m. indec. b. n. c. Vtcumque 'quandocumque' significare apud hunc poetam saepe diximus. *Indecorant* autem 'indecora faciunt' ac per hoc 'dedecorant' significat. *Bene nata culpa* absolute dicitur. Sensus ergo est: honesta natalium generositas culpa dedecoratur nisi digna disciplina haec prosequatur. Totum autem hoc propter Augustum dicitur in cuius domo Nerones uidentur disciplinam uirtutis accepisse *POR.*

38. *testis metaurum fl.* Metaurus fluuius est de Piceni(?) prouincia oriens in Flaminiam decurrens quae regio Gallia dicebatur. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero consul cum Salinatore collega suo Hasdrubalem Hannibalis fratrem in Italiam auxilio fratri magnum exercitum deducentem ita deuicit [et interfecit] ut nec profectum ex castris consulem

4 significat. Ergo *sic cod.* 7 pectora *e. q. s. om. cod. et post confirmant sic pergit:* In laudem Aug. dictum enim cuius dono N. educti acceperint uirtutum *(sic!)* 12 in rectum *cod. Med. Pat.* 17 significat *cod.* sit *Pat.* sicut *Med. Fabr.* 17. 18 Indecorant] Id est indecora etc. *sic Fabr. nouo schol.* 18 signat *Edd. ex quibus a uerbis proximis nouum schol. incipit Fabr.* 20 *post* generos. *in cod. erasum est* que 21 hoc *addidi ex cod.* 24 *priorem partem ualde obscuram non adsecutus sum; neque enim Met. in Piceni prou. oritur, nec Flaminia regio est Galliae sed uia. Plura alibi promam*

Hannibal dum in conspectu castra munisset nec reuersum ante cognosceret quam fratris caput in castra proiectum et de exercitu eius Poenos captiuos uidisset; quo bello supra XLV milia Hasdrubalis exercitus caesa feruntur *ACR.*

q. d. o. R. N. testis metaurum fl. et Hasdrubal. Metaurus amnis Galliae est iuxta quem Nero consul cum Salinatore collega suo Hasdrubalem Hannibali fratri suo in Italiam magnum exercitum adducentem deuicit caesis supra quinque et quadraginta milibus *POR.*

testis metaurum fl. Metaurus dicitur non Metaurum; sed in flumine nomen hoc figurauit, ut alibi:[1*] Aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus, et Salustius:[2*] nomenque danubium habet ut ad Germanorum terras astringit *POR.*

40. *tenebris.* Tenebras pro Afrorum terrore dixit *ACR.*

41. *qui p. a. r. a.* *Adorea* laus publica dicebatur eo quod uictores a uictis adorarentur *ACR.*

qui p. a. r. a. *Adorea* laus bellica dicitur fortassis quod adorandi sint qui laudem ex bello reportant *POR.*

43. *ceu fl. p. t.* Post cladem fratris fugam describit Hannibalis *ACR.*

45. *secundis u. l.* In laudem Drusi [qui de Neronis genere descendit] commemorat, ex quo Hasdrubal occisus sit a Nerone et Hannibalem iam marcidum fuisse et creuisse Romanos *ACR.*

47. *tumultu.* Clamore bellico, ut:[3*] ille etiam caecos instare tumultus Saepe monet *ACR.*

1 minuisset *(sic) cod.* 2 recognosceret *cod. Med.* ante castra *Fabr.* 4 milia *cod.* millia *Edd.* in Hasdr. exercitu *Fabr. Vt nos rell.* 5 Hastrubal *cod. sed* d *supra* r *scripto* 7 in Italiam *add. ex cod. Deinde* milibus *cod. Pat.* mill. *rell.* 11 flumen nomine hoc *Edd.* flumine nomine hoc *cod.* 12 fluuius *pro* pluuius *cod.* 13 *hic Porph. locus fugit uel Kritzium qui in hist. fragm. salustianis* III 55 *priorem tantum partem* nomenq. danub. habet *ex Acrone ad A. P. 18 affert. Alteram partem de emendatione dubius intactam reliqui; fort. scr.*ubi ad G. t. attingit *s.* ut ad G. t. astringitur *s. simile quid* 20 laudem *pro* clad. *cod. Med.* 23 est *libri.* sit *corr.* 24 mortuum fuisse *cod. Med.*

1* *Ars poet. 18* 2* *Salusti hist. fragm. III 55 Kritz. (sed ex parte tantum)* 3* *Georg. I 464*

48. *d. h. rectos.* Ita *recti* dei propitii ut auersi irati dicebantur, ut:[1*] Diua solo fixos oculos auersa tenebat *ACR.*

47. 48. *et impia u. P. t. f. d. h. rectos.* Et hi, inquit, quorum templa in Italia a Poenis uiolata sunt exinde recti esse coeperunt pro Romanis aduersus eos agentes *POR.*

49. *perfidus.* Quia ipsius instinctu (?) post primum bellum fractis pacis conditionibus in bellum reditum est *ACR.*

50. *cerui l.* Quasi Hannibalis fugientis orationem fingit ad milites suos qui dicat: Pugnamus contra eos quos si euaserimus pro triumpho habendum. Ideo autem lupis comparauit Romanos quia auctor nominis eorum a lupa nutritus est *ACR.*

51. *sectamur u. q. o. f. e. eff. e. tr.* Vltro, inquit, bello petimus Romanos quorum manus si effugerimus gaudere debemus, similesque in hoc sumus ceruis qui ultro lupos insectantur quos alioqui fugere debeant *POR.*

53. *gens q. cremato f. a. I.* Tamquam gens romana per damna et caedes creuerit ideo exemplum Troiae ponit a qua oriundus est, ut:[2*] quos nulla fatigant Proelia nec uicti possunt absistere bello *ACR.*

54. *sacra.* Deos penates de quibus Vergilius:[3*]
Sacra suosque tibi commendat Troia penates
Hos cape fatorum comites *ACR.*

55. *natosq. m. p.* Vt:[4*] Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penates Commendo sociis et curua ualle recondo [quibus liberatis Aeneas ad Italiam uenit] *ACR.*

57. *tonsa.* Caesa. — 58. *feraci.* Fertili *ACR.*

duris ut i. t. b. n. f. fr. i. A. Ordo est: Vt ilex nigrae

1 aduersi *et* aduersa *cod.* 5 exinde *cod.* inde *Edd.* 9 *fort. prius* quasi *eiciendum et pro* qui *scr. est* quasi 14 sectemur *cod. Med. Pat.* sectamur *Fabr. Praeterea in Med. Pat. sic est:* Sectemur ultro quos bello petimus etc., *in Fabr.:* Sectamur ultro] Sectamur quos bello pet. etc. 19 et exempl. *cod.* 23 *priorem Verg. uersum om. Fabr.* 26. 27 commendo — recondo *om. Fabr. contra uerba inclusa om. cod. Med. COM. CR.* 29 *haec duo schol. om. cod.* 30 nigra *cod. Fat.*

1* *Aen. I 482* 2* *Aen. XI 306* 3* *Aen. II 292* 4* *Aen. II 746*

est frondis in Algido feraci duris bipennibus tonsa; sensus autem hic est: Vt ilex quanto magis securibus caeditur tanto corroboratur magis ac reuiuiscit ita Romani per damna caedis suae fortiores effecti sunt; *nigrae frondis* i. e. uiridis, umbrosae *POR.*

59. *per d. c. p.* Ilex enim caesa ferro melius pullulat *ACR.*

61. *non hydra s. c. f.* Exemplo ilicis ramorum damno melioris hydrae etiam addit quae excisis ab Hercule septem capitibus numerosior excrescebat. Laudat Romauos bellorum damnis meliores semper effectos. Colchorum quoque eos monstro comparat ubi satis draconis dentibus armati de terrae sulcis uiri egressi sunt quos Iason Medeae arte superauit. Simile est aliud exemplum draconis thebani quem Cadmus occidit cuius satis dentibus armati prodierunt ex quibus aliquos in societatem condendae urbis Cadmus dicitur asciuisse *ACR.*

non h. s. c. f. et. reliqua. Opportuna comparatio, quia Romanos uult intellegi caede sui potentiores fieri *POR.*

63. *monstr. subm. C. m. echionieaue Th.* Vbi armatorum seges exiluit. Per haec autem intellegi uult mirabile esse non deesse Romanos tot tantisque bellorum cladibus acceptis *POR.*

64. *echion. Th.* Ab Echione conditae qui fuit pater Penthei gener Cadmi *ACR.*

65. *merses pr.* Si mersaueris Romanum fortior fit; ita autem hoc uerbum declinatur: 'merso mersas', ut: [1*] fluuio mersare salubri *ACR.*

pulchrior euenit. Existit *ACR.*

66. *multa.* Pro multum *ACR.*

1 tunsa (*in lem.* atrusa) *Pat.* 4 frondes *sec. m. cod. Med. Pat. item* uirides. *Praeterea* adumbrosae *cod. quae tamen uox aliunde non nota est* 9 addit *addidimus* serpentum *libri.* septem *correximus* 14 et *libri pro* est catinus *pro* Cadmus *bis cod.* 18 et reliqua *om. Fabr.* 20 submisere *cod.* summ. *rell.* 21 exiluit *cod.* exiliuit *rell.* Per haec *cod.* haec *Pat.* hoc *rell.* 26 mersus *cod.* merses *Edd.* 30 *hoc et seq. schol. om. cod. Med.*

1* *Georg. I* 272

66. *proruet.* Euertet euincet, ut:[1*] Proruit insano contorquens uertice siluas Fluuiorum rex Eridanus. *Integrum.* Ante non uictum. Sensus est: Si Romanum prouocaueris ad contentionem quamuis multorum uictor eris facile ab illo superaberis *ACR.*

68. *geretq. pr. c. l.* Aut pro laude uictoriae referenda coniugibus aut pro maritorum uirtute coniugibus narranda *ACR.*

geretque proelia c. l. Vtrum quae ipsi romani milites apud coniuges suas ostentent an quae coniuges eorum de maritis suis praedicent? *POR.*

69. *Carth. i. n. e. n. m. s.* Adhuc uelut [quasi] Hannibalis uerba sunt; tamen iuxta historiae fidem uiso Hasdrubalis capite in haec dicta Hannibal dolore dicitur erupisse:[2*] Agnosco te fortuna Carthaginis *ACR.*

70. *occidit o. s. o. e. f. n. n. H. i.* Haec re uera frequenter dixisse dicitur Hannibal cum caput fratris sui Hasdrubalis uidisset quod Nero de industria adlatum ex Gallia ante castra eius nihil adhuc scientis de hac caede proici iusserat *POR.*

[71. *fort. n. n.* Dicit se fortunam fallacem agnouisse *ACR.*]

73. *nil Cl. n. perficient m.* Iam hic poeta loquitur Drusum Neronem significans *ACR.*

nil Cl. n. perficient m. Haec iam poetae uerba sunt, non adhuc Hannibalis *POR.*

75. *et curae s.* Id est, optima Augusti consilia *ACR.*

76. *exp. per acuta b.* Id est, per dura proelia. *Expediunt* i. e. finiunt *ACR.*

et c. s. exp. p. a. b. *Acuta belli* absolute dicuntur ea quae sunt in bello periculosissima *POR.*

---

1 proruit *Fabr.* proruet *cod. Med.* proluit *apud Verg.* 2. 3 Fluu. rex Erid. *om. Fabr.* 12 *aut* uelut *aut* quasi *eiciendum* 14 *ubi haec uerba extent nescio* 16 Hannibalem *libri sed in cod. sub* em *punctis positis* 17 adlatum *cod.* all. *Edd.* 20 *hoc schol. om cod. Med. recte* 21 perficient *cod. Med.* efficient *Fabr.* 24 non enim *cod.* (*idem in lem.* nihil *habet*) 25 *hoc schol. antecedenti sic continuat cod. Med.* et uires et opt. A. cons. *et postremum sic exhibent:* Expediunt. Dura bella fugiunt 28 Acuta belli *post lemma addidimus*

1* *Georg. I 482* 2* ?

CARMEN IIII 5.

Diuis orte. De Augusto scribitur qui in transmarinis partibus diu residens senatus ac populi precibus legatione missa reditum suum promittens immorabatur. *Diuis orte,* ut:[1*] D i s g e n i t e e t g e n i t u r e d e o s *ACR.*

Diuis o. b. Haec ode ad Augustum scripta est diutius in transmarinis prouinciis morantem populi ac senatus legationibus missis reditum eius precatum *POR.*

1. *romulae.* Pro, romuleae *ACR.*

5. *lucem r. t.* Plus dixit quam salutem, siquidem *lux* pro salute poni consueuit, ut:[2*] O l u x D a r d a n i a e s p e s o s a n c t i s s i m a T e u c r u m *ACR.*

[*dux bone patriae.* Bone Auguste non bonae patriae legendum est *ACR.*]

6. *instar u. e.* Pro similitudine ueris, ut:[3*] I n s t a r m o n t i s e q u u m. Quia *lux* dixerat superius ideo comparationem uerni temporis posuit *ACR.*

instar u. e. u. u. t. adfulsit. Hoc est: praesentia tua [ad] instar uernae gratiae exhilarantur omnia *POR.*

8. *ut m. i.* Ita patriam desiderare Augusti praesentiam sicut a matre reditus absentis filii consueuit. Ordo est: Vt mater uocat omnibus uotis et precibus cunctantem trans aequora carpathii maris quem notus inuido flatu distinet a dulci domo longius anni spatio *ACR.*

9—12. *ut mater i. q. notus i. fl. Carpathii t. m. ae. c. s.*

1 Augusto *Fabr.* De Aug. *cod. Med.* (*et alter postrema uerba:* ut etc. *praemittit*) *Fort. scr.* Haec ode A. scr. 6 populum *pr. m. cod.* 7 reditũs (*sub* s *puncto posito*) *cod.* precantis *Edd.* precatum *cod. recte nisi putes latere* precãtium 8 *hoc schol. om. cod.* (*Med. uel addit* Custos gentis. Id est, Romanae) 10. 11 spes — Teucrum *om. Fabr.* (fidissima *apud Vergil.*) 13 *hoc schol. om. cod. Med. recte* 14 *locum uergil. om. cod. Med.* 17 adfulsit *cod.* aff. *Edd.* *sub* ad *in cod. puncta posita* 22 detinet *Fabr.* dest. *cod.* 24 ut mater iuuenum *in lem. rell. om. cod.* carpati *cod.*

1* *Aen. VIIII 639* 2* *Aen. II 280* 3* *Aen. II 15*

l. a. d. distinet a. d. uotisque ominibus et pr. u. Ordo est: Vt mater uocat iuuenem cunctantem spatio longius annuo uotis ominibus et precibus. *Cunctantem* autem demorantem significat, ut apud Verg.:[1*] Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Poenorum expectant *POR.*

9—12. *inuido.* Aduerso inimico. — *Carp. tr. m. ae.* Id est, Aegyptii, ut:[2*] Carpathium libycumque secat. — *cunctantem.* Morantem, ut: Reginam thalamo cunctantem. — *distinet.* Separat *ACR.*

13. *uotisq. ominibus.* Tamquam uota pro reditu faceret et omina aduersa timeret *ACR.*

14. *curuo n. f. lit. dim.* Vt affectum desiderantis ostenderet eas partes sollicite dixit attendi a quibus sperat reuerti *ACR.*

15. *sic desideriis.* Tamquam patria Augusti desiderio percuteretur dum pro eius salute esset sollicita *ACR.*

sic d. icta f. q. p. C. Icta participialiter dicitur et significat 'percussa' *POR.*

17. *tutus b. e. r. p.* Virtute dicit et dispositione Caesaris praestitam agris quietem, ut:[3*] Ille meas errare boues ut cernis et ipsum Ludere quae uellem calamo permisit agresti *ACR.*

18. *almaq. faustitas.* Noue felicitas dicta *ACR.*

nutrit r. c. a. faustitas. Adnotandum nomen *faustitas;* sic dictum quasi felicitas aut iucunditas *POR.*

19. *pacatum u. p. m. n.* Compressi enim ab eo fuerant piratae *ACR.*

20. *culp. m. f.* Tamquam cuius tempore nec creditum nec depositum negaretur *ACR.*

21. *casta domus.* Pudica, ut:[4*] Casta pudicitiam seruet domus *ACR.*

1 destinet *Med. Pat.* uotisque omnibus *libri* (*scr.* uotisque ominibus). *Item paulo post* omuibus 3 cuntantem *sic libri bis* 4 ut est *Fabr.* 6 *quattuor haec schol. om. cod. Med.* 7 secant *apud Verg.* 9 distinet *Fabr.* 10 uotisq. *o. Med.* uotis o. *sic cod.* 19 securitate *pro* uirtute *cod. Idem* dicit *om.* 28 eius *Fabr.* cuius *cod. Med.* 31 seruet *Edd.* seruat *COM. CR.* (*locum om. cod.*)

1* *Aen. VII 133* 2* *Aen. V 595* 3* *Bucol. I 9* 4* *Georg. II 524*

22. *mos et l. m. e. n.* Legem significat quam de coercendis adulteriis sanxit *ACR.*

mos et l. m. e. n. Eleganter uidetur eam legem significare quam de adulteris coercendis sanxit *POR.*

23. *laudantur s. p. p.* Tamquam abesse matrimonio culpam prolis et parentum similitudine demonstraret, ut:[1*] si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas qui te tamen ore referret *ACR.*

24. *culpam p. p. c.* Comes, inquit, culpae poena est nec differendo uindictam praestat peccandi licentiam *ACR.*

culp. p. p. c. Mire comes, inquit, culpa poenae suae est i. e. non differetur poena sua delinquentibus. Per hoc significat nihil ingenerose aut neglegenter fieri *POR.*

25. *quis P. p.* Nullas gentes dicit incolumi Caesare formidari *ACR.*

27. *ferae.* Indomitae et bellicosae Hispaniarum gentes *ACR.*

29. *condit. q. d.* Finit explet; Verg:[2*]
Cantando longos memini me condere soles *ACR.*

30. *et u. u. d. a. a.*. Beneficio Augusti per otium praestitam utilitatem agrorum cultu crescere; *uiduas* uero arbores sine uitibus dixit, ut:[3*]
Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos *ACR.*

et u. u. d. a. a. Suauiter et uiduas arbores dixit prius quam uites adiunctas habeant, quia cum habent maritari dicuntur a rusticis *POR.*

31. *hinc a. u. r.* Id est, a labore ad conuiuia *ACR.*

32. *et alt. t. m.* Secundae mensae dicebantur quae in honorem deorum exhiberi consueuerant, ut:[4*] Non ego te dis

3. 4. significare *cod.* signare *Edd.* 4 adulteris *cod.* adulteriis *Edd.* 7. 8 tamen *cod. cum optt. codd. Verg.* tantum *Edd. et COM. CR.* 11 mire *om. Fabr.* culpa it *Fabr. quae cum Med. Pat.* est *om.* 12 differt poenam suam *Fabr. Med.* differt poena sua *Pat. Vt nos cod.* 13 nihil grose aut *sic in marg. rec. m. ascr* generose *cod.* nihil generose a. *Pat.* n. ing. a. *Med.* ing. nih. a. *Fabr.* 19 longos *libri.* puerum *apud Verg.* 25 qui *Fabr.*

1* *Aen. IIII 328* 2* *Bucol. VIIII 52* 3* *Iuuenal. VIII 78* 4* *Georg. II 101*

e t m e n s i s a c c e p t a s e c u n d i s T r a n s i e r i m R h o d i a. Exhiberi ergo et Augusto significat honorem deorum per easdem celebritates *ACR.*

et alteris t. m. adh. d. Id est, secundis *POR.*

35. *uti Graecia.* Sic a Romanis promittit Augustum dis penatibus sociandum quemadmodum a Graecis Hercules Castor et Pollux, quos aut ciuica animi familiaritas commendauit aut [qnos] labor diligi fecit et uirtus *ACR.*

36. *et m. m. H.* Id est, memor beneficiorum *ACR.*

et m. m. H. Memor beneficiorum eius ac magnitudinis *POR.*

37. *dux b. f.* Aut propter continuationem uictoriarum longas optauit ferias aut abominando bella uitam prolixam *ACR.*

38. *integro.* Toto die. — 39. *sicci.* Ieiuni. — *uuidi.* Vino pleni, ut:[1*] V u i d u s h i b e r n a u e n i t d e g l a n d e M e n a l c a s *ACR.*

39. *dicimus uuidi.* Id est, poti atque madidi *POR.*

48. *subest.* Subter est i. e. in occasum conditus est *ACR.*

CARMEN IIII 6.

Diue q. p. Hymnum hic Apollini dicit et commendat carmina sua saecularibus ludis qui celebrabantur post centum annos supra Tiberim aut in Capitolio *ACR.*

Diue q. p. N. m. Haec ode hymnum Apollinis continet qua commendat ei carmina sua et simul alloquitur pueros puellasque quos carmen docet *POR.*

1. *quem pr. N.* Laus Apollinis de factis quia in uindictam matris Latonae Nioben cum filiis suis interemit *ACR.*

7 animis *libri.* animi *COM. CR.* 10 *quod post* eius *Edd. addunt* dicimus *id ad sequens lemma pertinet, ubi omittunt. Contra* ac magnit. *eaedem om.* 18 udi *cod.* atque *cod.* ac *Edd.* 21 celebrantur *libri.* celebrari solebant *COM. CR.* 24 et *pro* ei *cod. Pat.*

1* *Bucol. X 20*

2. *Tityosq. r.* Qui uim Latonae inferre conatus est *ACR.*

3. *et Tr. prope uictor a.* Id est, paene uictor. Hoc autem ad illud pertinet quod dicitur Paris in Achillem sagittam Apolline dirigente tetendisse *POR.*

altae. Magnae, ut [1*] Hostis habet muros ruit alto a culmine Troia, aut per uituperationem, ut: [2*] magnus latro, aut altae: stultae temerariae *ACR.*

4. *Phthius A.* A ciuitate dictus, ut Verg.: [3*] Phthiam clarasque Mycenas *ACR.*

5. *tibi m. imp.* Vt: [4*] Dardana qui Paridis direxti tela manusque Corpus in Aeacide *ACR.*

ceteris m. t. m. imp. Miles impar, Achilles scilicet *POR.*

6. *Thetidis m.* Subauditur: deae, ut: [5*] Longe illi dea mater erit *ACR.*

9. *ille m.* Achilles ruens cadenti arbori comparatur *ACR.*

12. *teucro.* Pro teucrio, ut dardanus pro dardanius. Vergilius: [6*] [et] longo soluit se Teucria luctu *ACR.*

posuitq. c. i. p. t. Pro: teucrio puluere. Ergo principali pro possessiuo nomine usus est: sic dicitur: [7*] Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus, pro eo quod est Dardanius *POR.*

13. *ille n. i.* Achillem dicit nihil fraude fecisse sed palam semper uirtutis fiducia dimicasse, ut: [8*] nec equi caua condemur in aluo Luce palam *ACR.*

equo M. Verg.: [9*] Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant *ACR.*

14. *male f.* Vt: [10*] Nos delubra deum miseri qui-

4 dicatur *sed* i *supra* a *scr. cod.* Paris *libri.* Paridem *in marg. cod.* 6 Hostis h. m. *om. cod. Med.* 8 stulte *libri.* stultae *corr. Cfr. Forcell. s. u.* magnus aut tem. *cod. Med.* 13 *post* scilicet *in cod. tres litt.* p. r. p. *secuntur; in quibus quid lateat dubium est; nos inde lemma seq. scholio addidimus* 19 *lemma et* pro *addidimus. Deinde* Teucr*o puluere *cod. unde* puluere teucro *in lem. posuit Fabr. Sed quid tunc sibi uult* ergo? 24 caua *cod. Med.* caeca *Fabr. Cfr. Verg.*

1* *Aen. II 289* 2* (*Georg. IIII 106:* 'magnus labor')? 3* *Aen. I 284* 4* *Aen. VI 75* 5* *Aen. XII 52* 6* *Aen. II 26* 7* *Aen. V 661* 8* *Aen. VIIII 150* 9* *Aen. II 15* 10* *Aen. II 247*

bus ultimus esset Ille dies festa uelamus fronde per urbem *ACR.*

16. *falleret aulam.* Aulam pro toto Ilio posuit; neque enim solum regem fefellerunt Achiui sed cunctos *ACR.*

fall. aul. *Aulam* sine dubio pro toto Ilio positum est; neque enim solum regem fefellerunt Graeci adhibitis insidiis uerum totum populum *POR.*

17. *sed p. captis.* Aperto semper bello Achilles non insidiis grauis, ut: 1* non furto melior sed fortibus armis *ACR.*

heu nefas. Dolenter exclamat poeta Achillem uiuum ad internecionem interimere omnes potuisse Troianos ut nec Aeneas profugeret ad Romam omine meliore condendam nec ab eo uel infantibus parceretur; quale est illud: 2* Crimine quo parui caedem potuere mereri. Quae tamen in laudem commemorantur Apollinis *ACR.*

18. *nescios f.* Infantes paruos *ACR.*

nescios f. p. *Περιφραστικῶς* *POR.*

20. *matris i. a.* In grauidas etiam mulieres saeuiisset *ACR.*

21. *ni tuis.* Hoc est Apollinis *ACR.*

22. *rebus Ae.* Rebus troianis a quorum genere meliori alite, hoc est, uulturum auspicio erat Roma condenda *ACR.*

annuisset r. Ae. p. d. u. m. Id est, annuisset ut meliore alite h. e. meliore auspicio Aeneas urbem conderet *POR.*

25. *doctor argutae f. Th.* Doctorem Apollinem non Thaliae musae sed artis lyricae dixit eumque ad studium suum referens *ACR.*

26. *lauis.* Pro *lauas.* *Xanthus* fluuius est Troiae, ut: 3* Xanthique fluenta Deserit ac Delon maternam inuisit Apollo *ACR.*

6 fellerant *Edd.* 7 uerum etiam *Fabr.* 8 captos *Fabr.* c. *sic cod. Med.* 9 non *libri.* haud *apud Verg.* 11 *multa in hoc schol. residua sunt male sana* 17 *hoc schol. om. cod.* 18 *περιφρασικως Pat.* *περιφασικως Med.* *περιθασικῶς Fabr.* 19 saeuiendum fuisse *libri.* saeuiisset *COM. CR.* 22 meliore *Fabr.*

1* *Aen. X 734* 2* *Aen. X 734* 3* *Aen. IIII 143*

qui X. l. a. crines. Lauis ueteres dixisse et *lauere* non *lauare* supra ostendimus *POR.*

27. *dauniae.* Daunia a Dauno rege Apuliae unde oriundus Horatius erat *ACR.*

d. d. d. camenae l. Agileu. Dauniae camenae suae musae dicit Horatius i. e. sui carminis siquidem Daunia Apulia est in cuius finibus natus est *POR.*

28. *leuis Agyieu. Leuis* inberbis. Ἀγυιά uero Atheniensi lingua uia dicitur; quo nomine ideo Apollo uocatus est quia ex oraculi responso in uiis publicis urbis suae statutis altaribus sacrificia instituerant, unde ἀγυιεύς dictus est *ACR.*

leuis Agyieu. Ἀγυιά uia et graece dicitur. Varro ait,[1*] 'quod ex responso [sui] oraculi in uiis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerant et Agyieum appellauere' *POR.*

31. *uirg. pr. p. cl.* Pueros et puellas alloquitur quibus Dianae carmen lyrico sono cantari consueuerat, ut rhythmum operis sui in canendo custodiant *ACR.*

33. *deliae.* Dianae *ACR.*

u. p. p. cl. p. o. deliae t. d. Id est qui estis in tutela deliae deae, hoc est, Dianae; σχῆμα est ἐπεξήγησις *POR.*

35. *lesbium.* Alcaei lyrici poetae qui lesbius fuit *ACR.*

lesb. s. p. Id est Alcaei lyrici poetae qui lesbius fuit *POR.*

36. *meiq. poll. i.* Modulationem lyrici carminis, uelut ipsam lyram percutiat *ACR.*

meiq. p. i. Id est, modulationem lyrici carminis; et suauiter hoc dicitur quasi ipsam lyram percutiat *POR.*

3 Dauniam *libri.* 5 Camoenae *cod.* Agileu *cod. Med. Pat. om. Fabr.* 8 Agileu *quidem in lem. libri sed expositio docet scr. esse* Agyieu leuis in uerbis *Fabr.* leuis in u. *Med.* lenis uerbis *cod. Nos correximus* 9 uici dicuntur *libri.* uia dicitur *corr item paulo post pro* uicis publ. *scr.* uiis publ. 12 leuis Agileu *in lem. cod. Med. Pat. Sed deinde* agila *Med. Pat* agyia *Fabr*: agilae *cod. in litura* (*pr. m. uidetur fuisse* agileu) autem *pro* ait *cod. Med. Pat.* 13 sui *recte om. cod.* 14 instituerint *cod.* instituerunt *Edd.* 15 *pro* et *Ritterus scribi iubet* etiam; *noli obsequi* agyieum *cod. Fabr.* agileum *rell.* 19 *hoc schol. om. cod. Med.* 20 in *om. Edd. item* Dianae *et* est 26 ipse *libri.* percutiam *Edd.*

1* *Varro?*

37. *rite.* Solemni consuetudine *ACR.*

r. Latonae. p. c. Id est, Apollinem Latonae filium *POR.*

38. *face Noctilucam.* Eodem enim ac Diana Luna honore censebatur. Vnde et Diana luciferae nomen accepit *ACR.*

39. *prosp. fr.* Rore nocturno nutrientem, ut: [1*] quantum longis carpent armenta diebus Exigua tantum gelidus ros nocte reponet *ACR.*

40. *celeremq. p. u. m.* Quia ita tempora per lunae cursum sicut solis peraguntur. Sed circa lunam proprie menses dixit; sic enim singulis mensibus zodiacum circulum luna pertransit quemadmodum sol toto anno *ACR.*

[*uoluere m.* Quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparauerat, ne crederentur et homines renasci, tempora, immutationes elementorum siue temporum reparari dixit, conditionem uero mortalitatis ut communem omnibus esse inreparabilem *ACR.*]

celeremq. p. u. mensis. Quia similiter per lunae cursum uidentur tempora peragi ac per solem. Sed circa lunam proprie *mensis* dixit, quia singulis mensibus zodiacum circulum luna pertransit quem sol toto anno *POR.*

41. *nupta i. d.* Loquendo ad unam de omnibus dicit i. e. dum fueritis nuptae dicetis *ACR.*

nupta i. d. Quando fueris iam nupta *POR.*

amicum. Amabile *ACR.*

42. *saeculo festas r. l.* Id est: die saeculari festum referente *POR.*

43. 44. *redd. c. d. m. u. Horati.* Non difficulter Horati carmen reddidisse te referes uel cecinisse *ACR.*

---

3 Luna *addidimus* 7 gelida se nocte *cod.* 12 uoluere autem menses *et quidem non pro lemmate Fabr. Ceterum hoc schol. ut ab hoc loco prorsus alienum uncis inclusi; fortasse paucis inmutatis (scil. eiectis uerbis* imm. elem. s. temp.) *reponendum ad seq. carminis uers. 13 ubi uide simillima Porphyrionis* 17 mensis *scr. quia in cod. Med. Pat. est in expositione* 18 ac per solem *addi necesse uisum est* sed et *libri* 19 quia *cod.* quod *Edd.* zodaicum *et hic et apud Acr. Fabr.* 22 i. e. *addidimus* 23 quando *cod.* quoniam *Edd.* 25 diem saeculare *cod.* die singulo *Med. Pat.* die singula *Fabr.* 27 Horatius *cod. Med.* 28 se refert *libri.* te referes *corr.*

1* *Georg. II 201*

CARMEN IIII 7.

Diffugere n. Ad Torquatum scribit per uerni temporis descriptionem omnium rerum uicissitudinem; de quo et Verg:[1*] Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur *ACR.*

Diff. n. Hoc carmen uerni temporis continet descriptionem. Scribitur autem ad Torquatum *POR.*

3. *mutat t. u.* Per mutationem temporum dixit etiam ipsam naturam mutari *ACR.*

4. *praetereunt.* Inter ripas labuntur *ACR.*

et decr. ripas fl. pr. Id est: praeter ripas suas eunt flumina, quod significat ripas suas non excedere sed intra alueum labi *POR.*

5. *Gratia c. nymph.* Frigoribus hiemis finitis ait amoenitate iam temporis ad ludum et laetitiam nymphas et charites prouocari *ACR.*

6. *a. ducere n. ch.* *Nuda,* quia iam frigora exclusa sunt *POR.*

7. *imm. n. sp.* Nil immortale esse dum etiam tempora finiantur *ACR.*

inmort. n. sp. m. a. Id est: ne quid putes inmortale esse atque perpetuum respice anni tempora quorum nunc quoque celeriter occidens aliud alii cedit *POR.*

9. *frig. m. z.* Per uices temporum probat aeternum non esse quod temporale est *ACR.*

11. *frug. eff.* Deest *cum* ut sit: cum effuderit *ACR.*

13. *damna t. celeres r. cael. l.* Cum conditionem mor-

5 habet et continet *Edd. Vt nos cod.* 7 dixit *om. cod.* 9 intra *Fabr.* 10 riuis *in lem. Fabr.* 11 quo *Fabr.* q *sic Med. Fabr.* quod *cod.* 13 ait *add. ex COM. CR.* 19 finiuntur *libri.* finiantur *COM. CR. qui idem post* nil *add.* cogita 20 inmort. *non* imm. *cod. bis* 21 quorum *cod.* quod *Edd.* 22 *ante* alii *addidi* aliud 25 *hoc schol. om. cod. Med. Et post hoc schol. locum habuerit illud quod supra pag. 391, 12 uncis inclusimus; apud COM. CR. re uera hic recurrit sed non minus corruptum*

1* *Georg. I 43*

talitatis nostrae temporibus anni comparasset ne uiderentur homines renasci ut tempora intulit *POR.*

15. *quo d. T. et A.* Tullus et Ancus reges romani fuerunt; per quos ostendit mortem potentibus et pauperibus communem esse *ACR.*

quo pius A. q. Tullus diues e. A. Hoc ideo dicit ut ostendat conditionem mortalitatis omnibus hominibus communem esse *POR.*

17. *quis scit a. a.* Id est: per incertum uitae nesciri utrum homini usque ad diem quem egit sequens adiciatur cum facile et per horas possit occidere *ACR.*

quis sc. an ad. h. c. uitae t. d. s. Quis, inquit, scit an ad summam annorum uitae quam hodiernum usque egisti crastinus dies adiungatur i. e. quis scit an cras uicturus sit cum facile et quacumque hora possit occidere *POR.*

19. *cuncta m. a.* Ipsi in lucrum uenire quae impensa fuerint uoluptati, peritura heredibus derelicta *ACR.*

cuncta m. a. f. h. a. Id est: illud tuum erit tantum, quod dum uiuis fructus fueris *POR.*

21. *et de te s. M.* Vt:[1*]

Q u a e s i t o r M i n o s u r n a m m o u e t *ACR.*

et de t. s. M. f. a. Non dicit: cum splendidum ornatumque fecerit te Minos iudicio suo, sed: cum de te splendide ac digne iudicauerit Minos. Ita *splendida arbitria* ad Minois gloriam pertinent iudicantis non ad eum de quo iudicat *POR.*

23. *non Torq. g.* Nec nobilitatem nec eloquentiam nec pietatem quemquam morti praeripere *ACR.*

2 *post* intulit *add. Fabr.* quo pius Ae. q. d. T. e. A. *et tum mire quae secuntur omnia turbat sic:* Quis scit an ad.] Hoc ideo dicit ut — communem esse, quis, inquit, sciat an adic. h. cr. summae t. d. sup.? — Hod. cr. summae t.] Ad summam annorum uitae — occidere. *Praeiuerunt Med. Pat. de quibus infra* 7 hominibus *add. ex cod.* 12 uitae *cod. Pat.* summae *rell.* inquit *cod. in marg. et idem in Edd. in falsam sedem migrauit scilicet in lemma et omnia turbauit in primis in Fabr.* sciat *Fabr.* an *om. Med. Pat.* ad *pr. m. cod. sed eadem mutauit in* an 15 possis *Edd.* possit *cod.* 19 quod *cod.* quo *Edd.* functus *Fabr.* 23 *prius* te *addidimus* 25 laudem et gloriam *Edd.*

1* *Aen. VI 432*

25. *Diana pud.* Aut fabulosum dixit Hippolytum ab inferno reuersum aut nil ei ad condicionem mortalitatis profuisse quod ab equis suis distractus uitae restitutus esset dum in eandem sortem fuisset reuersus nec mortem perpetuo putuisset effugere *ACR.*

infernis n. e. t. D. p. l. H. Atqui Vergilius ait Hippolytum rediisse ad auras aetherias ita: [1*] P a e o n i i s r e u o c a t u m h e r b i s e t a m o r e D i a n a e; sed nunc non ad illud refert quod post distractionem illam quam ab equis suis passus est in uitam restitutus fertur sed ad conditionem mortalitatis quam non potuit perpetuo effugere per Dianae fauorem *POR.*

27. *nec lethaea u.* A flumine inferorum dixit *ACR.*

Thes. a. c. u. P. Theseus et Pirithous amici fuerunt quos dicit coniurata amicitia morti eripi non potuisse; nam uolentes Proserpinam rapere apud inferos remanserunt *ACR.*

nec leth. u. Th. a. c. u. P. Nota historia Theseum et Pirithoum ad inferos descendisse rapiendae Proserpinae causa; quos nunc dicit uinctos ibi remansisse *POR.*

CARMEN IIII 8.

Donarem p. Ad Censorinum scribit dicens facultates suas tantas non esse ut possit pateras uel pretiosa uasa donare sed quod diuitiis maius sit laudi eius se carmen dicturum *ACR.*

Donarem p. g. commodis. Hac ode indicat sibi facultates tantas non esse ut possit phialas et alia pretiosa donare sed quod maius est carmen se Censorino largiri. Deinde praefert carmina omnibus diuitiis quas aut Parrhasius protulit

1 fabulosum *cod.* fabulose *Edd. Deinde* dicit *libri* 3 quia *libri* tractus *libri* (dis- *uoce* suis *absorptum est*) est *libri.* esset *corr.* 7 aethereas *Edd.* ita *om. Fabr.* 10 uitam suam *Edd.* uitam *cod.* ad *om. Fabr.* 13 inferos *Fabr. Schol. om. cod. Med.* 19 quos *add. ex cod.* uinctos *cod.* uictos *Edd.* 24 commodis *libri* 25 fialas *cod. Idem* Censorio

1* *Aen. VII 768*

aut Scopas. Parrhasius Athenis pictor clarus fuit, Scopas *γλυπτοποιός* i. e. signorum marmoreorum sculptor *POR*.

1—8. *pateras.* Vasa argentea. — *commodus.* Benignus utilis humanus. — 2. *aera.* statuas. — 3. *tripodas.* Mensas. Vergilius:[1*] s a c r i t r i p o d e s u i r i d e s q u e c o r o n a e E t p a l m a e p r e t i u m u i c t o r i b u s. — *praemia f. Ἐπεξήγησις.* — 4. *pessima.* Vilia. De carminibus dicit; i. e. si diuitias haberem carmina non donarem. — 6. *quas a. P.* Parrhasius Athenis pictor optimus fuit. — *protulit.* Hominibus diuulgauit. — *Scopas.* Signorum sculptor. [Dicit se cum tabulis signa daturum]. — 7. *hic.* Scopas. — *ille.* Parrhasius; nam *hic* uiciniori respondet. — 8. *sollers.* Peritus *ACR*.

8. *ponere.* Fingere [facere] formare [componere], ut:[2*]

p o s u i t q u e i m m a n i a t e m p l a
I n f o r i b u s l e t u m A n d r o g e o *ACR*.

sollers n. h. p. n. d. Ponere nunc constituere ac fingere *POR*.

9. *sed non h. m. u.* Diuitiarum scilicet *ACR*.

sed n. h. m. u. Diuitiarum *POR*.

non tibi t. r. e. a. a. d. e. Sensus est: nec ego haec largiri possum nec si possem tu ea desiderares quia carmina tibi diuitiis omnibus gratiora sunt *POR*.

10. *aut a. delic. eg.* Hic est sensus: Nec ego talia largiri possum nec si possem tu ea desiderares ut qui carmina diuitiis omnibus anteferas *ACR*.

12. *et pr. d. muneris.* Quam pretiosum sit carmen ostendere non quo speraret pretium *ACR*.

2 glyfopoeos *cod.* *γλυπτησ (i. e. γλυπτηρ) μαρμαρων Edd. Scripsi γλυπτοποιός quamquam hanc uocem graeca lexica ignorant* insculptor *Fabr.* scilicet *cod., om. rell.* 8. 9 Athenieusis *cod. Med.* 9 optimus *om. cod. Med.* 10 *uerba inclusa recte om. cod. Med.* 11 hic *alt. om. cod. Med.* 13 pingere *cod. Med. et uerba inclusa ibidem desunt* 15 androgeo *cod. Med.* (In f. l. A. *om. Fabr.*) 16 sollers *cod.* solers *Edd.* 19 diuitiarum *om. Med. et simul cum lemmate seq. schol. Fabr.* 20. 21 nec enim larg. pretiosa poss. *Fabr.* nec ego larg. poss. *Pat. Med. Vt nos cod.* 21 desideras *Fabr. Med.* desiderares *cod. Pat.* 22 diuit. praeponenda sunt *Edd.* diu. omn. grat. s. *cod.* 23 aut animus non tibi talium *lemma in libris* 25 anteferret *cod.* antefers *Edd.* 26 muneris *Fabr.* m. *sic cod. Med.*

1* *Aen. V 110* 2* *Aen. VI 20*

carm. p. d. e. p. d. muneri. Id est ostendere quam pretiosum munus sit carmen *POR.*

13. *non i. n. m. p.* Victoriarum titulis quibus defuncti duces quandam immortalitatem consecuntur *ACR.*

non i. n. m. p. p. q. s. e. u. r. b. Per quos titulos consecrati defuncti duces quondam immortalitatem consecuntur *POR.*

17. *impiae.* Quia ter gessit bellum contra Romanos *ACR.*

18. *eius q. d. n. a. A.* Scipionem Africanum significat *ACR.*

eius q. d. n. a. A. l. r. Africanum Scipionem significat *POR.*

19. *lucratus.* Quia inde Africanus dictus est, ut Salustius:[1*] cui postea Africano cognomen ex uirtute fuit *ACR.*

20. *calabrae P.* Facta, inquit, clarorum uirorum nisi carminibus illustrentur aetatis suae memoriam non excedunt. Et significat Ennium qui facta Africani descripsit, oriundum de Rudino oppido Calabriae; ideo Calabrae musae *ACR.*

clarius i. l. q. c. P. Facta, inquit, uirorum clarorum nisi carminibus illustrentur aetatis suae memoriam non excedunt *POR.*

quam c. P. Sua uult intellegi carmina, quia in urbe uenusina natus est quae est in Calabria atque Apulia *POR.*

21. *si ch. s.* Si non contineantur scriptis uel libris *ACR.*

22. *quid f. I. M. p.* Quem fructum haberet Romulus nisi laudaretur? *ACR.*

23. *si tac. o. m.* Nisi carminibus laudaretur Romulus quid prodesset illi fecisse talia? *ACR.*

25. *Aeacum.* Iouis filium immortalitatem dicit consecutum laudibus poetarum *ACR.*

1 muneri *cod.* muneris *Fabr.* numeris *Pat.* n. *Med.* 4 consecuntur *cod. et Acr. et Porph.* 6 quondam *cod. Pat. Med.* quandam *Fabr. Fort. indidem apud Acr.* quondam *scr. fuit* 11 signat *Edd.* 13 inde *addidimus* 17 illustrarentur *Fabr.* 18 describit *Fabr.* 19 Rhodino *libri.* rudino *corr.* 27 *aut hoc aut seq. schol. non est acronianum*

1* *Salust. Iug. V 4*

27. *insulis.* Quas in oceano constitutas fortunatas appellant siue insulas beatorum *ACR.*

diu. c. ins. Insulas dicit quas in oceano constitutas μακάρων νήσους Homerus Latini fortunatorum insulas appellant *POR.*

29. *caelo m. b.* Caeli possessione beatum facit i. e. reddit carminibus immortalem *ACR.*

caelo m. b. Caelo beat, id est, caeli possessione beatum facit ac per hoc immortalem reddit *POR.*

sic Iouis i. Carminibus poetarum et ingeniis fortis Hercules nominatur iunctus conuiuiis deorum *ACR.*

31. *clarum T. s.* Castorem et Pollucem dicit quorum nauigantibus salubre sidus carminibus memoratur *ACR.*

32. *quassas er.* Carminibus poetarum dignoscuntur Castor et Pollux esse dei *ACR.*

clarum T. s. Ἐπεξήγησις, quia Tyndaridae clarum sidus sunt. Saepe autem dictum est stellas Castoris et Pollucis nauigantibus spem meliorem ostendere *POR.*

CARMEN IIII 9.

Ne forte cr. Ad M. Lollium scribit consularem affirmans immortalia fore scripta sua quamuis ante se sint alii meliores poetae; nam nec Homeri magnitudinem obstare quo minus Pindarus et alii poetae qui post eum orti sunt clari sint *ACR.*

Ne f. c. i. Haec ode ad M. Lollium scripta est consularem qua affirmat inmortalitatem habitura scripta sua quamuis sint alii ante se meliores poetae: nam nec Homeri ma-

3 Insulas *cod.* Insnlis *Med. Pat. om. Fabr.* oceano const. *cod. in marg. Deinde* akaron nessns 7 memorabilem *libri.* immort. *corr.* 8 Caelo beat *post lemma add. ex cod.* 13 memorantur *Fabr. Neque in hoc neque in seq. schol. mihi satis facere potui* 16 qui Tyndarida cl. s. aiunt *cod. Pat.* qui Tyndarida s. aiunt *Med.* qui Tyndaridae sidus ait *Fabr. Nos correximus* 20 eum *pro* se *libri* 22 clari essent *libri* 24 Lolium *cod.*
25 qnae *Fabr.* qua *rell.* inmort. (*non* imm.) *cod.* 25. 26 quamuis sint *cod.* sint *om. Med. Pat. pro quo post* poetae *add.* fuerint *Fabr.*

gnitudinem obstare quo minus Pindarus et alii poetae qui postea orti sunt clari habeantur. Prima autem syllaba odae huius circumflexe enuntianda est ut sit 'ut ne credas' i. e. ne credideris *POR*.

1. *interitura.* Id est: ne casu credas peritura *ACR*.

2. *natus ad A.* Ipse Horatius [qui primus latinus lyricus fuit] *ACR*.

3. *non ante u. p. a.* Quia ipse prior lyrica carmina apud Latinos scripsit *ACR*.

non a. u. p. a. Gloriatur se primum lyrica carmina latina lingua ausum scribere *POR*.

5. *non si pr. m.* Maeonius Homerus a Maeonia dictus est *ACR*.

7. *ceaeq. et a. m.* *Ceae* propter Simonidem lyricum poetam qui de Cea insula fuit. *Minaces* autem alcaeae camenae dictae sunt quoniam adeo amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos ciuitate eiecerit *ACR*.

ceaeq. et a. m. Simonides lyricus poeta ceus fuit i. e. ex Cea insula. Minaces autem alcaeae camenae dicuntur quoniam adeo amarus fuit ut austeritate carminis sui multos ciuitate eiecerit *POR*.

8. *Stesichoriue graues.* Magnae, profundae; nam et ipse bellorum scriptor fuit *ACR*.

9. *non si q. o. l. A.* Ideo *lusit* quia iocis et conuiuiis digna cantauit, ut:[1*] Carmina qui lusi pastorum. [Anacreon autem satiram scripsit amicus Lysandri. Alii dicunt quod scripsit Circen et Penelopen in uno laborantes,

2 ωδης *cod.* ode *Edd.* 3 ut sit ne cr. *cod. Med. Pat.* ut ne cr. *Fabr.* 4 nec credideris *Pat.* 5 *hoc schol. statim post lemma prioris add. cod. Med.* 6. 7 *uerba inclusa ex seq. schol. repetita uidentur* 14 Ceae *post lem. add.* 15 *post* fuit *cod. Med. add.* Inde et Piudarus Alcaei *Fabr.* Alcaeae *cod. Med.* 17 de ciuitate *cod. Med.* 18 ceaeq. *sed* caeus *et* Caea *cod. Per* ae *ubique Med. Pat., per* e *Fabr.* 19 alcaeae *cod. Med. Pat.* Alcaei *Fabr.* 21 ex ciu. eiceret (*non* eiiceret) *Med. Pat.* ex c. eiic. *Fabr.* Vt *nos cod.* 22 Stesichoriue *cod.* Stesichorique *Edd.* nam et i. poeta b. sc. *Fabr.* Et i. b. p. scr. *cod. Med.* 24 non *libri*

1* *Georg. IIII 564*

unde in I libro in ode 'Velox amoenum': Dices laborantes in uno Penelopen uitreamque Circen] *ACR.*

nec siquid o. l. A. *Lusit,* inquit, quia iocis et conuiuiis digna scripsit *POR.*

10. *spirat adhuc.* Recens est *ACR.*

11. *uiuuntq. c. c.* *Calores* pro amoribus posuit. Sappho autem significat quae aeolide dialecto usa est *ACR.*

uiu. c. c. aeol. f. p. *Calores* pro amores dicuntur. Sappho autem significat quae aeolide dialecto usa est *POR.*

13. *arsit.* Amauit, ut: [1*] Formosum pastor Corydon ardebat Alexin *ACR.*

non s. comptos a. adulteri crines. *Arsit crines* pro deperit, aut quia amauit dictum est. Hac autem periodo colligit: saepe eadem facta quae legimus circa Ilium gesta; quibus autem clarus poeta contigerit perpetuam obtinuisse memoriam *POR.*

adulteri. Raptoris Alexandri *ACR.*

15. *regalisq. c.* Quia regis Priami filius. — 16. *et com.* Itineris *ACR.*

16. *Helena L.* De Lacedaemone, ut: [2*] At non sic phrygius penetrat Lacedaemona pastor Ledaeamque Helenam troianas uexit ad urbes; [uel quia non sola Helena amauit Paridem; nam et aliae simili in culpa fuerunt sed haec magis est famosa poetarum carminibus] *ACR.*

17. *primusue T. c. d. a.* Teucer Telamonis filius ab Homero inducitur sagittis peritissime usus; *cydonio* autem cretensi a cydonia ciuitate ubi primum de pecudum cornibus arcus curuati sunt, ut: [3*] Partho torquere cydonia cornu Spicula *ACR.*

2 *uerba inclusa quorum posteriora inde ab* Alii *uoce om. cod. sciolae alicuius non scholiastae sunt* 3 inquit *add. e cod.* 10 Form. pastor *om. Fabr.* 12 adulteriq. *cod.* 13 hac *cod.* haec *Edd.* 14 Ilion *Fabr. Deinde:* quo ait clarus etc. *cod. Pat.* clarusq. aut cl. etc. *Med.* sed ea tantum quibus clarus *Fabr.* quibus autem *nos corr. Praeterea sic male interpungit Fabr.:* colligit. Saepe 18 regalisque *cod. Med.* 22 *uerba inclusa insititia sunt* 28 ut: Partho etc. *om. cod. Med.*

1* *Bucol. II 1* 2* *Aen. VI 363* 3* *Bucol. X 59*

18. *non semel I. uexata.* Ab Hercule enim ante euersa fuerat. — *Ilios uexata.* Et 'hacc Ilios' et 'hoc Ilium' dicitur, ut: [1*] ceciditque superbum Ilium *ACR.*

19. 20. *nec p. i. l. Sthenelusque.* Sed hi carmine praesunt ceteris, ut: [2*] Thessandrus Sthenelusque duces. Sthenelus autem Capanei et Euadnes filius fuit *ACR.*

21. *nec ferox H.* Ostendere uult licet multi uiri fortes fuerint illos tamen fama [solos] celebrari quos commendauere poemata. Nam nec solus Hector et Deiphobus pro patria perierunt sed hi magis carminibus noti sunt. Similiter et ante Agamemnonem paris uirtutis fuisse plures sed nesciri silentio; et ideo se ad scribendum priorum confirmauit exemplis *ACR.*

22. 23. *grauis exc. i.* Vt: [3*] laniatum corpore *to*tum Deiphobum uidit lacerum crudeliter ora *ACR.*

27. *ignotiq. l. n.* Tamquam nesciantur uelut mortui quos nemo describit occisos *ACR.*

28. *uate sacro.* Laude carminum *ACR.*

29. *paulum s. d. i. c. u.* Non laudata uirtus similis est inertiae; ita enim silentio obscuratur tamquam si nulla fuerit *ACR.*

paulum s. d. i. c. u. Non, inquit, multo distat ab inertia uirtus si ut de illa ita de hac quoque sileatur *POR.*

31. *inornatum.* Inlaudatum, ut: [4*] Quis te magne Cato tacitum aut te Cosse relinquat *ACR.*

35. *rerumq. pr.* Philosophiae aptus, unde et rerum prudentes philosophi dicti sunt *ACR.*

36. *et sec. t. d. r.* Quem neque prospera neque aduersa mutauerint *ACR.*

secundis t. d. r. Id est: et prosperis et aduersis aequitatem retinens *POR.*

2 Ilios uexata *addidimus* 4 Stenelusque *cod. Med.* 5 Tessandrus *cod. Med.* Tersandrus *Fabr.* 7 nec *in lem. cod. Med.* non *Fabr.* 8 solos *om. cod. Med.* 12 primorum *cod.* 14 grauis *cod. Med.* 15 uidi *Fabr.* uidit l. cr. o. *cod. Med.* 22 non enim *Edd.* non *cod.* 23 sic ut *Fabr.* 30 *prius* et *add. ex cod.*

1* *Aen. III 2* 2* *Aen. II 260* 3* *Aen. VI 494* 4* *Aen. VI 841*

37. *uindex.* Punitor. *Vindicare* enim apud ueteres non tantum defendere sed etiam punire significabat *ACR.*

uindex a. f. Vindicem nunc pro punitore posuit quia *uindicare* apud ueteres non tantum defendere uerum etiam punire significat *POR.*

et abstinens. Abstinentem dixit Lollium pecuniae, quam aut ideo cuncta ad se ducere posuit quia auari student rapinis aut quia pecuniosorum gratiam omnes secuntur *ACR.*

38. *ducentis a. s. c. p.* Vtrum pecuniam pro auaritia posuit quae merito ad se cuncta ducere dicitur quia auari rapere omnia student, an *ducentis ad se cuncta pecun.* ad hoc referens dixit quia pecuniosorum gratiam omnes secuntur? *POR.*

39. *consulq. n. u. a.* Fide uirtute et honestate Lollium praefert *ACR.*

consulq. n. u. a. Virtutes tuae, inquit, te perpetuum consulem faciunt *POR.*

40. *sed quotiens b. a. f.* Quotiens, inquit, iudex bonus es honestum utili praeponis, uel quotiens bellorum uictoriis rei publicae consulis totiens consulari uteris potestate et uirtute tua perpetuus consul efficeris *ACR.*

40—44. *sed quotiens b. a. f. i. honestum pr. u. r. a. d. n. u. p. obstantes c. e. s. u. a.* Quotiens, inquit, animus tuus honeste iudicans praemia oblata a nocentibus respuit totiens gloriosus ex hostibus uictoriam reportauit *POR.*

41. *honestum p. u.* Plus dilexit honestatem quam utilitatem *ACR.*

42. *alto.* Prudenti profundo. — *nocentium.* Noxiorum et corrumpere iudicia temptantium *ACR.*

44. *uictor.* Vel cupiditatis uel hostium. Quotiens uictor emerseris totiens consul efficeris *ACR.*

45. *non poss. m. u. r. b.* Non recte diuitem beatum uocari sed illum rectius beatum dici qui felicitatem moderetur

1 nindicare etc. *om. cod.* 7. 8 rapinis *cod.* pecuniis *Edd.* 8 secuntur *cod.* seq. *Edd.* 9 pecuniam *cod.* pecunia *Edd.* 12 secuntnr *cod.* seq. *Edd.* 17 qnotiens — totiens *fere ubiq. cod.* 21 quotiens *Edd.* qnoties *cod. ex quo cum Med. Pat. in lem. quae ab* honestum *uoce secuntur addidi* 22. 23 honeste *cod.* honestum *Edd.* 28 tentantium *Fabr.*

et non habeat execrabilem paupertatem, plusque timeat morte peccatum *ACR.*

non poss. m. u. r. b. Ordo: Non recte uocaueris beatum multa possidentem *POR.*

46. *occupat.* Sibi uindicat *ACR.*

49. *callet.* Ingeniose nouit, ut ipse alibi: [1*] Legitimumque sonum digitis callemus et aure *ACR.*

51. 52. *non i. p. c. a. a. p. t. perire.* Deest *erit.* Ait autem eum qui his artibus instructus sit non dubitare pro amicis et patria mortem subire si necesse sit *POR.*

CARMEN IIII 10.

O crudelis adhuc. De Ligurino iuuene loquitur quo modo in senectute contristetur cum eadem uenerea uoluptas non perdurauerit ei seni quae nunc est iuueni. *Crudelis,* ut: [2*] o crudelis Alexi nihil mea carmina curas, significans amoris querelam *ACR.*

O cr. a. e. V. m. p. Haec ode in Ligurinum scripta est querelam amoris continens *POR.*

1. *Veneris muneribus.* Pulchritudine *ACR.*

muneribus potens. Id est: ob munera quae in te Venus contulit *POR.*

2. *pluma superbiae.* Plumam pro barba incipiente posuit *ACR.*

insp. t. c. ueniet pl. sup. Pluma pro prima barba posuit *POR.*

4. *puniceae.* Sanguinei coloris, ut: [3*] Puniceis inuecta rotis *ACR.*

prior. Priorem pro meliore dixit *ACR.*

3 uocaberis *cod.* 8 gerit *cod. Pat. pro* erit; *idem paulo post* quibus *pro* qui his 11 De Lig. etc. iuueni *om. cod. Med. In Fabr. haec cum reliqua schol. parte sedem mutauit omissa* crudelis *uoce quam addidimus et uerbis* nihil mea c. c. 23 ueniat *Edd.* ueniet *cod.*

[1*] *Ars poet. 274* [2*] *Bucol. II 6* [3*] *Aen. XII 77*

nunc et q. c. e. puniceae fl. prior r. *Prior* pro melior *POR.*

5. *hispidam.* Iam hirsutam barba *ACR.*

in fac. u. hispidam. Id est hirsutam *POR.*

6. *dices heu quotiens te.* Mutationem formae per aetatem aspectam dolebis in speculo *ACR.*

CARMEN IIII 11.

Est mihi nonum. Ad Phyllidem scribit amicam suam inuitans eam sub promissione uini ueteris ad laetitiam conuiuii exhibendi natali Maecenatis *ACR.*

Est m. n. s. a. Significat se diem natalem Maecenatis uelle celebrare; loquitur autem ad Phyllidem amicam *POR.*

2. *Albani c.* Elocutio est *Albani cadus,* ut: [1*] Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes *ACR.*

3. *nect. a. c.* Vel quia Alcaeus frequenter se dicit apio coronari, ut: [2*] atque apio crines ornatus amaro, uel quia tardius deponatur qui prandet apio coronatus *ACR.*

5—8. *religata.* Id est, coronata. — [*fulges.* Id est, splendes. —] 6. *ridet.* Id est, splendet. — *castis.* Id est, puris sacris. — *uerbenis.* Verbenae sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas, dictae quasi *herbenae.* — *auet.* Id est, cupit. — 8. *spargier agno.* Id est spargenda erit agno immolato *ACR.*

5. 6. *qua cr. r. f.* Fulgere soles. Non enim iam coronatam esse dicit sed inuitat eam uti coronetur. — *ridet.* Pro: grata est ac fulget *POR.*

9. *cuncta f. m.* Multitudinem ministrantium pro apparatus festinatione significat *ACR.*

1 puniceo *sed ae supra add. cod.* 4 *post* hirs. *in cod. tres uoces erasae sunt* 12 Elocut. e. elliptica *COM. CR.* 15 ut: atque — amaro *post* coronatus *libri* uel *om. Fabr.* 17 *septem quae hic conposui scholia om. cod. primum tantum quintum tertium quartum (hoc ordine) Med. Eodem modo ordinem sed primo omisso Fabr.*

1* *Aen. I 195* 2* *Bucol. VI 68*

c. f. m. Ad multitudinem ministrorum refertur *POR.*

10. *curs. mixtae p. p.* Vt: [1*] t o t i d e m q u e p a r e s a e t a t e m i n i s t r i *ACR.*

11. *sord. fl. t. r. u. f.* Duo epitheta posuit quia et flammae ueluti sub quodam tremore uoluuntur et fumus sordidus est i. e. niger *ACR.*

s. fl. t. r. u. f. Non otiosum sed ἐνεργῶς dictum est *POR.*

13—16. *ut t. n.* Diem natalem Maecenatis significat ut fidem faciat promissae laetitiae — 14. *agendae.* Celebrandae. — *qui d. m. V. m. f. a.* Quia idus ueluti diuidunt mensem. *Aprilis* autem Veneri consecratus est *ACR.*

14—16. *idus t. s. a. q. d. m. V. m. f. a.* Idus Apriles significat. Aprilis autem mensis ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης dictus uidetur nec inmerito cum in res uenerias eo tempore omnia animalia excitentur. Significat autem idibus aprilibus natalem diem Maecenatis esse in cuius honorem sacrificet et epuletur *POR.*

17. *iure solennis.* Merito amicitiae *ACR.*

18—20. *paene n. pr.* Paene pro adulatione uitanda posuit. — 19. *luce.* Die. — *affluentes.* Id est, crescentes aut multos. — *ordinat.* Disponit toto anno facienda *ACR.*

21. *Tel. q. t. p. o.* Amauit. Vtrum ad eandem Phyllidem an ad aliam loquatur incertum est quia non prodidit nomen. Dicit tamen Telephum quem ostendit ab ea amari alterius ditioris amore occupatum *ACR.*

T. q. t. p. o. n. t. s. i. p. Ad mulierem loquitur cuius nomen non ostendit; significat autem amari ab hac Telephum puerum quem iam alia occupauerat *POR.*

22. *non tuae sortis.* Non tuae conditionis non tuae mediocritatis *POR.*

7 sed *om. cod. Med. Pat. Deinde* energos *cod. Pat.* enargos *Med.* 14 inmerito (*non* imm.) *cod. item* neuerias *non* uenereas *cum Pat. Med.* eo tempore *cod.* eo ipso *Edd.* 15 signif. *cod.* sit *Pat.* signat *rell.* aprilis *Fabr.* aprilibus *rell.* 19 paene autem pro adul. pos. Quod ex hac luce Maec. m. a. Quasi diceret: hodie natalis Maec. est. Crescentes autem multos. Ordinat disponit etc. *sic cod.* 27 signat *Edd.* 29 sortis *in lem. om. Fabr. et pro eo pergit:* Scilicet non etc.

[1*] *Aen. I 705*

23. 24. *tenetque gr. c. u.* Puellae *gratam compedem* amoris uinculum ait *POR.*

25. *terret a.* Nequid auide et supra conditionem nostram appetamus Phacthontis et Bellerophontis exemplo monet qui impossibilia cupiendo ad pericula peruenerunt *ACR.*

t. a. Ph. a. s. Nequid auide et supra conditionem nostram appetere conemur Phaethontis et Bellerophontis proponuntur exempla *POR.*

27. *grauatus.* Grauiter ferens *ACR.*

Belleroph. Dicitur hic ausus Pegaso ferri per aera in terram decidisse *ACR.*

29. *semp. u. t. d. s.* Possibilia suadet appetere et sibi competentia et digna sperare. Sensus est hic: o Phylli uita potentiorem Telephum et tibi disparem quia et aliam amat, sed dilige me qui tibi par sum; finis enim eris mei amoris quia si consenseris aliam non amabo *POR.*

29—31. *semper u. t. d. s. et u. q. l. s. n. p. disparem u.* Dicendo *disparem uites* difficilis dictio phrasis (?). Monet autem ut disparem uitet ut possit se digna sequi et nefas habere in spem referre plus quam oportet *POR.*

31. 32. *age i. m. f. a. n. e. posthac a. c. f.* Quare finem amorum suorum hanc dixerit ipse ostendit; ordo est autem: age iam meorum finis amorum condisce modos *POR.*

34. *cond. m.* Disce, inquit, carmina et lyrae sonos quos suaui uoce cantes ne rustica uidearis *ACR.*

35. 36. *min. a. c. c.* Tunc enim uoluptas admittitur si cura pellitur *ACR.*

---

1 tenet *in lem. cod. Pat. Med.* grata compede *libri* 7 Phaetontis et Belloroph. *cod. Pat. Med.* 7. 8 proponit *Edd.* proponuntur *cod. in cuius marg. praeterea recentiss. m. ascripsit:* phaeton trisyllabum semp. est. Martialis *(IIII 47):* Quid tibi uis dypiron qui phaetonta facit, et Laurentius *(sic)* probabat auctore Quintiliano *(I 5, 17)* 17 disparem u. *lemma in Fabr.* 18 *priora scholii uerba ut emendarem non contigit* (dictionis phr. *Fabr.*) 19 digna signa *Fabr.* 22 ordo est: iam *Edd. Vt nos cod.* 27 pellatur *libri.* pellitur *COM. CR.*

CARMEN IIII 12.

Iam u. c. q. m. t. Ad Vergilium negotiatorem scribit admonens ueris tempus esse aptum nauigio. Vsitatum autem poetis est *animas* flatus uentorum dicere dum ad graecum uocabulum referunt *ἄνεμος*, ut: [1*]

Quantum ignes animaeque ualent *ACR.*

Iam u. c. q. m. t. imp. a. l. thr. Vergilium alloquitur. Iterum autem ueris tempus describit. Ceterum *animas* pro flatibus uentorum usitatissimum est poetis. Sic denique Verg. ait: Quantum ignes animaeque ualent *POR.*

1. *temperant.* Tranquillum reddunt *ACR.*

2. *lintea.* Vela *ACR.*

3. *iam nec p. r.* Ipso enim tempore et hiems clauditur et ueris amoenitas aperitur quo fauonius coeperit flare *ACR.*

iam n. p. r. n. fl. st. hib. n. t. Atqui ueris tempore intumescere flumina incipiunt *POR.*

niue turgidi. Adultum iam ueris tempus uult intellegi quoniam nix omnis elapsa est *ACR.*

5. *n. ponit Ityn.* Itys filius fuit Prognes quem occidit culpa Terei *ACR.*

fleb. g. inf. a. Progne enim uersa est in hirundinem *ACR.*

n. p. I. fl. g. inf. a. Procnen ac per hoc hirundinem significat *POR.*

6. *cecrop. d.* Cecrops dux fuit Atheniensium. Athenienses enim fuerunt Tereus et Progne. Per Prognen autem hirundinem significat quae eo tempore apparet. Nota historia est, quod pro stupro sororis Philomelae ad uindictam filium Terei occiderit Progne et fuit poena peior peccato, dum committitur parricidium propter incestum. Vnde Tereus com-

2 esse *om. Fabr.* 4 animas *libri.* *ἄνεμος corr.* 7 Iterum et annuum aeris t. *Fabr.* 10 *utrumque schol. om. cod. alterum :* lintea. Vela *etiam Med.* 16 nidum ponit *pro lemmate Fabr.* 21 Prognen *et* signat *Edd.* Procnen *et* signif. *cod.*

1* *Aen. VIII 403*

porto facinore dum ambas insequitur ipse in upupam dicitur mutatus, illae fugientes in hirundinem et lusciniam *ACR.*

cecrop. d. uet. opp. In domo enim Cecropis hoc est factum scelus *ACR.*

et cecropiae d. aet. obprobr. Cecropia domus quoniam Athenienses fuerint; Cecrops autem Atheniensium dux *POR.*

7. 8. *quod m. b. r. e. u. l.* Nota historia. Procne obstupratam et lingua debilitatam Philomelam sororem a Tereo marito filium sibi communem et illi et Ityn nomine occidit et epulandum inprudenti opposuit; deinde palam facto facinore cum fugeret cum sorore infestum maritum in hirundinem et lusciniam transfiguratas esse [fingunt], ipsum quoque Tereum in upupam auem esse conuersum *POR.*

9. *in tenero gr.* Vt:[1*]

Cum ros in tenera pecori gratissimus herba *ACR.*

10. *cust. o. c. d. deum.* Pana significat a quo [fistula] pandura dicitur inuenta, ut:[2*] Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit *ACR.*

11. *cui pecus.* Pana, ut:[3*]

Pan curat oues ouiumque magistros *ACR.*

cui p. e. n. c. A. pl. Pana pastoralem Arcadiae deum esse significat *POR.*

13. *add. s. t.* Sitim pro aestate posuit *ACR.*

14. *pr. C. d. L.* Calenum uinum; *ducere* i. e. bibere *ACR.*

15. *cliens.* Aut Augusti aut priuignorum eius Neronum aut Maecenatis dicit *ACR.*

iuu. n. cl. Augusti et Maecenatis; aut numquid Neronum priuignorum Augusti dicit? *POR.*

3 cecrop. dom. *pro lem. cod. Med.* aet. opp. *Fabr.* 5 caecropia *bis et* caecrops *et* obprobrium *cod.* 8 Tereo *Pat. Med.* a Tereo *Fabr.* Atreo *cod.* 9 et Ityn *cod.* Ityn *Edd.* 10 inprudenti (*non* impr.) *cod. idem* opp. *cum Pat. Med.* app. *Fabr.* 12 fingunt *om. cod. Med. Pat.* 13 esse *om. Fabr.* 16 d. deum. *in lem. add. Deinde* Carmina P. significant *male* carmina *ex lem. repetito Fabr.* 16. 17 fistula Pandrium d. inuentum *Fabr.* pindarinm d. i. *cod.* Panduram dicitur inuentam *Fabr.* (*De pandura cfr. Isidor. Origg. III 23. Hesych. s. u. Σύριγγες*) 19 deum *lemma in libris* 22 esse *om. cod.* signat *Edd.* 24 uinum ducere *Fabr.* 27 et *add. ex cod. ex eodem reduxi* numquid *pro* nobilium *quod Edd. exhibent*

1* *Bucol. VIII 15* 2* *Bucol. II 32* 3* *Bucol. II 33*

16. *nardo u. merebere.* Ioculariter nunc se calenum uinum prolaturum promittit si unguentum acceperit. Si dederis, inquit, nardum dabitur tibi uinum a me *ACR.*

nardi p. onyx. Onyx est metallum gemmae simile. De hoc ad unguenta odorata parua fiebant uasa, de quo Lucanus ad ostentationem luxus: [1*] T o t a q u e e f f u s u s i n a u l a C a l c a b a t u r o n y x *ACR.*

18. *qui n. sulpiciis.* Sulpicia horrea dicebantur Galbae ubi nunc uinum et oleum condi consueuerunt *ACR.*

qui nunc sulpiciis acc. horreis. Sulpicii Galbae horrea dicit; hodieque autem Galbae horrea uino et oleo et similibus aliis referta sunt *POR.*

19. *spes d. n.* Cadus supple; maiora enim sibi per licentiam poti promittere sperando consueuerant *ACR.*

spes d. n. l. Cadus scilicet; potulentos autem scimus plerumque maiora sperare *POR.*

20. *efficax.* Potens, qui largitate sua curas expellat *ACR.*

21. *ad q. s. pr. g.* Vt supra dixit i. e. pocula non dabuntur tibi nisi et tu ad me inuicem mercem ampullam detuleris unguenti *ACR.*

22. *cum t. u. m. u.* Cum ampulla unguenti scilicet *POR.*

23. *immunem.* Si ueneris sine munere. — *tinguere.* Id est madefacere *ACR.*

24. *plena d. u. i. d.* Vt gratis pascam sicut diuites consueuerunt *ACR.*

pl. d. u. i. d. Vt si diues sim et in domum meam omnium rerum plenam te inuitem *POR.*

26. *nigr. m. d. l. i.* Lugubrium ignium, ut memor mortis laetitiam non recuset *ACR.*

nigr. ignium. Funerum dicit quasi lugubrium ignium *POR.*

8 Sulpitia h. d. ubi nunc Galbae illic hordeum condi consueuerat *Med. Fabr.* Sulp. h. d. u. n. G. illic oleum c. c. *cod. Nos corr. ex Porph.* 10 sulpitiis *cod. Fabr.* (*sed cod. paulo post* Sulpicii). Sulpitii *Pat. Med.* 11. 12 similibusque *Edd.* 18 dixi *Fabr.* 19 ad iuuicem *cod. Med.* mercedem *cod.* merces *Fabr.* mercem *Med.* 22. 23 *alterum schol.* (*ting.*) *om. cod. Med.* 26 ut scis diues sum *Fabr. Med.* ut scis d. sim *Pat. Vt nos cod.* 30 funebrium *Fabr. pro* funerum

1* *Lucan. X 116*

27. *misce st. c. b.* Breuis temporis otium *ACR.*

misce st. c. b. Breuem stultitiam, hoc est, breuis temporis *POR.*

28. *dulce e. d. i. l.* Id est: iucundum est a seueritate discedere aliquando *ACR.*

CARMEN IIII 13.

Audiuere L. Ad Lycen meretricem scribit de cuius superbia in tertio libro questus est eo quod anus facta contemnatur a iuuenibus de quorum amore ante plaudebat *ACR.*

Aud. Lyce dí m. u. Ad Lycen loquitur de cuius superbia in tertio questus est in illa ode cuius initium est: Extremum Tanaim si biberis Lyce. Ergo senectutem illi nunc obprobrat per quam ingrata iuuenibus facta fastiditur *POR.*

3. *uis form. u.* Vtrumque in anu muliere turpissimum est, ut et formosa uelit uideri et lasciuire et ideo addit *impudens ACR.*

et tamen u. f. u. l. e. b. imp. Illam lasciuire ait et ideo bene additum *impudens POR.*

4. *impudens.* Pro impudenter, nomen pro aduerbio posuit *ACR.*

5. *et cantu tr.* Tremulum uel ad uocem uel ad aetatem rettulit *ACR.*

6. *cupid. l. soll.* Iuuenum scilicet, qui ideo lentus est quoniam tu ei ingrata es per aetatem *ACR.*

cup. l. s. Qui ideo lentus est quoniam tu ei ingrata es per aetatem *POR.*

7. 8. *ille uirentis e. d. ps. Ch.* Multum decoram uult Chiam mulierem uideri uel quod uirenti aetate sit et docta

8 de *om. Fabr.* 9 Lice *pr. man. cod.* Lycem *Edd.* 11 biberis *libri* 12 obprobat *cod.* obprobrat *Med. Pat.* opp. *Fabr.* 16 addidit *Fabr.* 19 *hoc schol. om. cod. Med.* 23 scilicet *cod. Med.* supple *Fabr* 24 ei *cod.* eis *Edd.* 25 eis *Fabr.* ei *rell.*

psallere uel quod genis i. e. facie pulchra sit; et ideo cupidinem excubare in genis eius dixit *ACR*.

ille u. e. d. ps. ch. p. e. i. g. Cupido scilicet. Ob multa autem decoram esse Chiam uult intellegi quod et uirenti aetate sit et docta sit psallere et quod genis ac per hoc oculis pulchris sit; et ideo cupidinem in ipsis genis eius dixit excubare *POR*.

9. *imp. e. tr. a. q.* Per irrisionem quercum aridam uoluit anum mulierem intellegi, quam amorem, dum festinat ad iuuenes, necesse est transuolare *ACR*.

inportunus e. tr. a. q. Allegoricos *aridas quercus* pro: senio affectas mulieres. Et inportunus iocus ἀφροvία? dicitur *POR*.

11. *luridi.* Nigri squamosi. — *te q. rugae.* Vt:[1*] F r o n t e m o b s c e n a m r u g i s a r a t. — 12. *turpant.* Foedant, ut:[2*] t u r p a n t e m p u l u e r e c r i n e s. — *et cap. niues.* Niues pro canitie posuit *ACR*.

13. *nec coae r.* Coae pretiosae a loco; in hac enim insula melior purpura tingitur. Significat autem nec uestimentorum cultu nec gemmarum pretiis reuerti pulchritudinem annis iam et aetate consumptam *ACR*.

nec coae r. i. t. p. n. clari l. Hoc est quod supra dixit: e t t a m e n u i s f o r m o s a u i d e r i; significat enim illam puellariter se ueste et gemmis excolere *POR*.

14—16. *quae s. notis c. f. i. u. d.* Quae iam retro acta sunt *POR*.

16. *incl. u. d.* Signauit deposuit sepeliuit; inclusi enim defuncti tumulo dicuntur *ACR*.

17. *Venus.* Venustas cuius ab ea fugam ideo se simulat dolere ut ei maerorem incitet maiorem *ACR*.

3 illo uirentis *lemma in Fabr.* 4 *prius* et *et deinde* psallere *add. ex cod. Item uerba* et quod genis a. p. h. o. p. sit 6 ipsum in genis *Fabr.* 9 quas *libri* 11 inport. (*non* imp) *cod.* allegorice *Edd.* 12 *posterior scholii pars mihi non liquet* 16 *confundit schol. duo locos Verg. Aen. X 832 et XII 99. Cfr. Wagneri adn. critt.* 19 *ante* Significat *nouum lem.* nec clari lap. *add. Fabr. et* autem *om.* 20 ad pulchr. *cod. Med.* 25 notis cond. f. *lemma in Fabr.* 29 Amor *pro* Venustas *cod. Med.*

1* *Aen. VII 417* 2* [*Aen. X 832. XII 99*]

18. *motus.* Saltatus, i. e. quid habes illius aetatis pristinae aut quid tibi praeteritae gratiae remansit? *ACR.*

20. *surpuerat.* Syncope pro surripuerat h. e. alienum a mente fecerat *ACR.*

quae m. s. m. Id est, subripuerat *POR.*

21. *felix post C.* Pulchra. *Post* autem ad qualitatem pertinet aut ad tempus i. e. secunda pulchritudine a Cinara aut post illam defunctam tu ad amandum elegantior *ACR.*

felix p. C. n. e. a. g. f. Post Cinaram utrum ad qualitatem pertinet an ad tempus i. e. secunda pulchritudine? *POR.*

notaq. e. a. Probata et artifex *ACR.*

22. 23. *breues a. f. d.* Tamquam quae immatura morte perierit *ACR.*

25. *corn. uet.* Cornix enim diu dicitur uiuere, cui Lycen comparat pro longinquitate uitae *ACR.*

26. *poss. u. i. u. f.* Vt quae incenderat uultum suum ad uicem facis in cinerem annis consumeretur aetatis, iuuenibus iam facta risui. Et quod *facem* dixerat bene dilapsam in cineres memorauit *ACR.*

28. *dilaps. i. f. c.* Ita, inquit, misisti pulchritudinem si cut fax consumpta in cinerem *ACR.*

delaps i. c. f. 'Εμφατικῶς illam ut amoris facem delapsam ait in cineres et consumptam refrixisse *POR.*

CARMEN IIII 14.

Quae c. p. q. q. Negat ullos a senatu uel populo romano dignos honores inueniri qui pro meritis uel triumphis Augusti aeternitati ipsius consecrentur *ACR.*

Quae c. p. q. quiritium. Negat ullo senatus populiue romani obsequio posse pro meritis dignos honores inueniri uirtutibus Caesaris quibus in aeternum consecretur *POR.*

2 primae *pro* praet. *Med.* 4 amorem *Fabr.* amore *cod. Med.* a mente *COM. CR.* 5 surr. *Edd.* subr. *cod.* 15 per longinq. *Fabr.* 18 dilapsam *cod. Med.* delaps. *Fabr. Item infra* 22 delapsam *libri* ut *cod. Pat.* autem *rell.* 27 quiritum *cod. Med. Pat.* senatu *Fabr.*

4. *mem. fastos.* Fasti sunt annales qui ad commemorationem honorum uel rerum gestarum inuenti sunt; ipsi enim fasti dicuntur [indices uirtutis siue] in quibus memoria temporum continetur *ACR.*

5. *aeternet.* Aeternum faciat et laudibus consecret *ACR.*

4. 5. *per t. m. fastos aeternet.* Fictum uerbum est *aeternet POR.*

o qua sol habitabilis. Habitabilis propter inhabitabilem κεκαυμένην *ACR.*

7. *quem l. e. l.* Latinitatis nescii uel ciuitatis. Augusto imputat de Vindelicis Drusi uictoriam qui eius ordinatione et exercitu uicerat *ACR.*

7—9. *quem l. e. l. V. d. n. q. m. possis.* Non sic haec dicit quasi ab Augusto Vindelici debellati sint sed quod Drusus exercitibus auspiciisque Augusti eos debellauerit *POR.*

9. *milite n. t.* Hyperbaton; ordo enim rectus est: Drusus acer non simplici uice deiecit Genaunos et cetera *ACR.*

10. *impl. g.* Implacabile; Genauni et Brenni gentes Gallorum *ACR.*

10. 11. *Genaunos . . Brennosq.* Cisalpinae gentes sunt hae *POR.*

12. *tremendis.* Terribilibus *ACR.*

et arces A. i. tremendis. Non *Alpes* tremendas ut dictum est intellegamus sed hos tremendos i. e. timendos qui eas habitant *POR.*

13. *plus u. s.* Aut non simplici uice, quia dupla quam dederant clade perculsi sunt, aut [quia] acer non simplici uice *ACR.*

3 *uerba inclusa subditicia sunt* 8 habitabilis *post lem. cod. Med.* ha. *sic in lem. eidem (Praeterea* lux *pro* sol *cod. in lem.)* 10 Latinitatis n. u. ciuitatis *Edd.* lat. n. *cod.* (non subiacentes Italis, uel ciuilitatis et humanitatis expertes et ignari *COM. CR.*) *Ad Acr. uerba cfr. Suet. Aug. 47:* latinitate et ciuitate donauit 13 possis *cod. Pat.* posses *Fabr.* p. *Med.* (*memorabilis scriptura* possis) 17 et cetera *add. ex cod. Med.* 18 implacabiles *Edd.* implacabile *cod.* 18. 19. gens Gallorum *cod. Med.* gentes Galliarum *Fabr.* 20 Tenaunos (*ex graeco* Γεναύνους *male ortum*) *sed in marg.* Geraunos *cod.* Gelonos *Pat.* 22 *hoc schol. om. cod. Med.* 23 Alpes *cod* arces *Med. Pat., om. Fabr.* 26 non simplicem uicem *cod. Fabr.* in simplicem u. *Med.*

deiecit a. pl. u. s. Vult intellegi in uastandis his non tantam illos cladem tulisse quantam ipsi dederant sed duplam; hoc est enim non simplicem uicem reddente *POR.*

14. *maior N.* Drusus qui moior natu fuit *ACR.*

mai. N. Ordo est: Drusus maior Neronum; hic enim maior natu fuit *POR.*

15. *imm. Rh.* Id est, fortes. — 16. *secundis.* Prospe-ris. — 17. *spectandus.* Famosus uel terribilis bellator *ACR.*

18. *deu. m. p.* Rhaetorum gentis animos libertatis amori morte destinatos fuisse dicit *ACR.*

d. m. p. l. Eleganter; non metuens mortem liberam. Perpetuo epitheto dictum accipe *POR.*

19. *quantis fatigaret r.* Tempestati furenti uiri fortis animum comparauit *ACR.*

q. fatigaret r. Hostium ruinis scilicet *POR.*

20—23. *ind. p. q. u. e. a. Pleid. ch. sc. n. imp. h. u. t.* Mirum quod sequitur *ἀνακόλουθον*; cum enim praedixisset *qualis* non intulit quod erat consequens *talis* sed 'inpiger.' Ergo sic totum intellegendum: qualis est auster cum ortu Vergiliarum s. Pleiadum concitatus cum exercet undas, tam inpiger Drusus hostium turmas uastabat *POR.*

21. *Pleiad.* Pleiades dictae sunt quae et Vergiliae; harum ortus tempestuosus est *ACR.*

22. *sc. nubes.* Ita pugnantem Drusum scidisse dicit hostium turmas ut uentus nubes undasque consueuit *ACR.*

24. *mitt. eq.* Irrumpendo in hostium cuneos *ACR.*

per ignes. Per medium pugnae feruorem *ACR.*

per ignes. Ignes nunc pro accerrimis concitatisque periculis accipere debemus *POR.*

25. *si t. u. A.* Omnium fluminum famosorum uultus

3 hoc est eam n. s. u. redente *Pat.* h. est eam n. simplici uice reddentes *Med. Fabr. Vt nos cod.* 5 Drusus est *Edd.* Dr. *cod.* 7 *duo priora schol et lem. tertii om. cod. duo priora etiam Med.* 16 Pleiad. *etc. in lem. om. Fabr.* 17 mirum an quod *cod.* *ἀνακόλουθον add. ex cod.* 18 consequens *cod.* constans *Edd.* *hic in infra* inpiger *cod. unde et in lemma reduxi* 19. 20 uergiliarum Pl. *cod. Med. Pat.* Virg. seu Pl. *Fabr.* 20 cum *alt. om. Fabr.* 27 in m. p. furorem *cod. Med.*

cum cornibus finguntur propter impetus et mugitus aquarum, ideo *tauriformis*, ut:[1*] Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum *ACR*.

sic. t. u. A. Omnia fluminum genera cum taurino uulto et cum cornibus pinguntur propter impetus et fremitus ipsarum aquarum *POR*.

28. *dil. meditatur a.* Inundationem fluminis uiro forti comparat pro Drusi laude, ut:[2*] aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros *ACR*.

27. 28. *cum s. h. c. d. minitatur a.* Male dixit *minitatur* quia in ipso actu est nec debet cogitare aut condiscere id quod iam facit *POR*.

31. *primosq. e. e. m.* Vt:[3*] Proxima quaeque metit gladio *ACR*.

pr. e. e. m. Sic et Verg.: Proxima q. m. gl. *POR*.

32. *sine cl.* Sine damno suorum militum dicit *ACR*.

sine cl. u. Id est, sine suorum clade *POR*.

33. *te c. t. c.* Augusti auspiciis Drusum dicit hostes fudisse et felicitatem habuisse *ACR*.

te cons. et t. pr. d. Hoc ideo dicitur quia auspiciis Caesaris haec gessisse dicitur *POR*.

34. 35. *nam t. q. d. p. al. s.* Felicitati assignat Augusti Drusi uictoriam demonstrando ante annos duodecim (?) eodem die Alexandriam ab Augusto captam quo Drusus (?) Vindelicos superauit; Pompei enim mortem actiaco bello ultus Augustus est *ACR*.

n. t. q. d. p. alexandrea s. Ita euenit ut post annos quindecim Drusus (?) eodem die Rhaetos uindelicos uinceret quo die Augustus Alexandriam uicerat *POR*.

36. *uacuam.* Sine hosto sine domino *ACR*.

1. 2 ideo taur. propter *etc. libri* 4 genu taur. *cod.* genera taur. *Edd.* 5 et cum corn. *cod.* et corn. *Edd.* fremitus *cod.* fremitum *Edd.* 10 minitatur *bis cod. Med. Pat.* meditatur *Fabr.* (*Sed post lem. uide num scr. sit:* male dixisset meditatur) 15 *in fine add. Fabr.* de Aenea 21 gess. *cod.* egisse *Edd.* 27 alexandria *cod. om. Edd.* 28 quind. *cod. Fabr.* XV *rell. (idem fuisse suspicor apud Acr. sed abiit* XV *in XII)* eodem die *cod.* eo die inde *Pat.* eo die *rell.* raetos *plerumq. cod.* 29 qua die *libri*

1* *Aen. VIII 77* 2* *Aen. II 304* 3* *Aen. X 512*

36. *et opt. p.* Immortalitatem et consecrationem uidetur significare. Peractis enim imperiis diuinos honores meruit Augustus ut idem in secundo Epistularum: [1*] Praesenti tibi maturos largimur honores Iurandasque tuum per nomen ponimus aras *ACR.*

et opt. p. i. d. adrogauit. Immortalitatem et consecrationem uidetur significare cum dicat *peractis imperiis POR.*

41. *non a. d.* Non ante Caesarem uictus *ACR.*

42. *prof. Scythes.* Aut sub aquilone interius constitutus aut qui numquam in eodem loco maneat *ACR.*

te prof. Sc. Profugus dicitur qui numquam eodem loco manet; unde et *nomades* dicuntur *POR.*

43. *o tutela.* Augustum dicit; sic idem alibi: [2*] Res italas armis tuteris moribus ornes. *Praesens* aut potens siue propitia, ut Verg: [3*] Et uos agrestum praesentia numina Fauni *ACR.*

45. *te f. q. c. o.* Origo enim Nili nescitur, ut: [4*] Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo. Gentes fluminum commemoratione designat *ACR.*

47. *beluosus.* Plenus beluis et monstris *ACR.*

48. *obstr. O. Br.* Britanni enim interfuso Oceano terris omnibus separantur, ut: [5*] Et penitus toto diuisos orbe Britannos *ACR.*

49. *non pau. f. G.* Galli enim mortem [ferocia] non pauent *ACR.*

te n. p. f. G. d. t. Per zeugma ex inferiore uersu uerbum accipere debemus. Non pauentes autem Gallos funera ait quia uel ferocia uel una persuasione rursus renascendi mortem non timebant; de quibus Lucanus ait: [6*] animaeque capaces Mortis et ignauum rediturae parcere uitae *POR.*

6 adrogauit *cod. om. rell.* imm. execratione *cod Pal.* 8 nulli *pro* non *Fabr.* 9 *priorem interpretationem non intellego* 12 νομάδες *Fabr.* 18 genus *Fabr.* 20 *hoc schol. om. cod. Med.* 24 ferocia *om. cod. Med.* 26. 27 uerbum *nos addidimus, in libris propter simillimum uersu excidit* 28 uera *Fabr.* una *rell.*

1* *Hor. Epist. II 1, 16* 2* *Hor. Epist. II 1, 2* 3* *Georg. I 10* 4* *Lucan. I 20* 5* *Bucol. I 66* 6* *Lucan. I 492*

50. *duraeq.* Laboriosae, ut:[1*] Aut impacatos a tergo horrebis Hiberos *ACR.*

51. *de. c. g.* Bella optantes assidua. *Sygambri* qui et Germani *ACR.*

52. *comp. u. a.* Iam pacatis moribus et feritate deposita *ACR.*

comp. u. a. Id est pacati *POR.*

CARMEN IIII 15.

Phoebus u. p. m. l. u. e. u. i. l. Non lyra increpuit sed uolentem me proelia lyra loqui, quod est lyrico carmine, Phoebus increpuit; amoribus enim aptum hoc est metrum, ut:[2*] Cum canerem reges et proelia Cynthius aurem Vellit et admonuit *ACR.*

Phoebus u. p. m. l. Quidam separant hanc oden a superiore sed potest illi iungi quoniam et hic laudes dicuntur Augusti *POR.*

1. *Phoeb. u. p. m. l. u. e. u. i. l.* Non lyra increpuit sed uolentem me proelia lyra loqui *POR.*

ne p. tyrr. p. ae. Per allegoriam significat magnam materiam non sufficienti ingenio et humili generi carminis non debere committi *ACR.*

ne p. tyrr. p. ae. u. d. Allegoricos significatur: ne magnam materiam humili generi carminis committerem *POR.*

5. *fruges e. a. rett. u.* Seu quia in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit seu quia ipse deus Caesar faueat frugibus, ut:[3*] Ecce dionaei processu sideris astrum, Astrum quo segetes gauderent frugibus *ACR.*

6. *et signa n. r. I.* Quae interfecto cum exercitu Crasso a Parthis Augustus receperat *POR.*

7 pacati *cod.* pacatis *Med. Fabr.* peccatis *Pat.* 12 ammonuit *cod.* admonuit *Fabr.* admonuit *Med.* 13 odin *cod.* odam *Edd.* 14 et hic *cod.* hic *Edd.* 21 siguificat *Fabr.* 24 seu quia *cod. Med.* seu quasi *Fabr.*

1* *Georg. III 408* 2* *Bucol. VI 3* 3* *Bucol. VIIII 47*

et s. n. r. l. Signa dicit quae adempta Romanis interfecto exercitu a Parthis Crasso duce Augustus recuperauit *POR.*

8. *et uac. duellis.* Id est bellis *ACR.*

9. *Ianum Q. cl.* Significat omnia pacata sub Caesare, templo Iani clauso quod belli tempore semper patere consueuerat; unde ad significationem futurae pacis apud Vergilium:[1*] Claudentur belli portae *ACR.*

Ianum Q. cl. Id est, pacem ubique fecit; tunc enim claudebatur belli uero tempore patebat; nam et Vergilius uolens ostendere perpetuam pacem futuram, sic ait: Claudentur belli portae *POR.*

rectum e. f. l. i. Leges tulit quibus mores regerentur *ACR.*

et ord. r. e. f. l. i. Ordo est: iniecit frena licentiae ordinem rectum euaganti *POR.*

11. *emouitq. c.* Remouit eiecit, ut:[2*] emoti procumbunt cardine postes *ACR.*

12. *et ueteres r. a.* In his enim uirtutibus ueteres uitae artes esse dicebant: prudentia iustitia fortitudine temperantia. Per has omnes constare uoluerunt disciplinas *ACR.*

15. 16. *ad ortus s. a. h. c.* Vt:[3*] Imperium oceano famam qui terminet astris. Ab oriente ad occasum imperium significat peruenisse romanum, ut:[4*] qua sol utrumque recurrens Respicit oceanum *ACR.*

18. *eximet.* Excludet *ACR.*

non furor c. c. a. u. exiget o. Exiget nunc 'excludet' significat quasi 'ἔξω aget', ut Terentius:[5*]

spectándae an exigéndae [sint uobis] *POR.*

19. *procudit.* Incudibus producit et fabricat *ACR.*

non i. q. procudit enses. Procudit h. e. fabricat *POR.*

1 signa *Fabr.* signa dicit *supra uers. ascr. cod.* 15 et moti *Fabr.* emoti *cod. Med.* 18 et temp. *Fabr.* 19 politias *pr.* disc. *Fabr.* 20 ortus *cod. Med.* ortum *Fabr.* 23 respicit *Edd. om. cod.* aspicit *apud Verg.* 24 eximet *cod.* exuet *Edd.* 25 exiget *libri* 26 sit quasi extra agit *Med. Pat.* ut sit q. e. aget *Fabr. Vt nos cod. nisi quod* agit *habet* 27 sint uobis *add. Fabr.* 29 procudit *bis Med. Fabr.* producit *bis cod.* producit procudit *Pat.*

1* *Aen. I 294* 2* *Aen. II 492* 3* *Aen. I 287* 4* *Aen. VII 100* 5* *Terent. Andr. prol. 27 Fleckeis.*

20. *et m. inimicat u.* *Inimicat* i. e. inimicas facit; *miseras* autem tamquam bellum patientes *ACR.*

e. m. inimicat u. *Inimicat* fictum uerbum est i. e. inimicas facit *POR.*

21. *non q. p. D. b.* Gentes a fluuio, ut:[1*]

et Tiberim Fabarimque bibunt *ACR.*

22. *ed. r. iulia.* A nullis gentibus dicit leges Augusti contemni; in iuliam enim gentem fuerat adoptatus Augustus. [*Getae.* Gothi] *ACR.*

23. *infidiue P.* Crassum enim securum de pace percusserant *ACR.*

24. *non T. p. fl. orti.* Scythae *ACR.*

n. Tanain p. fl. o. Scythas significat *POR.*

25—29. *profestis lucibus.* Diebus. Profesti dies dicebantur qui ante festos erant. — 26. *iocosi.* Laetitiam iubentis, ut:[2*] adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno. — [28. *rite.* Cum affectibus.] — *apprecati.* Inuocantes. — 29. *uirtute f.* Duces, inquit, optimos parentum pietate uenerabimur inter quos Augustus est *ACR.*

30. *lydis r. c. t.* Lydis tibiis laeta cantabantur, phrygiis tristia; tres enim modos habebant tibiarum: ionicum lydium phrygium, quem et barbarum. In honorem autem Lydorum dictum quod ipsi primi tibias inuenerunt *ACR.*

lydis remisto c. t. Aiunt tres modos tibiarum esse: ionicum lydium barbarum *POR.*

31. 32. *Tr. e. A. e. a. p. V. c.* In honorem Augusti Venerem laudari uult, quia ab Iuli descendit origine. Ordo est: Nos apprecati deos canemus duces functos uirtute more patrum remixto carmine tibiis lydis et Troiam *ACR.*

et almae p. V. c. Id est gentem iuliam quae ab Iulo nepote Veneris oriunda existimatur *POR.*

---

9 Getae. Gothi *om. cod. Med.* 10. 11 persuaserant *libri.* percuss. *corr.* necauerant *COM. CR.* 13 tam *pro* Tanain *cod. Pat.* signat *Edd.* 16 et bona Iuno *om. Fabr.* 24 remixto *Fabr.* remisto *rell.* 27 Iulii *Edd.* Iuli *cod. qui post origine deficit* 30 Iulio *libri.* Iulo *etiam Ritterus corr.* 31 *cod. Porph. in fine add.* Feliciter *et deinde comment. in Artem poet. exhibet; in Acr. libris et Edd. Porph. secuntur comment. in Epodon librum*

1* *Aen. VII 715* 2* *Aen. I 734*

SCHOLIA

IN CARMEN SAECVLARE.

Phoebe s. p. D. Saecularis carminis duplex deuotio esse consueuerat, aut enim pro sedanda aut uitanda pestilentia aut pro certo et constituto annorum numero: centesimo enim decimo anno in capitolio a pueris et puellis impuberibus cantabatur. Ideo autem tempora numeraturus ab Apolline et Diana principium sumpsit qui ipsi in honore solis habebantur et lunae, ut Vergilius Georgicon carmen dicturus sub aliorum uocabulis numinum ipsos inuocauit dicens:[1*] Vos o clarissima mundi Lumina labentem caelo quae ducitis annum Liber et alma Ceres *ACR.*

Ph. s. p. D. Hoc carmen saeculare inscribitur. Cum enim saeculares ludos Augustus celebraret secundum ritum priscae religionis a uirginibus puerisque praetextatis in capitolio cantatum est *POR.*

2. *lucidum c. d.* Hoc ad ambos refertur ad Phoebum quia idem sol est et Dianam quia eadem luna est *POR.*

[*o col. s. e. c. Colendi* in futurum *culti* in praeterito *ACR.*]

3. *date q. p. t. s.* Non tempore prisco dicendum fuit sed tempore quo prisca imitantur *POR.*

7 Georgicon *cod.* georgicum *Edd.* 11 PORPHYRIONIS EXPLANATIO IN SAECVLARI CARMINE INCIPIT inscr. *Med. Pal.* 13 praetextis *Fabr.* 16 quando idem *Edd.* lucina *Fabr.* 17 *hoc schol. om. cod.* praeteritum *Edd.* 18 fuit *cod.* est *Edd.* 19 imitatur *cod.* *(Cfr. Varro. apud Non. VII 46 et Laeu. ibid.)*

1* *Georg. I 5*

7. *dis q. s. pl. c.* Romam significat in septem collibus, ut Verg.:[1*] S c i l i c e t e s t r e r u m f a c t a e t p u l c h e r r i m a R o m a S e p t e m q u e u n a s i b i m u r o c i r c u m d e d i t a r c e s *ACR.*

dis q. s. p. c. Id est: quibus Roma placuit quae in septem collibus constituta est *POR.*

9. *alme sol.* E contrario perpetuum solis lumen ostendit dando ei et praeteritum et futurum tempus, dum in diem alius renascitur. Sicut enim ortu suo diem ita discessu noctem facit *ACR.*

10. *al. e. i. n.* Κακόζηλον; nam quomodo potest quis et idem esse et alius? Videtur ad illud rettulisse quod idem quidem sol semper sit sed renouans diem alius esse uideatur *POR.*

11. *poss. n. u. R. u. m.* Magnitudinem suam precatur urbi Romae seruari *ACR.*

possis n. u. R. u. m. Et hic et in superiore audiendum *precamur POR.*

13. [*aperire.* Aedificare.] — *lenis I.* Lenis i. e. propitia; ipsam enim Lucinam Lunam et Dianam ostendit quam mystico nomine sicut in sacris dicebatur Ilithyam nominauit; sic eam et Homerus uocauit; ipsa enim partubus mulierum putabatur fauere *ACR.*

rite m. a. p. l. Lenis aperire partus pro: facilis ac propitia aperiundis partubus. Ostendit autem eandem Lucinam et genitalem deam appellari *POR.*

16. *seu genitalis.* Genitalem uocauit Dianam quam et lunam intellegi uoluit, quia ut calore solis animantur semina ita lunae humore nutriuntur; penes ipsam enim et omnium corporum ratio esse dicitur et potestas *ACR.*

17—20. *d. p. subolem p. p. d. s. i. f. p. n. f. l. m.* Implicata phrasis quae sic ordinanda est: Diua producas subolem prolis nouae patrumque decreta prosperes super iugandis feminis maritaque lege feraci; *maritam* autem legem pro maritali plautina uidetur auctoritate dixisse; similiter enim et

2 At Verg. *Fabr.* 8 diem *cod.* idem *Edd.* 16 et in *cod.* ex *Edd.* 18 aper. Aed. *om. cod.* 23 lenis ap. partus *post lemma add. ex cod.* 30 subolem *cod.* sobolem *Edd.* 32 patrum *Edd.*

1* *Georg. II 534*

ille locutus est ubi ait senex:[1*] Pulchra édepol dos pecúnia est et alter respondet: quae quídem non maríta est pro eo quod est: quae non maritalis est *POR.*

17. 18. *patrumq. p. d.* Nuptialibus, inquit, legibus faueas *ACR.*

19. *feraci l.* Fecunda quae procreandorum liberorum causa promulgata est, quae lex iulia dicitur *ACR.*

21. *certus u. d. p. a.* Decies undenos annos centum decem dixit per orbem circuli annalis peractos pro quibus et carmen saeculare dicebatur; ludi enim saeculares ternis diebus et noctibus agebantur pro cultu Solis die et nocte Lunae *ACR.*

certus u. decies p. a. o. ut c. r. l. Orbem nunc circulum temporum in se scilicet redeuntium accipe; *certum* autem pro pleno atque perfecto; sensus enim hic est: ut perfectus orbis annorum centum et decem cantus et ludos referat, pro eo quod est: homines certi temporis orbe perfecto referant ludos *POR.*

25. *uosq. u. c. p.* Quae uera mortalibus praedicant futura; et uos ait prosperate carmen quod pro perpetuitate imperii romani ex Sibyllae libris in celebritate ludorum constitutum est, unde est:[2*] His ego nec metas rerum nec tempora pono; Imperium sine fine dedi *ACR.*

uosq. u. c. p. q. semel dictum est st. r. t. seruet. Syllepsis est; ex uerbo enim singularis numeri *seruet* pluralis nascitur *seruent. Quod semel dictum stabilisq. rerum.* Rerum autem epitheton est termini *POR.*

26. *stabilis.* Perpetuus et immutabilis *ACR.*

1 aedepol *cod.* 2 et alter *cod.* alter *Edd.* 6 fecunda quae *cod. Med.* fecunde *Fabr.* 8. 9 decem *om. Fabr.* 13 et *pro* ut *in lem. Fabr.* 16 cantus et ludos referat. Ludos pro eo etc. *cod.* (sensus enim h. est) ludos referat ludos pro eo q. e. h. c. t. o. ut perfectus orbis annorum centum et decem cantus et perfecto referant ludos *turbant Med. Pat.* ut — cantus referat et ludos. Pro eo etc. *Fabr.* 19 *plenius hoc schol. exhibet COM. CR.* 24 feraces meminisse *pro* ueraces cecinisse *in lem. cod. Pat.* dictum stab. *Med. Pat.* dictum ** (est *eraso*) habilis (*sed* h *in rasura*) *cod.* dictum est st. *Fabr.*

1* *Plaut. Epidicus II 1, 15 Weis.* 2* *Aen. I 278*

27. *bona i. p.* Perfectis rebus uberiora fata iungite quae nihil habeant aduersitatis *ACR.*

bona i. p. i. f. Peractis i. e. praeteritis fatis bona iungite futura ac per hoc contextum ordinem facite bonorum futurorum *POR.*

29. 30. *fertilis f. p. t. sp. d. C. c.* Laudat Italiam et optat frugum ubertatem et prosperam pecorum foeturam. Vnde et coronas offerre Cereri pro messium fertilitate promittit *ACR.*

31. *e. aquae s.* Dulces serenae, ut:[1*] Tum tenues dare rursus aquas et pascere rursus *ACR.*

nutriant f. e. a. s. e. I. a. Foetus omnium rerum accipe et inanimalium quae ad utilitatem nostram pertinent *POR.*

32. *et I. a.* Serenus aer, ut:[2*] Solis ad occasum cum frigidus aera uesper Temperat *ACR.*

33. *condito m. pl. t.* Mitem et placidum optat Apollinem quia est sagittis armatus. Sic enim iratus ponitur:[3*] Actius haec cernens arcum intendebat Apollo *ACR.*

condito m. p. t. s. a. p. A. Hic sensus secundum eorum opinionem conceptus est qui Apollinem pestilentem deum putant esse. Porro autem quidam dei ideo placantur ut prosint quidam ne obsint, secundum quod de Apolline nunc dicitur: *condito mitis pl. t. suppl. a. p. A.* ne noceat scilicet. Videtur autem et Homerus sic de illo sensisse cum ait:[4*] *τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων, βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ, τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην,* per quod significat pestem ab eo Graecis immitti. Etiam Plautus in Mercatore fabula idem sentit cum

4 contextum *cod.* concestum *Pat.* concessum *rell.* 12 et inanimalium *cod.* inanimalium *Pat. Med.* animalium *Fabr.* 21 nunc *add. ex cod.* 23 sic et de illo s. H. *Fabr.* Hom. sic et de illo s. *Med. Pat.* *Vt nos cod.* 24 graeca uerba *et* per q. significat *om. cod.* Priora usque ad *Οὐλύμποιο* exhibent *Pat Med.*, usque ad *καρήνων* *Fabr.* *Relicua ipsi addidimus; ex eisdem habent* per quod sign. *Fabr.* propter q s. *Med.* uersus quibus signif. *Pat.* 26. 27 immitti et planctus. Plautus *sic Fabr. ubi* planctus *ex dittographia* (*uoc.* Plautus) *ortum est*

1* *Georg. III 335* 2* *Georg. III 336* 3* *Aen. VIII 704* 4* *Hom. Iliad. I 43*

inducit matrem familias precari Apollinem nato suo ut pareat *POR.*

35. *siderum r.* Sic pro puellis Lunam [ut audiantur] ut Apollinem pro pueris precatur *ACR.*

sid. reg. bicornis. Poeticum est lunam siderum reginam dicere quod clarior inter astra uideatur *POR.*

37. *Roma s. u. o. I.* Si Romam, inquit, numina coli iussistis turmis italicis statutis uestris fauete, ut semper felix sit, ut apud Vergilium: [1*] si tot responsa secuti quae superi manesque dabant; siue propter Iliam sacerdotem Romuli matrem dictum *ACR.*

R. s. u. o. Iliaeque. Quare Romam opus Dianae et Apollinis dicat nondum uideo, nisi forte ex lectione uergiliana hoc concepit uti frequenter dicitur Apollinis oraculis instructum Aeneam Italiam petisse; ad quem intellectum et ipse nos adduxit poeta inferendo: *iussa pars mutare lares et urbem;* sine dubio enim 'oraculo iussa' intellegitur. *Pars iussa* autem ad illud refertur quod non omnes Ilienses cum Aenea fuerint sed pars eorum alibi *POR.*

38. [*litus etruscum.* Propter Euandrum qui illic prior regnauit *ACR.*]

39. *iussa.* Deorum responsa, ut: [2*] Auguriis agimur diuum, et alibi: [3*] Mutandae seges et: [4*] Italiam Lyciae iussere capessere sortes *ACR.*

40. *sospite c.* Propter nauigationem, ut: [5*] Bellum ingens geret Italia populosque feroces Contundet moresque uiris et moenia ponet *ACR.*

41. *cui p. a. s. fr. T.* Aut ut Troia non proditione

3 ut audiantur *recte om. cod. Med. certe scr. esset* ut audiat 5. 6 dic. l. s. r. *Edd.* 7 *fort. lacunosum hoc schol. expectes sic fere:* 'si R., inquit, condidistis et Latium coli iuss. t. i. *Sed uideant alii unde salus petenda*
14 concepit *cod.* ocepit (=9cepit) *Pat.* coepit *Med.* accepit *Fabr.* 16 *post* inferendo *male nouum schol. incepit Fabr.* orbem *cod.* 17 intelligi *Edd.* (oraculo iussa) intelligitur (pars Iussa) *sic sed* o Iussa i. p. I. *in rasura*
25 *hic locus uergilianus huc non pertinet sed potius ad schol. quod est ad uersum 44. Cfr. COM. CR.*

1* *Aen. X 33* 2* *Aen. III 5* 3* *Aen. III 161* 4* *Aen. IIII 346* 5* *Aen. I 263*

uideretur euersa sed fato, aut *sine fraude:* sine laesione, ut:[1*] Bistonidum sine fraude crines *ACR.*

cui p. a. s. fr. T. Cum utique fraude Graecorum incensa Troia sit sed sine fraude Aeneae *POR.*

42. *castus Ae.* Pro religioso siue propitio posuit, ut:[2*] Hac casti maneant in religione nepotes, siue pro: animo incorrupto *ACR.*

castus Ae. p. s. Quod ideo uidetur dictum quia quorundam opinione infamatus Aeneas est crimine proditionis *POR.*

43. *lib. m. i.* Vt:[3*] flammam inter et hostes Expedior dant tela locum flammaeque recedunt *ACR.*

44. *daturus pl. r.* Posteris maiora daturus. *Da-* syllaba breuis semper est praeter imperatiuum, ut:[4*] Accipe daque fidem *ACR.*

dat pl. rel. Suis scilicet Troianis quos secum in Italiam adduxit daturus plura quam quae in patria amissa reliquerant. *Relictis* ergo a nominatiuo plurali uenit generis neutri quod est *relicta POR.*

47. *remq. pr. e. d. o.* Imperium decoremque optat et populum i. e. ut populo imperium et populus imperio romano praestetur *ACR.*

49. *quaeq. u. bubus u. a.* Vt:[5*] Hinc albi Clitumne greges et maxima taurus Victima. Per quam rem deuotionem romanam uult intellegi religiosam *ACR.*

50. *clarus A. V. s.* Per Aeneam Romani accipiendi *ACR.*

quaeq. u. bubus u. a. clarus A. V. s. Hoc ad Caesarem Augustum pertinet quia iulia gens ab Iulo ac per hoc a Venere et Anchise esse existimatur *POR.*

4 sine fraude *cod. Med. Pat.* sine sua fraude *Fabr. Nos* Aeneae *addidimus quod in cod. cum* castus *uoce sequentis lemmatis per oculos aberrantes omissum est.* 13 in imperatiuo *Edd.* imperatiua *cod.* 17 et generis neutri *cod.* 19. 20 et populum, ut et populo *Edd.* et pop. et ut populo *cod.* 22 quaeque *cod. Med.* quique *Fabr.* bubus *cod.* bobus *Edd.* 25 lenis. Mitis, ut: parcere subiectis *praemittitur in libris sed male repetitum ex schol. seq.* 26 quaeque uos bubus *cod.* quaeq. uos bobus *Med. Pat. om. Fabr.* 27 ab Iulio *Fabr.* ab Iulo *rell.* ac per hoc *cod.* per hoc *Med. Pat.* et per hoc *Fabr.* 27. 28 Venere et A. ex *cod. Pat. Med.* a V. e.

1* *Hor. Carm. II 19, 20* 2* *Aen. II 409* 3* *Aen. II 632* 4* *Aen. VIII 150* 5* *Georg. II 145*

51. 52. *bellante prior i. l. i. h.* Siue Augustum priorem dicit ad arma aduersum rebelles et subiectis mitem, ut:[1*] Parcere subiectis et debellare superbos, siue quia Romanis mos erat ut iustis causis bella susciperent et nisi per fetiales indicta belli causa minime pugnarent *ACR.*

52. *b. p. i. lenis in h.* Sic et Verg.: Parcere subi. e. d. s. *POR.*

53. *iam m. t. m. potentis.* Subaudiendum utique: Romanorum *POR.*

54. *alb. t. secures.* Romanos magistratus, ab Albanis descendentes, ut:[2*] Albaniquc patres atque altae moenia Romae *ACR.*

55. *iam Sc. r. p.* Id est praccepta quae eos auctor seruare iuberet, ut:[3*] Hic mihi responsum primus dedit; et hoc in laudem Augusti dicit *ACR.*

iam Sc. r. p. Id est: expectant praecepta Romanorum, per quod subicctos eos esse imperio Romanorum intellegi uult *POR.*

56. *superbi n. e. I.* Vt:[4*] Imbellem auertis romanis arcibus Indum *ACR.*

57. *iam fides e. p. e. h. p.* Armis pacem et honorem pudoremque Romanos dicit quaesiuisse et reparata uirtute superiore tempore neglecta rediisse fortunam; ipsa enim est quae copiam beato i. e. diuitc cornu diffundit. Singula autem singulis applicanda sunt; fides militibus pax ciuitati honor senatui *ACR.*

A. descendisse ex. *Fabr. (Nos aut* esse *aut* fnisse *addendum putamus)* 1 *hoc schol. et quod antecedit om. cod. In lemmate add.* i. l. i. h. 8 uti est *Fabr.* ntique est *Med. Pat.* 10. 11 albanis degentes *omisso loco Verg. cod.* Albanas dixit ut: Alb. p. *Med.* Albanas quia ab Albanis quod continet dictae, ut etc. *sic Fabr.* 13 iam Sc. r. p. Quia sub lege nostra snnt i. e. praecepta Romanorum expectant *sic schol. in cod. Cfr. COM. CR.* 15 dicit *addidimus* 17 eos *addidimus* 22 acquisiuisse *COM. CR.* 24 *fort. pro* beato *scr.* pleno. *Ceterum in cod. pro hoc et seq. schol. legi haec:* iam f. e. p. e. h. p. priscus. Quae antiquis fuerat Romanis et neglecta r. u. Superiore scilicet tempore. Andet. Integra seclorum. — Apparetq. b. pl. e. c. Abundantia omnium rerum. *Similia apud Porph. habes*

1* *Aen. VI 853* 2* *Aen. I 7* 3* *Bucol. I 44* 4* *Georg. II 172*

59. *r. u. audet.* Properat nil iam dubitat, ut Vergilius:[1*] M a g n u s a b i n t e g r o s a e c l o r u m n a s c i t u r o r d o *ACR.*

et negl. red. u. audet. Neglecta superiore tempore [nunc i. e. temporibus Augusti] *POR.*

60. *app. b. pl. copia c.* Quasi corporalem deam hic accipe copiam ac per eam utique rerum omnium abundantiam *POR.*

61. *augur e. f. d. a. Ph.* Propter augurium et sagittarum usum atque musicam. Verg.:[2*] A u g u r i u m c i t h a r a m q u e d e d i t c e l e r i s q u e s a g i t t a s *ACR.*

62. *acceptusq. n. c.* Dilectus quia sibi consecratae sunt musae *ACR.*

63. *qui salutari.* Ipse enim est deus medicinae. — *leuat arte.* Medicinali peritia *ACR.*

65. *si pal. uidet ae. a.* Propitius [aspicit], ut:[3*] N e c S a t u r n i u s h a e c o c u l i s p a t e r a s p i c i t a e q u i s *ACR.*

si pal. u. ae. aras. Apparet iam eo tempore ab Augusto dedicatum fuisse in Palatio Apollini templum, cuius et Verg. sic meminit:[4*] I p s e s e d e n s n i u e o c a n d e n t i s l i m i n e P h o e b i D o n a r e c o g n o s c i t p o p u l o r u m *POR.*

67. *alt. i. l.* Vt sequentem annum semper meliorem exhibeat *ACR.*

proroget. Dilatet differat i. e. tempus pro tempore prorogabit *ACR.*

alt. i. l. m. s. p. ae. Sensus est: si acceptas aras habet Apollo quae in Palatio dedicatae sunt, hoc est, si Romanos propitius aspicit melius saeculum futurum tribuat *POR.*

69. *quaeq. A.* Sensus est: Et si Dianae quae Auentinum tenet et Algidum quindecim uirorum preces curat et uo-

1 r. u. *in lem. add.* (audet redire *Med.*) 2 saeculorum *Fabr.* 4 *uerba inclusa recte om. cod.* 6 ac per eam *add. ex cod.* 10 dedit celeresq. *Fabr.* dedit celerisq. *Med.* (*om. schol. cod.*) 15 propitius, ut etc· *cod. Med.* 17 aras *cod.* arces *Edd.* (*apud Acr. non liquet quia a. tantum in libris est*) eo temp. *cod. in marg.* 18 Palatino *Fabr.* palatio *rell.* Apollini *cod.* Apollinis *Edd.* 26 hoc est *add. ex cod.* 27 tribuet *cod. pr. m. sed* a *supra addito*

1* *Bucol. IIII 5* 2* *Aen. XII 394* 3* *Aen. IIII 372* 4* *Aen. VIII 720*

tis puerorum aures applicat in alterum lustrum aeuum proroget *ACR.*

quaeq. A. t. A. q. D. p. u. curat et u. p. a. applicat aures. Hic quoque ex superiore sensu per zeugma *si* particula arcessenda est, ut sit: Si quindecim uirorum preces Diana curat et si amicas aures applicat puerorum uotis; et acque ex superiore ad Dianam pertinebit: *Alterum in lustrum meliusue semper proroget aeuum POR.*

Algidumque. Locus est uel mons appellatus ab assiduo frigore *ACR.*

70. *quindecim D. pr. u.* In templo enim Dianae deputati erant quindecim uiri tam ad responsa captanda quam ad sacrificia offerenda *ACR.*

71. *amicas.* Propitias *ACR.*

73. *haec I. s. d. c.* Finis sacri carminis haec habebat et in haec uerba deuotio soluebatur quando diceret chorus omnium praesentium nomine Iouem preces et uota exaudiuisse et ceteros deos seque spe certa domum reuerti *ACR.*

---

3 curet *et* applicet *Edd.* curat *et* applicat *cod.* 6. 7. et quae *pro* et aeque *Edd.* 8 *post* aeuum *in cod. Med. Pat. sequitur prostrema carminis stropha addito:* Phoebi et Dianae. *Fortasse lacuna signata haec recipere debui* 12 ad *alt. om. Fabr. Praeterea duo postrema schol. om. cod. postremum etiam Med.* 15 *in Fabr. haec:* Finis s. c. hoc h. ut i. h. n. d. solueretur quando dicerent sentire Iouem uota et deos cunctos ad omnia etiam numina precationem carminis peruenisse, anditos spe se certa domum reuerti. *Haec non adsecutus ad COM. CR. correxi quem conferas.*

sivit post Henricum Stephanum, qui quae in Horatii ed. II a. 1588 breviter sed luculenter indicavit, ea nostro demum saeculo paullo latius persequi temptavit W. H. D. Suringar Batavus (in libro cui speciosius quam verius nomen inscripsit *Historia critica scholiastarum latinorum*). Neque minus ea scholia editorum opera destituta sunt; nam cum illae quae primis statim artis typographicae temporibus conlectae erant Acronis et Porphyrionis reliquiae anno demum 1555 editorem expertae essent satis neglegentem Geo. Fabricium, recentiore aetate nanctae non sunt nisi neglegentiorem etiam Gu. Braunhardum (a. 1833). Sed postquam diu evanuit spes ante hos triginta fere annos mota, fore ut scholiorum Horatianorum editio iusta integra idonea pararetur, dudum Franciscus Pauly vir coniunctissimus cum programmati gymnasii academici Pragensis inseruit *Quaestiones criticas de Acronis et Porphyrionis commentariis* (post ea auctas et seorsum editas Pragae ap. Bellmann. a. 1858. 52 pag. 8), tum his ipsis diebus novae editionis volumen [illegible] typis absolutum (ibid. ap. eund. 427 pag. 8) proposuit philologorum Germaniae contioni, quam Vindobonae celebratam esse laetamur. Qua in re usus est ille et codicibus mscr. bibliothecae Guelpherbytanae duobus, Porphyrionis altero (cod. Gud. 85), altero Acronis (n. 81. 38 mscr. Aug.) et editionibus totidem Fabriciana antiquioribus, Patavina a. 1481, quae sola Porphyrionis scholia continet, atque Mediolana a. 1486, in qua utriusque scholiastae opella inest. Quae quidem subsidia etiamsi nescimus quantum differant ab eis, quae in aliis bibliothecis vel patere vel latere dicuntur, facile tamen patet ita iuvisse ea editorem novum, *ut adnotationes illae iam nunc minus turbatae confusae laceratae legantur, quam adhuc legebamus.*